eius flamme ignis: et ibidem iudicium sedit et libri aperti sunt: ibique dicitur, quod fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie sedentis: qui consumpsit bestiam cum vndecim cornibus quo facto sancti acceperunt regnum. Throni figurabant sedes apostolorum antiquus sedens iudicem xpm qui est antiquissimus secundum diuinitatem. Fluuius igneus egrediens figurabat xpi sententiam acutiorem quam sit ignis qui consumit demones cum reprobis cunctis. Iudicabuntur enim ex his que apparebunt in libris conscientiarum: qui tunc aperientur: quo facto sancti regnum dei perpetuo possidebunt.

¶ De prefiguratione generalis resurrectionis.



Articulus autem de xpi carnis resurrectione: de quo propheta uit iob. xix. c. dicens. Scio quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum. Quem visurus sum egoipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius: reposita est hec spes mea in sinu meo. Fuit figuratus Eze. xxxvii. vbi dicitur quod ossa que prius erant arida vehementer accesserunt ossa ad ossa vnumquodque ad iuncturam suam et super ea nerui et carnes ascenderunt et ingressus est in ea spiritus et vixerunt. Que omnia exponit ibidem propheta de resurrectione mortuorum Unde ibi dicitur. Hec dicit dominus. Ecce ego aperiam tumulos vestros et educam vos de sepulchris vestris populus meus etc.

¶ De prefiguratione vite eterne et mortis eterne: malis et bonis dande.



Articulus autem de vita eterna quam electi post mortem assequentur fuit figuratus in scala iacob de quo dicitur Ge. xxviii. quod vidit scalam tangentem celum et angelos ascendentes et descendentes et dominum innixum scale. Scala significat vitam sanctam que habet multos gradus: quoniam multi sunt gradus sanctitatis. Per hanc descendunt angeli dei vt informent homines et ascendent viri angelici: vt videant dominum ipsi scale innixum: cuius quidem visio erit vita beata. Fuit etiam figuratus in terra promissionis quam filii israel post transitum deserti post multos labores multaque prelia adepti fuerunt: sic et sancti post transitum deserti penitentie sequentes ducatum columne nubis et ignis: id est vite: saluator post multos labores bonorum operum: post multas victorias vitiorum et hostium spiritualium beatificam vitam que eterna erit finaliter assequentur. Sub isto articulo continetur fides de morte eterna reprobis debita: que fuit figurata Numeri. xvi. vbi dicitur. quod Chore datan et abiron: et multi alii propter peccatum suum viui descenderent in

infernum: sic ⁊ reprobi viri vita naturali priuati: tamen vita gratie ⁊ glorie descēdunt in infernū: ⁊ tūc erit verū qđ dicit. Mat. xxv. Qđ ibunt reprobi in supplicium: iusti autē in vitam eternā. Electi figurantur p pincernam pharaonis cui dixit Joseph. Memento mei cum tibi bene fuerit ⁊c. Reprobi aūt per pistorē qui amputato capite suspensus est in cruce. Genesis. xl.

¶ De pfiguratiōe vnitatis eccl'ie

Articulus de vnitate ecclesie fuit figuratus in archa noe: in tabernaculo federis: in templo salomonis ⁊ in hierusalē terrestri. In archa fuerunt cōgregata aīalia de oī sexu ⁊ genere: ⁊ ī ecclesia catholica sunt collecti iudeus et gentilis: masculus ⁊ femina: liber ⁊ seruus: hō irrationalis ⁊ vtens ratione. Archa ferebatur super aquas ⁊ eccl'ia fuit sup tribulationes hui⁹ mūdi: ad archam colūba rediēs portauit ramū oliue: ⁊ xp̄s ad ecclesiā reuertēs spūaliter denunciat pacem. In mūdo inquit pressuram habebitis in me autem pacem. Johā. xvi. Extra illam archam nullus saluari potuit: sic et extra ecclesiam nullus potest esse saluus. De his oībus habes Gen. vij. ⁊ viij. In tabernaculo et in tēplo colebatur ⁊ adorabatur deus. Fiebant ibi sacrificia per que remittebant peccata: ⁊ pctōres recōciliabant deo: sic in sola eccl'ia est diuinus cultus offerūtur grata sacrificia: recōciliant peccatores: ⁊ remittunt ibi peccata. Unde bene dicit ecclesia. Credo vnā sctām ecclesiam catholicam sctōꝝ cōīonē: remissionē peccatorū. i. in qua sola est sctōꝝ cōio ⁊ remissio peccatoꝝ. Hierusalē etiam erat ciuitas sacerdotalis ⁊ regia. sed excellētius sancta ecclesia: qꝛ in ea sunt omnes xp̄iani sacerdotes ⁊ reges facti in sanguine iesu xp̄i. Apoca. v. sic igit habemus totā fidei cōtinentiā in scriptura veteri multipliciter figuratam ⁊c.

¶ De prefiguratione cauēdorum sc3 septē capitaliū vitiorū ⁊ trāsgressionis decē preceptorum.



Quantū ad secūdū sciendū q̄ peccata que oīno cauere debemus fuerunt figurata multipliciter: scil3 in lepre plaga de qua Leuit. xiij. In lepra marie de qua Nume. xij. In lepra giezi. de qua. iiij. Reg. v. In morticinis ⁊ imūdicijs q̄ fuerūt in multis locis phibita in lege: pctm̄ eni aīaꝫ fecit leprosam. ⁊ ipam eiecit a consortio angeloꝝ: facit eni aīam immundā ⁊ fetidam plusq̄ esset aliq̄ legalis immūdicitia: vel aliquod morticiniū faceret. Septē autem pctā mortalia fuerūt figurata per

septem funes quibus ligatus fuit sanson. Judicū. xvi. Sunt enī peccata quedā vincula & funes qbus ligantur peccatores ne libere possint incedere vel operari. Decem aūt trāsgressiones cōtra xpi precepta decalogi fuerunt figurata per decē cornua bestie. Dan̄. vij. de quibus egredit̄. xi. loquens cōtra deū blasphemias p quod desperatio & finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus q peccatū in generali & peccatorum numerus multipliciter fuerunt in scriptura veteri figurata &c.

De prefiguratione malitie inimicorum spiritualium.

Quantuȝ ad tertium notādū q inimici spirituales qui nos p pctō feriūt de gratia dei & virtutibus spoliant in scriptura veteri figurantur in serpēte qui seduxit Euam. Gen̄. iij. Et in serpētibus q̄ percusserūt filios israel. Nume. xxi. Et in vrsis & leone quos interfecit dauid. i. Regū. xvij. & in duobus vrsis qui deuorauerunt. xlij. pueros. iiij. Regū. ij. Et in duob⁹ principibus latronū. Isboseth filium saul. ij. Reg. iiij. Et in duob⁹ draconibus de quibus habet̄ Hester. x. Demones enim qui per serpentem: vrsos & dracones figurātur aliquando persequuntur ecclesiam manifeste sicut leo. Aliquādo occulte sicut draco & serpens et latro. Figurantur etiam per illos q̄ persequebantur filios israel in deserto: contra quos pugnauerunt. Moyses & Josue. Et non vacat a mysterio. q nunquā potuerunt superare Jesubeos: per quos carnis vicia que nunquaȝ perfecte in hac vita de lege cōmuni superantur figurantur. Figurant̄ etiaȝ per goliath. saulem et absalonem persecutores dauid. Item figurātur p egyptios. chaldeos medos: persas: grecos: romanos: hebraici populi persecutores.

De prefiguratione virtutis et efficatie sacramentorum.

Quantum autē ad quartum notanduȝ q arma & remedia quibus sanantur peccata et vincuntur spūales inimici sunt septē sacramenta: septē virtutes: septē dona: & septē bona spūalia.

Septem sacramenta sunt figurata multipliciter & primo de prefiguratione baptismi.

Baptismus figuratus fuit ī diluuio Gen̄. vij. In mari rubro. Exod. xiiij. Sicut enī in diluuio & in mari rubro fuerūt cōsumpti omnes pctōres: sic in baptismo xpi sanguine rubricato omnia peccata delentur.

¶ De prefiguratione sacramenti confirmationis.

Confirmatio fuit figurata in vnctione regū. hoc eni sacramento xpiani roborantur in fide: τ sicut reges ad spūalia bella preparantur vide de vnctione saul.i. Reg.x.τ de vnctiōe dauid prime. Regum.xvi.

¶ De prefiguratione sacramenti eucharistie.

Sacramentū eucharistie fuit figuratū in oblatione melchisedech q̄tum ad spēs: offerebat eni panē τ vinū. Ge.xiiij. Et in agno paschali q̄tū ad cōtentū in sacramēto: qḋ est vera caro xpi. Exo.xij. Et in manna ad saporē spūalem. Exo.xvi. habebat eiꝫ māna oē delectamentū τ saporeꝫ suauitatis. Sap.xvi. Et mltos ortius in sacramēto altaris. Figuratū etiā fuit per oīa sacramenta antique legis.

¶ De prefiguratione sacramenti penitentie.

Sacramentū autē pñie q̄tū ad cōtritionē i gemitu dauid fuit figuratū de quo in. ps. vi. Laboraui in gemitu meo τc. Et in fletu ezechie.iiij. Regū.xx. Quātū ad cōfessionē fuit figuratū in leprosis: de q̄bus p̄ceptū est vt se ostenderēt sacerdoti. Leuit. xiij. Et in cōfessione dauid q̄ dixit postq̄ pctm̄ commiserat: peccaui dño.ij. Reg.xij. Quātū ad satisfactionē fuit figuratū i facto regis Niniue. Uide Jone.iij. qōo p humilitatē τ ieiunia dño satisfecit. Quātū aūt ad vniuersa figuratur hoc sacramētū p septē lotiōes q̄bus se lauit Naaman in iordane τ mūdata fuit eiꝰ lepra.iiij. Reg.v. Jordanis itꝑtaꝫ iudiciū: τ significat penitētiam p quā pctōres se iudicāt ne iudicenꝫ a dño. τ i hoc Jordane se dꝫ lauare septies ꝯtra septē pctā mortalia: vt sic mūdeꝫ spūalis lepra. Figuraꝫ etiā p.xi. saga cilicina q̄bus tegebaꝫ tabernaculū. Exo.xxvi. qꝛ cōtra.x. p̄cepta decalogi sunt.x. trāsgressiōes q̄ figuranꝫ p.x. plagas egypti. Uide in Exodo de quorū medio egreditur.xi.i. desperatio τ finalis impenitētia: que fuit figurata p.xi. cornua bestie sicut dictū est supra. Et figuranꝫ hec.xi. mala nō solū p.xi. cornua verū p.xi. ꝑsōs: de q̄bus in. ps. lxxxij. Moab τ agareni τc. vide glo. τ interpretatiōes cōtra q̄.xi. mala debet se peccator pungere.xi. sagis cilicinis penitētie: vt sic vulnus aperiatur et virus egrediatur.

¶ De prefiguratione sacramenti ordinis.

Sacramentum ordinis fuit figuratū in institutione ordinis leuitaruꝫ τ ministrorum taberna

culi. de quibus in li. Numerorū. Et in ordinatione sacerdotum. de qua Exo. xviij. precipue autē fuit figuratū sacerdotiū ecclesie in sacerdotio melchisedech. de quo Gen. xiiij. Sacerdos enim ecclesiasticus nō est sacerdos secundum ordinē leui: sed secundum ordinem melchisedech in psal. cix.

¶ De prefiguratione sacramenti matrimonij.



Acramētum autē matrimonij noue legis fuit figuratū i matrimonio qđ fuit inter adā et euā vñ ipse dixit. ꝓpter hoc relinquet homo patrē et matrē etc. Gen. ij. Adā enim non legitur habuisse nisi vxorē vnicā. vnde ibi dixit. adherebit vxori sue nō vxoribus. Figuratum etiā fuit per matrimonium quod fuit inter Isaac et rebeccā. de quo Gen. xxiiij. Ipse enim isaac fuit vnicus vnice: ꝓpter hoc immunis fuit ab illa maledictione quā incurrit Lamech qui prius induxit bigamiā Gen. iiij. Et tale dꝫ esse matrimoniū ecclesie. De tali enim dicit apl's ad ephes. v. Sacramētū hoc dico magnū in xp̄o. et in eccl'ia. Nec etiā dico quin bigamia vel octogamia sit verū matrimoniū: sed tamē multū deficit a ratione sacramēti. Notat super hoc Alexāder de ales i. n. iij. tractatu. ij. super precepto. ꝙ habere plures vxores fuit adulteriū ipsi Lamech. propter duo. Primo quia fuit contra ius naturale. scꝫ ne facias alij quod tibi non vis fieri. Et vir non vult ꝙ vxor diuidat carnē suā cū multis. et ita peccauit in deum. Secundo quia fuit contra morem et cōsuetudinē et moderantiā. Et incontinentia enim immoderata plures habuit. et sic scandalizauit primū. sancti vero patres non cōmiserunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt cōtra ius naturale: quia cū eis occulta inspiratiōe fuit dispensatū. nec contra morem: quia iam erat in cōsuetudinē tractum. Et nota ꝙ causa dispensationis fuit triplex. s. ꝓpter multiplicationem cultus dei exemplo Abrae. Gen. xvi. Item in figuram. Coniugium enim patrū significabat connubium christi et ecclesie que multiplicatur per contemplatiuos et actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratū fuit in vxoribus Iacob liberis et ancillis siue concubinis. Gen. xxvi. Itē ꝓpter moderantiam et temperantiā. Moderate enim appetebant antiqui patres coitum. s. ꝓpter solaꝫ ꝓpagationem ad cultum dei. exemplo dauid. ij. Reg. xxvi. ¶ Ad maiorem autem euidentiam predictorum. Nota ꝙ concubina dicit̄ duobus modis. Uno modo assumpta ad tempus ad prolem producendā ꝙ dicitur assumpta ad tēpus. hoc dicitur ad differentiam vxoris: et ꝙ dicitur ad prolem procreandaꝫ: hoc dicitur ad differentiam meretricis. talis concubina non est vxor et coitus cum ea est fornicarius et

illicitus ꝑm se. et est etiam contra legem naturalem ⁊ scriptam. Jus enim publicum legis naturalis dictat procreationem filiorum cum educatione ⁊ hereditatis successione. qd non posset esse nisi esset copula parentum inseparabilis. Itē est contra ius priuatum rationis. qd dictat non facere aliũ qd homo fieri non vult sibi et ecõuerso. Quilibet enim vir vult: vt effect⁹ eius cui copulatur sibi inseparabiliter adhereat. Secundo modo dicitur concubina assumpta inseparabiliter ad semper. sed conditionis seruilis. et sic realiter erat vxor. Sed tamen dicitur concubina: quia nõ erat principalis vxor. vñ Geñ. xvi. Sara dedit abrae Agar in vxorez. Rachel dedit balam ancillam viro suo in coniugium. Geñ. xxx. licz autem quelibet talium diceretur vera vxor et inter virum ⁊ eam diceretur verum matrimonium. deficit tamen a ratione sacramenti: quod est vnici ad vnicam: vt dictum est. ¶ Ulterius notat hic dominus bonauentura in. iiij. ꝙ predicta dispẽsatio de pluribus vxoribus nõ fuit tempore nature instituta. quia tũc non erat necessitas sterilitatis: nec in tempore gratie est. quia multiplicatum est genus humanum ad cultum xpi. Sed ratione vtilitatis fuit tempore abrae: quia ante eum multiplicabantur non ad cultum dei: sed ad mala. ⁊ ideo deleti sunt de terra. Sed ratione honestat ad illos se extendit qui vxoribus ⁊ cõcubinis temperãtur et ad cultum dei multiplicandum sciebant ⁊ volebant vti. Hec autem dispensatio facta est diuina inspiratione in patriarchis et rege dauid quando et quoniam vtrisqꝫ facta est de semine dauid repromissio. Et quia isti erant tanꝙ capita. ⁊ imitandi erãt tanꝙ sancti intellexerunt recte dispensationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum ⁊ mos fuit ex hoc introductus durãs vsqꝫ ad christi aduentum.

¶ De ꝑfiguratõe extreme vnctõis



Sacramentuz extreme vnctionis fuit figuratũ in multiplici vnctione veteris testamenti. Tũc enim vngebantur reges ⁊ sacerdotes templum et altare et certe cuz christianus est propinquus morti. tunc propinquus est: vt sicut rex adipiscatur regnum glorie. vt etiã sicut sacerdos offerat deo sacrificium laudis perpetue: vt etiam in eius anima templo et altari summus pontifex deus colatur. laudetur et honoretur in eternum: ⁊ propter hoc vngitur christianus cum est propinquus morti. Ungebãtur etiaz antiquitus pugiles. ⁊ sic christianus in morte. quia aggreditur bellum fortissimum. tũc enim ipm hostis impetit vehementius: propter quod oportet ipsuz tanꝙ strẽnuum pugilem strennue dimicare. Ungebantur etiã antiquitus spon

se cum viris tradebantur. Unde et vxor ab vngendo dicitur. eo quod vngeretur. et certe anima christiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti spōso. et traduci in tabernaculū eius: vt eius castis amplexibus perpetuo delectetur.

De prefiguratione septem donorum spiritussancti.



Septem autē dona de quibus dicitur Isa. xi. figurata fuit per septem crines capitis samson: quibus rasis ab eo recessit fortitudo Judicū. xvi. et vere exclusis a capite hominis. i. ab anima septem donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figurātur etiam sm expositionem Grego. per septem filios iob. Job. i. Per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. vt sit dignus hereditate superna.

De prefiguratione septē virtutū.



Septem autē virtutes figurantur per septem dies: quib9 deus cuncta fecit opera et postea quieuit quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cum per ipsas perueniatur ad requiem spiritualem in presenti et eternam in futuro. Figurantur etiam per septem dies festiuitatum legalium. per ipsas enī anima solennizat. colit deū et a vitiis cessat. Figurantur etiam per illas septem mulieres. de quibus Isa. iiij. Apprehenderunt septem mulieres virum vnū etc. Nemo enī est vir: nec vir vnus vnitate gratie: nisi quem iste domine apprehendunt.

De prefiguratione septem bonorum spiritualium. et primo bonitatis crucis in passione christi.



Hunc etiam alia bōa spiritualia que multum valent ad superationem hostiū ac etiā ad purgationem vitiorum. Primū est virt9 crucis et passiōis xpi que fuit figurata in baculo dd. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente: cum quibus occidit philisteum i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas iesu quas christianus cum funda sue considerationis debet contra demones facere. et sic debellabitur hostis.

De prefiguratione bonitatis et orationis matris iesu christi.



Secundum autē bonum est virtus oratio matris christi q fuit figurata per Judith q holofernem occidit Judith. xiij. et

hester que amā et hostes populi israel occidi procurauit. vide in libro hester et per iahel que sisaram percussit. Judi.iiij. et per bersabee matrē salomonis. de qua. iij. Reg. ij. ipsa enim et si fuit sponsa dei patris sicut hester assueri. fuit tamen vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud verbum quod dixit salomon matri sue. iij. Reg. ij. Pete mater mea quod vis: neq; enim phas est vt auertam faciem tuam. Omnia etiam que salomon dicit in laudem spōse in lib. Cāti. de gloriosa matre domini spiritualiter exponuntur.

¶ De prefiguratiōe bonitatis virtutis: potestatis siue auctoritatis ecclesie in orando.



Tertiū bonū est virtus potestas siue auctoritas ecclesie: cuius oratio summe placet deo Est eñi ipsa vnica sponsa xpi cui dixit sponsus Cāti.ij. Ostende mihi faciem tuā. sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis et facies tua decora.

¶ De prefiguratione virtutis orationis sanctorum noui testamenti.



Quartū bonū est oratio sanctorū noui testamēti qui iam cū xpo regnant: scz apostolorum qui fuerūt figurati i sanctis patriarchis et pphetis. nam sancti patriarche factis et pphete dictis gratiam noui testamenti prefignarunt et meritis populum deo reconciliare efficaciter meruerunt. de quibus Jsa. xxvij. Qui ingrediūtur impetu ad iacob. florebit et germinabit israel. implebunt facie; orbis semine et c. Sanctorū martyrum qui fuerunt figurati in sanctis machabeis: qui interpretantur victoriosi. fuerunt enim re et nomine victores. Sanctorum confessorum qui fuerunt figurati in filijs pphetarū. de quib9 in. i. et. ij. Regū. Sanctorum et sanctarum virginum qui fuerunt figurati in abel. qui fuit primus virgo de quo Geñ. iiij. Et in filia iepte. Judi. xi. Et in abysag sunamite q̄ fouit Dauid regē. de q. iij. Reg. i.

¶ De prefiguratione bonorum pastorum ecclesie.



Quintū autez bonum est sedulitas bonorum pastoruz ecclesie: qui fuerunt figurati per Moysen Josue et Dauid. Illi eñi orādo q̄maxime et nihilominu9 operādo ꝓstrauerūt hostes. Uide quō moyses orādo ꝓstrauit amalech. Exo. xvij. Sic et boni pastores ecclie orādo et operando, docēdo et lucis exēpla ministrādo hostes ecclie superāt et p ipos subditi ad sanctitat; opera ꝓuocant;

¶ De prefiguratione bonitatis diuine inspirationis.


Extũ bonuz est diuina inspiratio q̃ etiã indulcorat huiu smodi amaritudinem: et illustrat animam contra errorum caliginem. Quantũ ad primũ figurat per illud lignum quod ostẽdit dñs moysi: qd cum in aquis missuz fuisset. in dulcedinem verse sunt. Exo. xv. Quantũ ad secundũ figuratur per fauum mellis: quem gustauit Jonathas ⁊ illuminati sunt oculi eius. i. Regum. xiiij. Que etiam figuratur per angelũ dñi qui descendit in fornacẽ ⁊c. Dañ. iij. quoniam refrigerat concupiscentiam.

¶ De prefiguratione bonitatis discrete considerationis hominis.


Eptimũ bonũ est discreta hois cõsideratio. debet enim homo sepe considerare et ad memoriam reducere. vij. christi beneficia. vij. matris gaudia. vij. effusiones sanguinis iesu. vij. ordines sanctorũ qui sunt in patria. vij. offensas: quibus offendũt homines deũ. per. vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas. de quib⁹ Joh. Apoca. xv. per quas intelliguntur vij. inferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi. per. vij. opera misericordie. vij. sanctorum ordines figurantur per septem boues pulchras ⁊ crassas: ⁊ septem dotes glorie per septẽ spicas plenas ⁊ formosas oẽs: quia reprobi per septẽ fedas boues: ⁊ cõsectas macie: ⁊ septẽ inferni supplicia p septem spicas: percussas vredine de quibus omnibus habet Gen. xli. Per quas septem cõsiderationes ruit mundi vanitas: peccati vilitas: carnis complacentia: ⁊ demonũ fraudulentia. Unde figurantur iste septem cõsiderationes per illos septẽ circuitus quos fecerũt filij israel circa vrbem Hierico ipsos archa dñi precedente. Josue. vi. Sic ⁊ xps qui est archa domini xpianum precedat in presenti exilio sit semp ante sue mẽtis oculos: ⁊ sic septẽ circuitus ⁊ septẽ considerationes predictas faciat q̃tum ad ipsum mũdi vanitas destruet. Apparet igit ex premissis q̃ fm q̃ dicit appostolus ad Hebreos. ix. Facta in veteri testamẽto fuerunt parabole instantis tẽporis: ⁊ sic omnia in figuram contingebant illis. i. Chorinthior. x. Et sic patet primũ principale huius considerationis tertie.

¶ De prefiguratiõe correctionis nostre in tempore gratie.


Irca secũdum huius tertij puncti est sciẽdum q̃ tẽpus gratie vt dictũ est. est tps peccata corrigendi ⁊ cauendi ad

que multum valent peccata veterum que punita fuerunt tēporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xp̄ianorū sempiterna si comittant similia.

¶ De prefiguratione correctionis superbie.

AD correctionez enim superbie et inobedientie multū valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiusq̧ eiectio de paradiso. que ipse ⁊ vxor sua meruerunt pro se et cunctis posteris suis pro eo ꝙ consentiētes suggestioni dyaboli superbi et inobediētes fuerunt. Ad hoc etiam multuz valet expulsio Saul de regno qui ꝑpter superbiam et inobedientiā regnū israel amisit sicut de hoc habetur. i. regū. xv. ⁊. xvi. Ad hoc etiā multū valet suspensio Absalonis in quercu. qui propter superbiam ⁊ ambitionez regnandi suspensus in quercu. fuit a Joab interfectus ij. Reg. xviij. Multum etiam valet ad h̄ plaga cōminata Ezechie propter hoc ꝙ quadam ostentatione ostenderat babylonijs oēs thesauros domus sue. iiij. Regū. xx. valet etiam ad hoc mors illorū principum quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerūt extingui ab igne celesti. iiij. Reg. i.

¶ De prefiguratione correctionis inuidie.


AD correctionez etiam inuidie multū valet maledictio Cayn q̄ ꝑpter inuidiā abel īterfecit. Ge. iiij. reprobatio esau. q̄ fratri suo Jacob inuidens et odio habens sicut dicitur Gene. xxvij. fuit temporaliter reprobatus. Valz ad hoc tribulatio quam passi fuerunt filij Jacob qui inuidētes ioseph. Ipsuq̧ odio habentes sicut dicit Gene. xxxvij. sustinuerunt propter hoc tribulationem multiplicem in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Valet ēt ad hoc vexatio saul q̄ inuidens Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter h̄ quod dixerunt mulieres. percussit Saul mille. ⁊ Dauid. x. milia fuit īuasus a maligno spiritu. i. Regū xvi. Ad hoc etiam multuz valet lepra Marie et leuitarum plaga. qͤ inuidētes murmurauerūt contra moysen. De maria habetur Nume. xij. d̄ leuitis. xvij. Ad hoc etiā multum valet interfectio Adonie qui inuidens salomoni regi israel propter h̄ fuit īterfectus. iij. Regū. ij.

¶ De prefiguratione ad correctionē Iracūdie.


AD correctionē iracūdie valet maledictio Cayn. cui dixit dominus vbi supra. Cur iratus es, quare concidit vult? tu? et cetera. Valet etiam maledictio

furoris symeon ⁊ leui. qui irati propter stuprum dine interfecerunt sichimitas. Genesis. xxxiiij. de quibus dixit Jacob maledicendo Ge. xlix. In furore suo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Ualet insuper ad hoc submersio pharaonis et egyptiorum q̄ turbati et irati propter exitum filiorum israel insecuti fuerunt eos. et tandem submersi sunt in mari rubro. Exod. xiiij. Ualet etiam ad h' mors nabal de quo dicitur. i. Reg. xxv. q̄ erat vir durus. maliciosus et pessimus. propterea factum est cor eius emortuum. ⁊ ita percussit domin⁹ Nabal. et mortuus est.

¶ Auaricie.



D correctionē etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan q̄ accepit de anatehemate iericho regulam aureā propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cūcta que illius erant igne consumpta Josue. vij. Occurrit ēt achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interfici cui dixit helyas in hoc loco in quo linxerūt canes sanguinē naboth lambent sanguinem tuum etc. iij. Reg. xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suā et auariciam accepit a naamā tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices. propter quod lepra naamā adhesit ei. iiij. Regū. v. voluit etiā vendere gratiā sanitatis Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. ⁊ positus i gestatoria sella. ij. Mach. iij.

¶ Accidie.



D correctionē autē accidie occurrūt dina que peruagās regionem egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichē oppressa. Geñ. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod. xxxij. et propter vitulum quem adorauerūt. xxiij. milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cū qua et concubuit et postea vriam virū suum interfici fecit. ij. Reg. xi. Sodoma cuius peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarū ociū ⁊ saturitatē panis. Ezech. xvi.

¶ Gule.



D correctionē autem gule occurrunt Eua. Esau. Jonathas. loth. holofernes. filij israel. ⁊ sacerdotes bel. propter gulā enim eua maledictionē meruit. Genesis. iij. Esau p̄mogenita vēdidit. Genesis xxv. Loth propter hebreitatem incestum commisit. Gene. xx. Jona

thas patrez offendit. et aliqualiter populum turbauit. i. regū. xiiij. Holofernes a Judith fuit interfect⁹ Judith. xiij. Sacerdotes belis q̄ deuorabāt que offerebantur a Dario trucidati sunt Daū. xiiij.

¶ Luxurie.



Ad correctiōem autem luxurie occurrūt inūdatio diluuij. Gene. vij. ⁊ consumptio. v. ciuitatum. Genesis. xix. Interfectio sichimitarū propter dinaz. Genesis. xxxiiij. Peritio filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cū madianitis. ⁊ ideo multi fuerūt percussi. Nume. xxv. Destructio tribus beniamyn qui propter vxorem leuite quā abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Iud. xix. ⁊. xx. cap. Infortunium dauid cui ꝑpter vxorem vrie hoc contingit ꝙ absalon filius suus ingressus fuit ad cōcubinas suas. ij. Regū. xvi. sic propheta ei predixerat. ij. Regū. xij. Interfectio amō propter thamar sororem suam. ij. Regū. xiii. Infatuatio sansonis. Iudi. xvi. Apostasia salomonis cuius cor fuit depra uatum per mulieres. iij. Regū. xi. Interfectio presbyterorū qui cōcupierunt susannā. Daniel. xiij.

¶ Idolatrie.



Ad correctionez ydolatrie occurrit illud Exod. xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere. i. coram vitulo conflatili choreas ducere vl' ludere. i. ad instar puerorum vitulum adorare. qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto quedā ydola q̄ postea pueriliter adorant vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo ꝙ ydolum factum adorare et ibidem dicitur ꝙ leuite de mandato Moysi propter hoc peccatū interfecerunt quasi. xxiij. milia hominum. Illud etiā occurrit de hoc idem ꝙ quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fuerunt propter ydolatrie scelus: hoc q̄tum ad primum preceptū. ¶ Ad correctionem blasphemie que est cōtra secunduz preceptum habes lapidationez blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionem violantiū sabbatū habes punitionē illi⁹ q̄ ligna i sabbato colligebat. vid Nūe. xv. hoc q̄tū ad tertium preceptū ¶ Ad correctionem vero temeritatis vsurpantium officia ministrorum ecclesie habes percussionem oze qui archam tetigit. ij. Regū. vi. leprā ozie qui thura incēdebat ij. Paral. xxvi. ¶ Ad correctionez inhonorantiū parentes habes maledictionem cham qui irrisit patri suo. genesis. ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. non crescas. Genesis. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrez suuz de iherusalē ⁊ polluit concubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctionē homicidij habes iterfectionē illoꝝ

qui interfecerunt isboseth.ij.regū.iiij.⁊ interfectionem Joab qui abner et amasan interfecerat de quo iij. Reg.ij. ¶ Ad correctionem mechie habes multa que supra satis dicta sunt. ¶ Ad correctionem furti habes lapidationem presbyterorum. Danielis.xiij. ¶ Duo vltima precepta non habuerunt penā determinatā in lege. Jdcirco q̄uis transgressio ipsorum fit peccatum mortale ac mortis eterne meritum ipsorum tamen punitio nō fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶ De prefiguratione ad correctionē malorum principum.



D correctōes autem malorū principum occurrit pharao propter quē egyptus periit. Exod.xiiij. Occurrit roboan propter quē regnū israel scissum fuit.iij. Regū.xij. Jtē sennacherib propter cuius maliciam et superbiā percussit angelus domini.clxxxv.milia assyriorū.iiij.regū.xix. Occurrit etiam nabuchodō. qui ꝓpter maliciam suam fuit quasi conuersus in bestiā. Daniel.iiij. Jtem antiochus de quo dicitur.ij. Mach.ix.ꝙ de ipsius corpore vermes scaturiebāt. ⁊ infra dicitur ꝙ homicida et blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiā trāslatio regnorū de gente in gētē que maxime ascribitur et attribuit malitie principū Eccl'i.x.

¶ De prefiguratione ad correctionē malorū prelatorū.



D correctionē malorum prelatorū occurrit heli q̄ fuit negligens in correctione filiorū qui de sella corruens mortuus fuit. multaq3 mala populo acciderūt.i. Regū.iiij.

¶ De prefiguratione ad correctionē malorum sacerdotum.



D correctionē malorum sacerdotū occurrunt filij hely ofni et phinees, qui nescientes sacerdotis officiū.i. Reg.ij. corruerunt in prelio.i. Regū.iiij. occurrunt etiā nadabet abiu qui obtulerunt ignē alienū.et ideo fuerunt a domino ꝑcussi.deuorauitq3 eos ignis. Leuit.x. Jgnem alienum offerunt sacerdotes auari et luxuriosi quos gehēne incendium deuorabit.

¶ De prefiguratione ad correctionē omniū predictorum.



D correctionē omnium predictorū occurrit considerare virtutes sanctorū veteris testamenti videlicet iusticiā noe. de qua Ge.vi. Fidē ⁊ obediētiā abrahe. de fide hēs Ge.xv. et obedientia. Ge.

xxiij. Item de virtute eius et pace quā voluit habere cū Loth. hēs Ge. xiij. Occurrit secundo cōsiderare simplicitatem iacob. Ge. xxv. Castitatē ioseph. ge. xxxix. Humilitatem dauid hēs in multis locis i. Regū. Jeiunium Moysi de quo Exo. xxiiij. Jeiuniū helye. de quo iij. Reg. xix. Abstinētiā Judith vide in libro illo Danielis et sociorū eius. Dañ. i. zelū phinees q̄ interfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificātē super arā. i. Mach. ij. Occurrit etiam cōsiderare sedulitatē laborādi Ruth. et largitatē Booz. vide in libro ruth. Patiētiā Job. et Thobie vide in libris eorū. Occurrit etiā ꝯsiderare zelū Samuelis qui interfecit regem Agab. i. Reg. xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal. iij. Reg. xviij. Occurrit etiā cōsiderare strenuitatem machabeorum et martyriū Eleazari. et illoꝝ. vij. fratrum. ij. Macha. vi. et vij. Sic ergo patꝫ ꝙ bn̄ dixit apl̄us ꝙ facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionē nostraꝫ Dicit enim apostolus. i. Corinth. xi. dum iudicamur aūt a dn̄o corripimur vt nō cū hoc mundo dānemur. Sed multum terribile est qḋ scriptura dicit ꝙ difficile est corrigere queꝫ deus despexerit. Eccl's. vij. vere signum est diuine despectionis quādo homo a malis suis nō corrigitur qui totiens et in tot locis corripit per scripturas. Patet ergo clarissime ex his que dcā sunt in hac tertia cōsideratione ꝙ omnia que predicamus de christo iesu. oīa credenda. omnia cauenda omnis inimicoꝝ spiritualium malicia: omnis virtutis sacramentoꝝ et efficacia. oīa predicta et alia fuerunt in lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostram correctionem scripta. quia omnia illa in figura contingebant illis. i. Corinthiorum. x.

¶ Quia omnia scripta de venturo Messia impleta sunt in iesu xp̄o.



Quart⁹ pūctus et vltimus huius sexti articuli est videre quo modo oīa que scripta erant de messia vēturo fuerunt impleta in christo iesu saluatore nr̄o et ideo ipse verus messias nec ali⁹ expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur. xij. Thesauri. Primus erit de tempore aduentus christi. Secundus de eius ꝓgenie Tertius de assimilatione. Quart⁹ de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione. Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Non⁹ de causa mortis. Decim⁹ de eius resurrectione. Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena persequētium in presenti et in futuro.

¶ Quia verus messias debebat venire in destructione secūdi tēpli et ablatiōe sceptri israel. et īpletione lxx. ebdomadaꝝ danielis.

Primus thezaurus aperitur de tempore aduentus messie. quod sacra scriptura pronunciauit et specifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quattuor testimonia. Primum est testimonium prophetarum: secundum glosas Talmuth. licet in illo libro reperiantur multe vanitates et abhominationes et hereses. non solum contra legē euangelicā: sed etiam contra essentiam diuinam. et contra legem scripture ac cōtra legem nature vt suo loco videbitur propter que puniri deberent. Uerūtamē ad conuincendam maliciam eorum pro prijs auctoritatibus suorum doctorum concludetur aduentus messie sicut optime fuit disputatū cum sapientibus eorum et conclusum et determinatum coram summo pontifice Benedicto. xiij. Presentibus pluribus cardinalibus. prelatis et magistris in theologia. et alijs multis notabilib⁹ personis. Anno domini. M. cccc. xij. xviij. pontificatus eiusdem summi pontificis. Secundum est testimonium inquisitionis iudeorum. Tertium erit testimoniū iosephi. hystoriographi eorum. Quartum erit testimonium Pylati qui eum tradidit crucifigēdum arbitrio eorum. ¶ De primo dico quod tēpus assignatum aduentus messie erat in fine secundi templi Iherusalem pauloante destructionem eiusdē templi: vt patet Malachie iij vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quē vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituum In dicto textu sunt tria vocabula que significant suum aduentū multum prope. Primum est ecce. quod ostendit rem presentem ante nos. Secundum est statim: quod ostendit rem breuissimam vel sine tempore. Tertium est ecce venit. Item quando dixit ad templum suum ostendit quod in hora sui aduent⁹ eēt templum edificatum et in bono statu per cōtrarium illius quod credunt iudei qui dicunt quod quādo ipse veniet: inueniet eos in captiuitate et templum desertū. Itē secundo sicut dixit Isa. ca. lvi. Hec dicit dns. Custodite iudiciū et facite iusticiā quia iuxta est salus mea vt veniat et iusticia mea vt reueletur. et declarant doctores hebreorum in berexit raba. i. genesi magno. Rabi mosse darsan quid voluit dicere. iuxta est salus mea. vt vēiat et iusticia mea vt reueletur: hoc dicitur pro rege messia. propter quod dixit Daniel capitulo. ix. et adducatur iusticia sempiterna. Item tertio dixit . zach. ix. Exulta satis filia syon. iubila filia iherusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus et saluator ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asine. In qūtū dixit ecce rex tuus ostēdit eius aduentum breuissimum. Et quod restat in hoc textu ostendit quod loquitur

de christo iesu: quia in tali habitu intrauit in hierusalem. Multū fa- cit admirari quomodo omnes isti prophete fuerunt cōcordes: vt om nes vna voce dicerent aduentum messie esse tam propinquissime et ꝙ postmodum retro cesserit tanto tempore a tempore vltimo predi- ctorum prophetarum vsqꝫ hodie cum transierint iam vltra mille se- ptingenti anni. Inuenimus enim balaam Numei. xxiiij. dixisse ꝓphe tando pro rege dauid. videbo eum sed non modo intuebor illum. sed non prope et ab eo vsqꝫ ad dauid non fuerunt nisi quadringenti an- ni modicum plus. Quare per vim habemus dicere ꝙ pauco tempore post dictos prophetas habebat eē aduētus messie. Dicet iudeus per dicta prophetarum bene ostendi- tur esse aduentus messie in breui. sed quomodo probabitur ei ꝙ ille aduentus fuit in fine templi secū- di in eadem hora qua fuit aduētus iesu christi. Dico ꝙ hoc ostenditur multum bene multis auctenticis prophetijs et rationibus. ⁊ primo per Isa. cap. ix. qui dixit. Paruu- lus enim natus est nobis. ⁊ filius datus est nobis. Et factus est prin cipatus super humeros eius. ⁊ vo cabitur nomen eius admirabilis. consiliarius deus fortis pater fu- turi seculi. princeps pacis. multi- plicabitur ei⁹ imperiū ⁊ pacis nō erit finis. Nō est dubiū quin ista ꝓ phetia loquatur de messia: quia im possibile est aliquem hominē carna lem in quo nō sit diuina natura inti tulari tam excellentissimis titulis Item quia ipsimet doctores he- breorum dicunt hoc in prologo he carabeti idest lamentationis ma- gne. Ubi dicit rabi Oze galileus in noīe messie ē pax. qꝛ sic scriptū est pater futuri seculi: princeps pacis. Item in libro canhedrin in capitulo quod incipit totus isra- el. Dicit rabi thauhum. Que est ratio ꝙ quecunqꝫ men que est in medio vocabuli est apta ⁊ hec est clausa. Respondet quia deus vo luit facere de Ezechia messiam: et venit virtus iudicialis ⁊ dixit ante deum saluatorem mundi. Da uid qui dixit ante te: tot cantica: ⁊ tot laudes: non facis messiam et Ezechiam pro quo fecisti tot mi- racula: et non dixisti vnum canti- cum ante facies messiam: et ideo deus clausit men. Et illa hora exi uit filia vocis. id est vna reuelatio et dixit secretum meum mihi: se- cretum meum mihi: ve mihi. Et declarat rabi Salomon ꝙ dice- bat deus hoc secretum de aduen- tu messie meum est. Et qđ prophe ta respondit. ve mihi vult dicere. O miser quando veniet ille messias. ¶ Et ꝓdicta auctoritate pos sumus elicere tres ꝯclusiōes. Pri ma ꝙ messias est ipsemet de⁹: qꝛ ꝓdicti tituli nō possunt iustificari nisi de ipomet deo. Scđa cōclusio est ꝙ messias natus est de maria existēte virgīe: qꝛ illa littera men. posita in verbo multiplicabitur. quod in hebraico dicitur lemarbe ostendit nomen eius: quod est in

hebraico merien. In latino maria ambo noia incipiũt in illa littera men: sed in recta scripta quasi cursu naturali debebat esse men aperta. Inductum vero est clausa per cõtrariũ et contra naturã totius scripture ostẽdit dictã merien vel mariã esse clausam siue virginẽ. Sic enĩ ɔtra cursum nature cõcepit et peperit. qr nõ ex virili semine: sed mystico spiramine. Tertia cõclusio est que ad propositum facit ꝙ dictamen clausa ostendit tempus aduentus messie punctualiter: qr hec prophetia fuit dicta ĩ quarto anno regis Achaz. et ab illo anno vsqꝫ ad destructionẽ primi tẽpli que facta fuit. xi. anno regis Sedechie transierũt. cl. anni. Itez durauit captiuitas babylonie. lxx. annis. Temp⁹ scdm ꝙ edificauit neemias durauit. ccccxx. ãnis si subtrahamus. xl. annos qui trãsierũt a passiõe xpi vsqꝫ ad destructionẽ templi per Titũ remanent sexcẽti anni q̃ transierunt ab hora in qua dicta fuit predicta ꝓphetia vsqꝫ ad passionem xpi: et tantũ sumat men clausa in nũero ꝑm hebreos. cuius figura in habedario hebreorũ hec est: ex quibus seqtur ꝙ in illa men clausa ostẽdit nobis de⁹ illa duo secreta cum dixit. Secretum meum mihi. Secretum meum mihi. Primuz ꝙ mater messie debebat esse maria siue virgo. Secundo ꝙ tempus saluationis aduentus messie fuit punctualiter sexcentorum annorum a reuelatione prophetie vsqꝫ ad passionem saluatoris. Iterum potest idem probari in vna auctoritate que est in medrastuphin. i. glosa psalteriĩ vbi dicit rabi. Iohanam tribus annis cum dimidio stetit gloria domini in monte oliueti dando voces et dicendo. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate euz dum prope est Isa. lv. Item dixit in herexit raba. i. in generi magno rabi mosse darsan. Quid voluit dicere salomon in cãticis canticorũ cap̄ i. qñ dixit. Exultauimus et letabimur in te: qñ hoc erit. Quãdo pedes dei stabũt in monte oliueti illa hora erimus nos leti. Dico ꝙ manifeste apparet. qr isti tres anni cum dimidio sunt illa dimidia ebdomada quam dixit Daniel pro messia. Confirmauit aũt pactum multis. Inuenim⁹ enĩ ꝙ sic fuit: qr saluator noster recepit baptismũ in etate. xxx. annorũ: et deinde vsqꝫ ad tẽpus passionis fuerunt quasi tres anni cũ dimidio: quib⁹ ambulauit per galileã et per montem oliueti conuocando homines ad penitentiam. et respectu huius dicebat predicta verba Isa. recitata per rabi Ioanni: scz. Querite dñm dum etc. vt supra. Itez potest probari manifeste ꝙ aduent⁹ messie debet esse in predicto tempore per auctoritatem quandam que est in libro canhedrin. in cap. quod incipit. Totus israel: et in libro Abadazara capi. i. vbi dicit. sic legitur ĩ studio Helie. Sex mille anni est mundus duo milia vanitatis. duo milia legis: et duo mi-

lia messie. Sed propter peccata nostra iam sūt extra magna pars. Iterum in eodem capitulo dixit Helias rabi iuda: non est minus mundus q̄ quinquaginta quinqꝫ iubilei. In vltimo iubileo veniet filius dauid. glosa. Rabi salomon istud summat quattuor mille ducenti et quinquaginta anni: et in vltimo iubileo filius dauid veniet. Notum est ꝙ mors messie fuit circa tempus: quādo impleti sunt quattuor mille anni a creatiōe mūdi. Et posito ꝙ nō inueniatur pūctualiter ꝙ essent illa hora [quattuor mille anni] non est mirum: qꝛ maior decomputatio q̄ sit hec inuenitur in verbis dei: in textu legis cum deus dixit abrae. Scias ꝙ futurum est semen tuum in captiuitate in terra aliena quadringentis annis. Et quando fuerunt liberati dicit textus: ꝙ steterant ccccxxx. annis. Et postq̄ bene visitauimus computum: inuenimus. q̄ ex quo Jacob descendit in egyptum vsqꝫ quo fuerūt liberati per manus moysi non transierunt nisi ccx. anni. Item si bene numeram⁹ computum inuenim⁹ ꝙ subiectio captiuitatis non fuit nisi quasi cētum anni. ergo ſm hoc non est mirum si doctor diuisit sex mille annos de duobus in duobus milib⁹. ergo facta acciderunt circa illam diuisionem modicum plus vel minus. Et posito ꝙ dicat aliquis ꝙ ſm auctoritatem illam tēpus aduentus redemptoris deberet esse in plenitudine quattuor milium annorum post destructionem templi intantum ꝙ saluatio foret ducentis [annis anticipata ante cōputum doctoris. Dico ꝙ est mirabile: quia Esa. in fine capituli. lx. illud prenosticauit dicendo. Ego dominus in tempore subito faciā istud et qui habent oculos ad videndum possunt intelligere ꝙ rationabilius est: ꝙ aduentu saluatoris anticiparetur ex gratia dei ducentis annis ante tempus suū: q̄ in preteritum transeundo mille ducenti anni post quattuor mille non veniendo. Iteruꝫ ad ampliorem probationem dicte conclusionis inuenimus quod dicit Talmuth hierusalem ista in libro beraoht i capitulo haicore ⁊ me quarabeti. id est lamentatio magna: dicit sic. Accidit vni iudeo qui stabat laborando ꝙ dedit mugitum bos transitqꝫ vnus arabs: audiuitqꝫ vocem bouis ⁊ dixit iudee fili iudei. Solue: solue: solue: tuos boues et tuum apparatum: quia sanctuarium vestrum destruitur. Iteruꝫ bos dedit ſcdꝫ mugitum: ⁊ dixit ei arabs iudee fili iudei liga tuos boues ⁊ prepara illos: qꝛ natus est rex messias. Et dixit ei iudeus quod est nomen suum. Respondit menahen. id est consolator. Dixitqꝫ ei iterum iudeus. Et quomodo est nomē sui patris. Dixit ei. Ezechias: id est fortitudo dei: dixit iterū iude⁹. Et vbi ē nat⁹ dixit ei. In bethleem iude. Dicit rabi abon. Et quid oportet discere ab arabibus ꝙ textus clarus ē

in Esaia.x.qui dicit. Libanus cũ excelsis cadet: et dicit statim post Et egredietur virga de radice yesse. ¶ Ex predicta auctoritate eliciũtur et multum bene quattuor conclusiones. Prima quia aduentus messie fuit circa destructionem tẽpli. Secunda quod messie nomen est menahen quod sonat in hebraico cõsolator: quia per manum eius fuit consolatum genus humanum de peccato Adam. Tertia quod est filius dei: quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem quod deus fortis. Quarta quod natus est in bethleez. Item dixit Talmuth in berexit Raba antiqua dicit rabi Simuel filius nahaman. Unde pbabis tu quod in die in quo fuit destructio tẽpli in illa die natus est messias: de quo dixit. Esa.c.vlti. Ante quam parturiret peperit: antequam veniret partus etiam peperit masculum in hora qua fuit destructio tẽpli dederũt voces israel sicut mulier existens in partu: et dicit ionathas in translatione chaldaica antequam ei veniret angustia fuit saluata: et antequam veniret dolores partus reuelatus est rex messias. Itẽ dicit in eodem libro rabi simuel filius Johannã semel ibat Helias per viam in die qua fuit destructũ templum: et audiuit vnam filam vocis: id est reuelationem clamantem et dicentem. Templum sanctũ vadat ad destructionem quando illud audiuit helyas imaginatus est quomodo posset destruere mũdum: et iens inuenit homines arãtes et seminantes: et dixit eis. Deus est iratus contra mundum: et vult destruere domum suam et captiuare suos filios inter gentes: et vos intromittitis vosipsos inuitis tẽporalibus. Exiuit altera reuelatio et dixit. Dimitte eos facere: quia iam natus est saluator israel. Dixit ipse et vbi est ille: dictum est illi. In bethleem iude. Iuit illuc et inuenit mulierem quandam sedẽtem in porta domus sue: et filium eius inuolutum in sanguine: et iacentem ante eam: dixitque ei filia. Filium peperisti: et dixit sic. Et ait ei. Et quid est hoc quod sic est inuolutus in sanguine. Respondit grande malum est: quia in die in quo natus est destructum est templum. Dixitque ei. Surge filia et accipe eum: quia per manum suam debet esse magna saluatio. In illa hora surrexit mater et accepit puerum: et ipse recessit inde vsque ad quinque annos: et in fine quinque annorum dixit. Ibo et videbo saluatorem israel: si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulierem in porta domus sue: et dixit ei filia. Quid est de illo puero. Respondit rabi. Nonne dixi tibi quod cum malo nutritur: quia in die qua natus est fuit templum destructum: et vltra hoc: quia habet pedes nõ ambulat: oculos habet et non videt: aures habet et nõ audit: os habet et non loquitur: et sic scatat sicut vnus lapis: et dum ipse loqueretur cum ea insufflaui

ventus a quattuor partib⁹ mūdi ꝛ proiecit eum in mari magno: et ea hora Helyas scidit vestimenta sua ꝛ euulsit capillos suos:ꝛ dixit ve quia perdita est saluatio israel. Et exiuit vna filia vocis id est reuelatio:ꝛ dixit Helya. Nō est sicut tu cogitas:sed quattuor centis annis habitabit in mari magno: et lxxx.annis vbi ascēdit fumus circa filios Chore.ꝛ.lxxx.annis in porta rome quod remanet annorum per omnes ciuitates vsqꝫ ad finē. Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentū messie esse in destructione templi. ¶ Sed iudeus poterit arguere dicendo:ꝙ predicte auctoritates probāt aduentuꝫ ꝛ destructionem fuisse eadem die: sed veritas non est sic.quia a die passionis vsqꝫ ad destructionem transierunt.xl.anni. Hic potest dari optime duplex responsio. Prima ꝙ istud nomen dies accipi potest tripliciter.scilicet stricte:large:ꝛ largissime. Primo accipitur prout sol est supra orizontem. Secundo accipitur pro.xxiiij. horis. Tertio accipitur pro tempore sicut inuenimus in Esa.ca.xix.vsqꝫ ad.xxix. Ubi sepe fit mentio de hoc nomine dies ꝛ necessario habet accipi pro maiori tempore ꝙ̄ est annorum. Secunda responsio est ꝙ si templū bene durauit post passionem quadraginta annis:veritas tamen est ꝙ in hora passionis perdidit templū oēm sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionem ꝙ̄ illam. Unde dicit Thalmuth in libro de Joma in capitulo quod incipit septem dies legunt magistri decem miracula q̄ facta erant in domo sancta.sciꝫ ꝙ abortiuit ex odore carnis fetē. Non fetebat caro sancta aliquo tēpore:nunꝙ̄ apparuit musca in tēplo:nunꝙ̄ accidit pollutio sacramenti magno in die indulgentiarum. Nunꝙ̄ inuenta est macula in pane propositiōis:et licet pedes starēt in templo cum habebat humiliari spaciosi inueniebantur. Nunꝙ̄ nocuit serpens nec alacerni hierusalem. Nunꝙ̄ dixit vir socio suo strictum hospitiuꝫ habuit in hierusaleꝫ. Nunꝙ̄ fuit sufficiēs pluuia ad extinguendum ignem altaris. Et nunꝙ̄ fuerunt sufficiētes venti ad torquendum pilare fumi quod ascendebat de altari. Et dicit trāsmaya ꝛ adhuc plures: quia partes vasorum terrenorum que frangebantur in templo fundebantur in eodem loco: et dicit abaye:ꝛ adhuc plume auiū sacrificij ꝛ cinis altaris incensi omnia fundebantur in loco suo.et totum hoc cessauit.xl.annis ante destructionē templi:sicut scriptum est. Signa nostra non vidimus non est vltra propheta neqꝫ apud nos est sciens vsqꝫquo.ps.lxxiij. Iteꝫ dicitur in eodem libro: legunt magistri ꝙ.xl.annis in quibus administrauit symeon iustus omni hora vēiebat sors dei ad manuꝫ dexte-

ram.sed extunc aliquando in dextera aliquādo in sinistra. Item elco polone efficiebatur albus aliquando non. Item candela que erat in occidente templi omni hora erat incensa:sed extunc aliquando incēsa.et aliquādo extincta. Itē ignis altaris excedebat per seipsum et non erat necesse sacerdotibus mittere ligna:nisi bis in die solum:vt affirmaret preceptum ꝙ habebat sacerdos de mittēdo ligna. Leuit. vi. Sed ex illo tunc aliquando excedebant aliquādo non intantū ꝙ sacerdotes non cessabant ponere ligna tota die. Itē dicitur in Talmuth hierosolometista.in libro de yoma.in ca.quod incipit duo hyrci legūt magistri.ꝙ.xl.annis ante destructionem templi inueniebāt extinctam candelam que erat in occidente et copolane stabat semꝑ rubeus:ꝛ sors dei veniebat ad manū sinistram:ꝛ claudebant portas templi in sero et inueniebant eas apertas de mane. et dixit rabi Iohanni filius zachai. Templuꝫ:templū quare nō terres. iam scimus ꝙ tuꝰ finis debet esse destructio. quia ꝑte prophetauit zacharias.cap.xi. Aperi libane portas tuas ꝛ comedat ignis cedros tuos. Ecce ergo clarissime quomodo.xl.annis ante destructionem qua hora fuit christi passio cessarunt omnia miracula et perdidit templum sanctitatē suā. Et nō solū tunc dicta miracula cessauerūt.sed eadē hora amotuꝫ fuit sceptrū iuda.ſm illud qđ ꝓpheta uit iacob.ꝛ scriptū est in libro canhedrin. in ca.qđ incipit haudbod qui et in libro de abdozara. in ca.i. dicunt sic.legunt magistri.ꝙ.xl.annis ante destructionē tēpli fuerūt amoti canhedrin.i.lxx.iudices consistorij gazit:ꝛ fuerunt positi in hamith.declarat Rabisichim. locus erat in hierusalem qui vocabatur hamith.dicit rabiadin.ꝛex illo tūc nunꝙ amplius iudicarunt iudiciū criminale:quia iudiciū criminale non poterat fieri nisi in consistorio gazit:ꝛ dicit rabimosse darsan ꝙ non auferetur sceptrū de iuda.hoc dicitur ꝓpter cōsistorium gazit qđ erat in terra iuda:ꝛ dux de femore eius.isti sunt canhedrin qui erant sedentes in cōsistorio Gazit. quod erat in terra iuda:ꝛ dixit sic Iacob canhedrin.qui stabant sedentes in consistorio gazit nunꝙ erant amoti a terra iuda iudicādo iudicia criminalia quousqꝫ veniat syso q̄ est messias:ꝛ dicit rabira chanum q̄n fuerunt amoti a consistorio canhedrin gazit:et fuit eis amota potestas iudicandi iudicium criminale consuerunt saccos super corpora sua. ꝛ euulserunt capillos suos:ꝛ dixerunt ve nobis:quia amotum est sceptrum iuda ꝛ filius dauid non venit. Qui multū non est corde cecus bene potest videre clarissime quomodo sequitur ex omnibus supradictis auctoritatibꝰ aduētus messie pro illa hora. ¶ Verūtamen pro maiori sanctificatione potest videri hec veritas ex magna publicatione:que ibat ex ore omnium gentium eo tempore de aduētu messie

intantū ꝙ quia viderunt illa hora regere vnum qui regnabat in ciuitate iude qui dicebat̃ biter ꝙ erat homo magne fortitudinis: ꝛ victor preliorum cuius nomen erat bacozíba, statim reputauerūt eū messiā intelligentes ꝙ in illa hora erat tēpus assignatum: aduentus messie dicitur in libro canhedrin, in capi. quod incipit totus israel ꝙ barcoziba regnauit. xxx. annis cum dimidio: ꝛ dixit doctoribus. Ego sum messias ꝛ rabí squiba quando videbat barcozibam dicebat, iste est messias. Item dicit Rabimoysen de egypto, in capi. de iudicibus in lectionibus regū, rabiaquiba magnus sapiens erat: et de maioribus tamulth erat ꝛ portabat arma barcozibe regis ꝛ dicebat de eo ꝙ ipse erat rex messias: quousqꝫ ipꝫ interfecit adrianus propter peccata sua. ¶ Item possumus verificare predictam conclusionē ex prophetijs danielis, scꝫ per illas, lxx. ebdomadas: quas tradit in, ix. ca. sui libri que non potest declarari nisi pro rege messia: sicut dicit Rabimoyses magister gerūdensis in glosa quaꝫ fecit super danielem, vbi dicit sic. Et vngatur sanctussanctorū. Iste est messias sanctificatus filiorum dauid. ꝛ dicit Rabimosse darsan. Et adducatur iusticia sempiterna iste est rex messias. Item dicit in fine libri: qui vocatur cederhaolā Rabi yoze, lxx. ebdomade numerate sunt a destructione primi templi vsqꝫ ad destructionem templi vltimi, qui sunt, lxx, anni captiuitatis babylonice, ꝛ, cccc, xx, quibus durauit templum secundū, ꝛ in fine illorum debebat venire messias, et sic declarat gaon raby cahadias ꝛ rabi abraā abenazadra. ¶ Item predictam ppheciam exponit petrus alfonsi couersus multum grate ſm antiquos hebreos declarando tempus aduentus messie: sic dicens in libro danielis. Tempus aduentus xpi. sic est danieli per angelum reuelatum, lxx. ebdomade sunt constitute super populum tuum ꝛ super vrbem sanctuarij tui: vt consumetur preuaricatio ꝛ finē habeat peccatum ꝛ deleatur iniquitas ꝛ adducatur iusticia seculorum ꝛ impleatur visio et prophetie ꝛ vngatur sanctussanctorum. Scito ergo ꝛ aduerte ab exitu sermonis: vt iterum edificetur hierusalem vsqꝫ ad xp̄m ducem ebdomada septima ꝛ ebdomade, lxij, erunt et rursum edificabitur platea et muri in angustia temporuꝫ: ꝛ post ebdomadas, lxij, occidetur xp̄s ꝛ ciuitatē ꝛ sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo ꝛ finis eius vastitas, ꝛ post finem belli statuta desolatio confirmabit autē pactū multis ebdomada vna ꝛ in dimidio ebdomadis deficiet hostia ꝛ sacrificium: ꝛ in templo erit abominatio desolationis ꝛ vsqꝫ ad consummationem et finem perseuerabit desolatio, pphetia sane ista clausa est: ꝛ ad intelligendū difficilis, ꝛ sunt ibi termini multi designati: sed tn̄ oēs ad designandum christi aduentum sunt positi. In primis igitur scien

dum est quod ebdomade iste annorum sunt ebdomade cum igitur ait .lxx. ebdomade constitute sunt sup populum tuum: et super vrbem sanctuarij tui: vt consumetur preuaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iusticia seculorum: et impleatur visio et prophetie et vnguatur sanctussanctorum. Cuius illud inquit ait nominari voluit: quia septies septuaginta sunt .cccc.xc. anni erant constituti ab eiusdem anni prophetia: vsque ad destructionem Hierusalem et templi que a Tyto Romanorum imperatore facta fuit: cuius destructionis tempore iam christus venerat qui et iusticia seculorum et sanctussanctorum erat: per quem etiam et peccatum omne et iniquitas est deleta et prophetia omnis impleta. Cetera autem omnia que sequuntur ad horum .ccccxc. annorum diuisionem et declarationem sunt posita per hoc autem quod ait. Ab exitu sermonis: vt edificetur hierusalem, vsque ad christum ducem ebdomade .lxx. innuitur: quod ab huiusmodi die prophetie vsque ad Cyrum regem Persarum qui ab ipso deo per Ysaiam .xlv. christus appellatus est. fuerunt .lxx. annorum. ebdomade .i. .xlix. anni. Cuius Cyri precepto cepit hierusalem edificari: in cuius reedificatione postquam cosummatum est opus vsque ad aduentum Tyti super hierusalem .cccc.xxxiiij. anni fuerunt. et hoc est quod dicit ebdomade .lxij. i. cccc.xxxiiij. anni erunt: et rursum edificabitur platea et muri in angustia temporum: et posuit ebdomadas septem: et postquam occidetur christus ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus: scilicet romanus cum duce venturo .i. Tyto et finis eius vastitas et post finem belli statuta desolatio. Quod autem sequitur confirmabit pactum multis ebdomada vna. illa profecto ebdomada vna septem sunt anni obsidionis septem enim annis obsessa est ciuitas ab exercitu romanorum et infra illos septem annos adeo coacti fuerunt intus et afflicti: quod non habuerunt vnde sacrificium facere possent. et hoc est quod ait in dimidio ebdomadis. et infra ebdomadam deficiet hostia et sacrificium et in templo erit abominatio desolationis: quod etiam additur vsque ad consummationem et finem perseuerabit desolatio. insinuat quod captiuitatis et desolatio illa sine foret caritura. Septem ergo ebdomade vsque ad Cyrum et lxij. ebdomade a Cyro vsque ad Tytum et ebdomade obsidionis vna profecto .lxx. sunt ebdomade hec est expositio predicti Alfonsi medici imperatoris Hyspanie regis alfonsi qui cum esset sapientissimus inter iudeos illuminatos a deo conuersus fuit ad christum et scripsit optime dyalogum fidei catholice anno domini. M.C.vi. ¶ Qui autem plenius voluerit scire diuisionem dictarum .lxx. ebdomadarum sicut eas diuisit Daniel .i. ad .vij. et ad .lx. et ad duas et ad vnam et illa vna et duas dimidias inueniet multum optime in glosa magistri Nicolai de lyra

super danielem. Sed τ ꝓpter nonnulla que addūt moderni iudei in ꝓphetia Jacob. de sceptro τ in su pradicta. de. lxx. ebdomadib⁹: τ ꝓpter eorum recuruas expositiones anullandas predictas duas ꝓphetias expono eo modo τ forma qua dictus inclitus doctor Nicolaus de lyra suis locis exponit: ne diligēs scire forte inopia librorum intelligat curuitates iudeorum. Huc eñ librum pro ignorātibus scripsi. vt breui volumine leuiter possint arma inuenire contra inimicos xp̄i. Et introducitur primo prophetia Jacob. in qua exprimitur tempus aduentus messie. Gen. xlix. vbi dicit iacob filijs suis. Congregamini vt annunciē vobis que ventura sunt nobis in nouissimis diebus sequitur. Non auferetur sceptruꝫ de iuda et dux de femore eius donec veniat: qui mittēdus est τ ipē erit expectatio gentiū. quod sic exponitur a Nicolao de lyra vbi supra. Non auferetur sceptruꝫ de iuda. i. dignitas regia. τ dux de femore ei⁹ qꝛ deficiēte regno iterfecto rege sedechia in captiuitate babylonica et tunc gubernatus fuit populus iudeorum per illos qui erāt de tribu iuda. quia in reditu dicte captiuitatis zorobabel fuit dux eorū: vt habetur zacha. iiij. c. τ Aggei. i. ca. et post sacerdotes gubernauerunt populum: vt patet tempore Machabeorum: qui etiam erant de tribu iuda. quia tribus sacerdotalis et tribus regia erant coniuncte: vt patet. iiij. Reg. xi. vbi dicit ꝙ Josabeth soror achosie regis iuda tulit Joas. τ erat sex annis cum ea in domo domini: qꝛ ipsa erat vxor Joiade pontificis: τ istud regimē durauit vsqꝫ ad tempus herodis q̄ fuit alienigena de gēte idumeorū et ipso regnante natus est christus vt habetur Matth. ij. Cui⁹ regnū durabit in secula seculorum amen. Et ideo subditur donec veniat qui mittēdus est. i. christus qui missus est a patre pro salute generis humani: τ ipse erit expectatio gētiū. Sm ꝙ dicitur Aggei. ij. ca. Ecce veniet desideratus cunctis gentibus τc. In hebreo autē habetur sic. et erit ei aggregatio gentiū τ hoc impletum est in regno xp̄i. quia post resurrectionem τ ascensioneꝫ xp̄i. ad celos apostolis predicantibus fidē xp̄i iudei pro maiori parte remanserunt obstinati in infidelitate sua: τ gentes cū magna deuotione receperunt fidē xp̄i. Et sic xp̄o aggregate sunt. ꝓpter qđ apostoli dixerūt iudeis: vt habet Act. xiij. ca. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illō τ indignos vos iudicastꝭ vite eterne. ecce cōuertimur ad gētes. Sic eñ precepit nobis deus. ¶ Sed hanc ꝓphetiam que satis clare exposita est de christo iudei multipliciter nitimtur subuertere. Ad cui⁹ intellectū sciendū ꝙ in hebreo habetur donec veniat sylo. Hec autē dictio hebraica sylo est ꝓprium nomen loci: significat etiā in alio sensu missionē: τ sic est nomē cōē: ꝓut ergo est nomē loci accipiūt hic eā

aliqui iudei dicentes ꝙ prophetia impleta est: quando saul qui erat de tribu beniamin: vt habetur .i. Reg. xi. fuit electus in regem ⁊ inunctus fuit in sylo vbi erat tabernaculum domini ⁊ archa: ⁊ per cōsequens vnctio vbi reges debebāt inungi. et sic sceptrum quod accipitur pro quodā domino et primatu: quod fuerat in tribu iuda vsq̃ tunc fuit translatum ad tribum bēiamin. Sed hoc dictum manifeste contrariatur textui. quia ante electionē Saulis archa dei iam erat amota de sylo. et erat in cariathiarim. vt habetur .i. Reg. vij. c. Itē post saul immediate: immo ipo adhuc regnante: fuit dauid inunctus per Samuelē. quia dauid fuit primus rex de tribu iuda. et tunc reges de illa tribu quādo incepit successerunt. Qđ autē sceptrum dicatur auferri de tribu iuda quādo incepit esse in propinqua dispositiōe ad gradum perfectum non est verisimile. Et ideo alij iudei dicunt ꝙ ista prophetia impleta fuit in electione hieroboā in regem qui erat de tribu effraim. quia decem trib⁹ ablate sunt a regno iuda: ⁊ adheserunt hieroboam quando roboam die constituto dedit populo duram responsionē. iij. Reg. xij. Et sic exponunt donec veniat sylo. i. donec veniat hieroboam coronandus in tali loco. Sed ista expositio ostēditur falsa per textum. quia congregatio illa nō fuit facta i sylo. sed in sychem. vt habetur. iij. Reg. xij. c. Item non fuit ablatum regnum a domo iuda tūc: sed stetit vsq̃ ad captiuitatē babylonicam per successionē hereditariā. Et illi soli dicebantur proprie reges: quia instituebantur per inunctionē. q2 templum archa domini: ⁊ illa que ad inunctionē requirebantur in hierusalē remāserūt que erat metropolis in regno iuda: propter quod alij iudei accipientes hoc nomen sylo prout significat missionē: dicunt ꝙ dicta prophetia impleta ē tempore nabuchodonosor quādo venit contra hierusalem ⁊ occidit sedechiam regem: ⁊ sic defecit regnū iuda. Et ideo exponunt predictam litteram sic. Non auferet sceptrū ⁊c. donec veniat qui mittendus est. scȝ Nabuchodonosor. qui propter peccata iudaici ppl'i missus fuit a deo ad destruendam terram ⁊ auferendum regē: ⁊ erit ei aggregatio gētium: quia ꝑpter dilationē sui imperij aggregate sunt gentes sub eius dominio. Sed ista expositio ⁊ precedentes ⁊ consimiles si fiunt destruuntur per translationē chaldaicam quā iudei vocant targum: que ita auctētica est apud iudeos ꝙ nullus doctor eorum fuit ausus ei contradicere. immo quando littera hebraica est obscura recurrunt ad illam pro explanatione. In illa aūt sic habetur. Non auferet sceptrū de iuda ⁊c. Donec veniat messias in scriptura: sed solus xp̄s qui ꝓmissus in lege et prophetis erat. Et hoc patet clarius veritas nostre catholice expositiōis ꝑdicte.

Cum ergo a tempore predicti herodis regis cessauerit regia digni tas tribus iude et ducatus et i tpe illo nullus alius apparuit qui ex doctrina et operationibus posset dici christus nisi iesus saluator noster. Sequitur ergo q ipse est verus messias et q ei9 aduentus trasiuit in preteritu. ¶ Itez pdictus Petrus alfonsus couersus in suo dyalogo predicta pphetiam exponit sic dicēs. Doctores antiqui hebreoru sic exposuerunt prophetia Jacob. Nō auferetur sceptrum.i. virga regni de iuda. et dux de femore.i.de filijs filioru eius in secula. donec veniat qui mittendus est i.xps cuius est regnu et ad ipsum congregabuntur gentes Et nos quidē nouim9 q postq venit xps. neq rex neq dux de Juda fuit vlteri9. Credere itaq debemus q hic tēpus xpi aduētus determinatu fuit et q is qui tempore illo venit sine dubitationis scrupulo xps extitit. ¶ Secundo introducitur pphetia Danielis.c.ix. vbi Gabriel āgelus instruxit Danielez de illo tempore dicēs. Septuaginta hebdomadas abbreuiate sunt super populu tuu et super vrbē tuam sanctā et consumetur preuaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniqtas et adducatur iusticia sempiterna. ⁊ impleatur visio. et pphetia. ⁊ vnguatur sanctussanctoruz. Ad intellectum huius prophetie primo videnduz est qualiter hic accipiatur hebdomadas vel hebdomada qd est idem. In sacra enim scriptura vno modo accipitur pro tpe septē dieru. et hoc modo comuniter accipitur: hoc etiā modo loquitur scriptura Leui.xxiij. vbi dicitur q septē hebdomade sunt accipiende a festo pasce qui faciūt.xlix. dies. et l. die celebrandu est festuz penthecostes. Alio modo accipitur p tempore septem annoruz. et hoc modo loquit scriptura de hebdomada. Leui.xxv. vbi dicitur Numerabitis septem hebdomadas annorum que faciunt annos.xlix. et quinquagesimus annus qui immediate sequitur. dicitur iubileus qui apud iudeos erat annus remissionis vt ibidem dicitur. Non autem inuenitur hebdomada accipi plurib9 modis. Non potest hic hebdomada accipi pro hebdomada dierum. quia tota prophetia Danielis fuit completa infra annum et dimidiuz. ergo per locuz a diuisione oportet q accipiatur a numero annoruz. ⁊ in hoc oēs expositiones couenīut. sed in hoc differūt. Quia aliqui catholici vt Beda et alij dicūt q isti anni intelligendi sūt anni lunares q sunt breuiores annis solaribus.xi. diebus. Moti fuerunt autem ad hō dicendum ex duob9. Primo ex textu. quia dicuntur hebdomade abbreuiate. Et sicut dictum est anni lunares sunt breuiores annis solaribus. et per consequēs hebdomade annorum lunarium sunt breuiores. Secūdo quia angelus loquebatur Danieli qui erat hebre9. hebrei aūt computabant per annos lunares vt dicit ipse Beda. Et iō angelus posuit numerum annoruz predictorum p hebdamadas anno

rum lunarium. Utrumqꝫ dictum non placet Nicolao de lyra. ⁊ est ratio quia in hebreo non ponitur ab breuiate prout sonat in detruncatione seu diminutiōe. ſꝫ in hebreo ponitur precise vt notat temporis determinationem. ſ. nec plus nec minus. Similiter secūdum est falsum. si enim iudei haberent annū breuiorem. xi. diebus q̄ annus solaris cum secundum legem suam teneantur primo mense cuiuslibet anni facere pascha et die determinata. ſ. xiiij. die primi mensis. sequeretur q pascha eoꝝ huius anni p̄cederet pascha anni precedentis. in. xi. diebus. Et eodem modo pascha anni sequentis p̄cederet per xxij. dies. Et sic anticipando tempus quolibet anno per. xi. dies. Ad quod quidem sequeretur q iudei celebrarent pascha suuꝫ et obligatione precepti infra breue tempus in quolibet mense totius āni. Hoc autem apparet manifeste falsū ex vsu eorum quia semper faciunt eodem tempore. Et ideo patet q cōputant per annos solares sicut et nos. Licet enim incipiant menses a lunationibus tamen tertius annus apud eos: habet lunationes. xiij. ita q per embolismos faciunt ad equationes temporis. ⁊ sic computant per annos solares sicut et nos. Dato tamen q cōputarent p annos lunares: nihilominus habetur ꝓpositum nostrum vt videbit. ¶ Secundo videndū est quot annos continent hebdomade p̄dicte et patet q si multiplicētur. lxx. per vij. resultant. cccc. xc. ¶ Tertio videndum est a quo tempore incipiat computatio istarum hebdomadarum. et dicunt aliqui iudei q incipit ab. xi. anno: regis Sedechie quando destructum est primum templum. Alij dicunt q incipit a primo anno darij. quia isto tēpore dixit angelus ista danieli. Alij dicūt q incipit cōputatio ista a reditu captiuitatis sub zorobabel duce. anno secūdo Cyri regis Persarum. Alij dicūt q incipit cōputatio ista. a. xx. anno regis artaxerxis quando missus est neemias ad reedificandum iherusalē. Que aūt istarum opinionū sit vera propter ꝓlixitatē euitandam omittit. et etiam q secūdum omnes istas cōputationes habetur propositū nostrum sufficienter. ſ. q temp⁹ aduentus christi sit preteritum. quod patet. q angelus determinate assignat. cccc. xc. annos. vsqꝫ quo impleatur visio ⁊ ꝓphetia ⁊ vnguat sanctus sanctorum. i. xp̄s. Sed qualitercūqꝫ accipiatur computatio anni lunaris vel solaris et vbicunqꝫ incipiatur cōputatio. quia infra tamen nō pōt accipi q̄. a. xx. anno regis artaxerxis: totus tamē numer⁹ predict⁹ iā diu est p̄teritus. Et declaro saltem de vltimo numeꝝ predictū impletuꝫ. ſ. a. xx. āno artaxerxis vsqꝫ ad. xviij. annū Tyberij cesaris in quo passus ē xp̄s. Si fiat cōputatio per ānos lunares quod patet hoc modo. Regnum Persaꝝ durauit annis. ccxxxiij. ⁊ a principio regni vsqꝫ ad. xx. artaxerxis fluxerūt anni. cxv. et post durauit. cxviij. annis. Regnum grecoruꝫ du

rauit.ccc.annis ꝛ tunc cepit regnū romanorum a cuius principio vs͡ ad.xix.annum Tyberij fluxerūt anni.lvij.qui simul iuncti patet ꝙ faciunt.cccc.lxxv.annos solares q̄ implent predictum numerum secū dum lunares annos quia ānus lunaris continet.ccclitij.dies. Solaris vero.ccclxv. quadrantem vnū et.v.horas.ꝛ patet secundum verū numerum ꝙ.cccclxxv. āni solaris sunt.cccc.xc.anni lunares qui ē numerus hebdomadarum cōputādo vt dictum est per annos lunares.

¶ Aduertendum tamen ꝙ Rabi salomon dat quandam expositionē falsam ad rationē predictam quaꝫ oportet remouere.dicit enim ꝙ septem hebdomade ille non cōtinēt tempus precisum vs͡ ad aduentum xp̄i ꝛ passionis sue mysterium vt p̄dictum est. Sed dicit ꝙ continet tempus p̄cisum a destructiōe primi templi vs͡ ad destructionē secūdi per Tytū ꝛ Uespasianū: cuius expositio talis est. Septē hebdomade p̄cise.i. determinate sup populum tuum anteꝙ͡ veniat perfecta captiuitas eorū que facta est per romanos cōburentes ciuitateꝫ ꝛ templum ꝛ eijcientes inde populum iudaicum.vt consumatur preuaricatio.i.desistant a p̄uaricationibus castigati ꝑ predictā captiuitatem.ꝛ deleatur iniquitas eorum scꝫ ꝑ captiuitatem ꝛ afflictionē p̄dictam que est pena vt dicit. Et adducatur iusticia sempiterna.i.vt internum iustificentur ꝑ predictam captiuitatem ꝓ peccatis tolerādo Et vt sic finaliter impleatur visio ꝛ ꝓphetia.i.visiones de christo ꝓmisse ꝑ prophetas ꝛ vnguatur sanctus sanctorum.i.archa dei ꝛ vasa sanctuarij.que recuperabunt per messiam venturū in fine huius captiuitatis vt dicit. Sed ꝙ͡tum debeat durare ista captiuitas nō dicitur.ꝛ sic ꝑ consequens tempus determinatum ipsius hic non ponit.

¶ Quod auteꝫ ista expositio sit falsa ꝛ extorta patet per litteram precedentē vbi dicitur ꝙ angelus gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatione populi ad annunciandum exauditionem sue petitionis. Et ideo nō soluꝫ nūciauit ei liberationē a captiuitate babylonica. sed etiā ꝑfectā liberationē fiēdā ꝑ xp̄m de qua daniel principaliter orabat.ꝛ ideo dicere ꝙ āgelus venerit ad denūciādū Danieli ꝑfectā captiuitatē sui ppl'i.ꝛ nullū certū tēp⁹ liberatiōis fiēde ꝑ xp̄m hoc est valde absurdū ꝛ p̄cedēti littere cōtrarium.q2 non venisset ad consolationē Danielis sed magis ad desolationē. Item ꝙ dicit ꝙ ꝑ captiuitateꝫ in qua sunt desistunt a p̄reuaricatiōibus hoc ē apte falsū.q2 super oīa gētes intēdūt sortilegijs ꝛ augurijs vt sciūt illi qui nouerūt facta eorū: ꝛ tamē ista ꝓhibentur eis maxime in lege diuina.patꝫ in Exo.ꝛ Deutro.ꝛ in pluribus alijs locis veteris testamenti. Item ꝙ dicit visiones impleri prophetarum per merita eorum: ꝛ est contra illud quod dicit. Deutro.ix. Scito ꝙ nō propter iustificationes tuas dederit tibi de⁹ terram hanc in possessionem. etc.

multominus propter iusticias eorum implenda est promissio de christo et maxime quod de ipso scribitur Esa. viij. Et erit ad lapidem offensionis et petram scandali duabus domibus israel et in laqueum et ruinam habitantibus iherusalem. Item quod dicit per vnctionem sanctisanctorum intellige vnctionem arche et sanctuarij qui recuperabunt per regem messiam hoc est contra illud quod habet Ihere. iij. Cumque multiplicati fueritis et creueritis in terra in diebus illis ait dominus non dicent vltra archa testamenti domini neque ascendet super cor neque illius recordabunt neque visitabitur. neque fiet vltra: quia cerimonie veteris testamenti omnino cessauerunt post passionem christi. et tunc enim fuerunt mortue: manet ergo veritas inconcussa quod scilicet tempus hebdomadarum fuit impletum in christi aduentu qui peccata nostra tulit omnia que in deum in nos et in proximum commissa erant: iusticiam adduxit legem et prophetias impleuit. et vnctus est plenitudine gratie a deo patre. ¶ Tertio determinat sacra scriptura tempus aduentus messie Esa. vlti. textus ibi est antequam parturiret peperit. Et licet aliquid de hoc textu supra dictum sit. hic tamen plenius exponitur. super quo glo. hebraica. quia antequam natus fuisset ille qui in seruitutem redegit vltimam natus fuit redemptor. Igitur ante natiuitatem Tyti qui ciuitatem et templum destruxit et populum captiuauit et in venditionem et seruitutem exposuit intantum quod dabantur. xxx. pro vno nummo argenteo. vt dicit Hugo floriacensis. fuit natiuitas ipsius christi. hoc idem patet per translationem chaldaicam ibidem que comparat israel mulieri parturienti que angustias maximas patitur et dolores adhuc non erit ei vehemens angustia. et adhuc non veniet ei tremor cum doloribus propter partum et reuelabitur rex messias. Dolor enim et angustia partus exprimunt maximam calamitatem quam habuerunt in obsidione Tyti et Vespasiani vbi tanta fuit angustia et calamitas quod impletum est illud Trenorum. iiij. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos et multas alias angustias et miserias passi sunt que Josephus narrat in libro antiquitatum de bello iudaico vt videbitur lib. iij. Et ante istam obsidionem clarum est quod fuit iesus nazarenus natus per. lxx. annos et passus per. xl. annos. Iste textus cum glosa chaldaica est tante auctoritatis apud iudeos quod multi doctores eorum concedunt quod messias natus est in die destructionis templi. Pro quo allegat rabi hamon: quod lybanus cum excelsis cadet et egredietur virga de radice yesse. Esa. xi. Et interrogant ipsi iudei vbi est ipse messias natus in illa die destructionis templi: respondent quidam quod est in paradiso cum angelis viuens ibi eo modo quo moyses vixit quadraginta diebus in monte synai et expectat preceptum domini ad se ostendendum Alij quod est vltra montes caspios expectans preceptum domini de liberatione populi. Alij dicunt quod vadit per mundum sicut pauper et humi

liatus propter peccata populi sui: sm q dicitur Esa.liij. et nos reputauimus eū quasi leprosum et cetera. quousq appareat ex pcepto domini in virtute ad liberationez filiorum israel de captiuitate et miseria in qua sunt. Talis enim varietas ostendit q dictū eorum est ficticiū. Sed quicqd sit dictum videtur q verū est q tempus veniēdi messie taxatum in scriptura iam pterijt et impletum est in iesu nazareno vero messia nostro. et istd fuit vocatuz tempus plenitudinis. ad Gal. iiij. et Eph.i. quia in christi aduentu fuit quadruplex plenitudo. scilicet nature. scripture. gratie et temporalis mēsure. Nature quidem quia tūc venit finis ois creature. s. homo coniūct9 est suo principio. s. deo. Unde tunc fact9 est nobilis circulus q est perfectissim9 figurarū. Tūc etiam fuit vltimus modus formandi hominē q fit possibilis. s. de muliere sine viro. Alij enim tres precesserant et iste fuit quart9. Scripture etiam qr pmissa fuerūt reddita. figure cōplete et omnes scripture delucidate. Gratie plenitudo insuper apparuit in fecūditate marie. iustificatione iohannis: in missione spūsancti sup apostolos: et in sacramentis ecclesie. que sūt gratie vasa. Plenitudo nihilomin9 temporalis mensure. Omnis eniz perfectio consistit in trib9 precesserat aūt tempus nature in quo fuit conuictum humanū genus de ignorantia. Temp9 etiā legis scripte in quo fuit conuictuz de impotentia et hoc fuit tertiū complementum vniuersorū temporum in quo fidelib9 datur vera dei cognitio veraq virt9 ad completionem diuine legis. et in signū istarū plenitudinū voluit venire dei fili9 sexta mundi etate. vi. annoruz millenario. vi. mense a cōceptiōe Johannis. sexta die vt dicit et forsitā sexta hora. Probabile eniz est q illa die concept9 fuit adam celestis in qua fuit formatus adaz terren9. Illa hora veniret medicus in qua primus homo induxit humano generi mortiferam infirmitatem. sexta etiam die fuit passus et sexta hora in cruce fuit conclauat9. hoc ergo fuit temp9 beneplaciti et tempus miserendi vt dicitur in. ps. ci.

¶ Secūdum testimoniū aduent9 messie est inquisitio iudeorū facta tempore christi quaz non fecissent nisi tempus impletū cognouissent tūc enim inqrentes miserūt sacerdotes et leuitas ad Johannem baptistam quem tunc sanctissimū in sanctitate videbant vt interrogarent eum si erat messias vt dicitur Joh.i. Qui si dixisset q sic eum recepissent sed confessus est et nō negauit qr non sum ego christ9. i. messias vt patet: confessus est tamē q erat eius vox et preco clamans vt prepararent sibi viam tanq summo regi suo vero messie. qui et digito eū ostendit dicens eis. Hic ē de quo dicebam vobis qui post me venit ante me factus est. cuius non sū dignus corrigiam calciamenti soluere. et iterum euz digito ostendēs ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Ad hoc etiaz valet

inquisitio facta per eos eodez tempore de barcoziba vt supra dictuz est. Frustra enim esset talis inquisitio si tempus impletuz non cognouissent. ¶ Tertium testimoniū est iosephi sapientissimi hystoriographi iudeorū. qui in. xviij. libro antiquitatū describens tempora Tyberij cesaris sub quo passus ē christus sic dicit. Fuit eisdē temporib9 iesus vir sapiens si tamen virū eū nominare phas est. Erat enim mirabiliuz operum effector et doctor eorū hominū qui libēter ea que vera sunt audiūt. et multos quidē iudeorum. multos etiaz ex gentibus sibi adiūxit. xp̄s hic erat. hūc accusatione primorum nostre gentis virorū cū pylatus in cruce agendum esse decreuisset. non deseruerūt eū qui ab initio eum dilexerant apparuit enim eis iterum viuus ſm ꝙ diuinitus inspirati prophete hec vel alia de eo innumera miracula futura p̄dixerūt hec ille. ¶ Quartum testimonium est Pylati. q̄ anno domini. xxxvi. īpij vero Tyberij. xxi. cum esset mos romanis vt ꝓuinciarum iudices senatui scripto renunciarent vt si quid noui in his quas regebāt prouincias accidisset scripsit epistolam ad Tyberiuz sub hac forma. Tyberio augusto pontius pylatus salutem. Nup accidit ꝙ ipse probaui iudeos per inuidiam se suosq3 posteros crudeli dānatione perimisse. Cum enim promissum haberent patres eoruz ꝙ deus ipsorum mitteret illis per virgine3 sanctum suum qui rex ipsorum merito diceretur hunc me p̄sente misit in iudeam: quem cū vidissent cecos illuminasse. leprosos mundasse. paraliticos curasse. demones effugasse. mortuos suscitasse. vētis imperasse. pedibusq3 siccis sup vndas maris ambulasse. ⁊ alia multa miracula fecisse. ⁊ oīs populus iudeoruz diceret eū esse dei filium: principes sacerdotū inuidia contra eum moti itaq3 mihi eum tradiderunt. et alia pro aliis mentientes hunc magum esse ⁊ cōtra legem eorū agere dixerūt. Ego autem ita esse credidi ipsumq3 flagellatum eorum arbitrio tradidi. qui euz crucifixerunt et sepulchro custodes adhibuerunt. Ille quoq3 militibus meis custodiētibus die tertia resurrexit. Intantum vero nequicia iudeorum contra eum exarsit vt ipsis custodientibus pecuniam darent quatinus discipulos eius corpus rapuisse dicerent. Sed illi quod factum fuerat tacere non valentes testati sunt eum resurrexisse seq3 visionem angelorum vidisse: et a iudeis pecuniaz accepisse. Hoc autem ideo scripsit ne quis aliter estimet factum esse vel credendum mendaciis iudeorum. Tunc Tyberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum et postulauit vt christus deus haberetur. At senatus recusauit indignatus ꝙ non sibi ſm morem epistola primo fuiss3 delata. Et sic satis claret ex predictis quattuor testimoniis tēpus aduētus messie fuisse ante destructionē scōi tēpli.

¶ Quod verus messias debet esse

de genere iude procedens de medio filiorum iacob.



Ecũdus thesaurus aperitur de genere messie. quod sacra scriptura prenunciat et specifice determinat: et impletum est in iesu nazareno. nam dixit dominus moysi Deuterono. xviij. Prophetam suscitabo eis de medio fratum suo⸗rum similem tibi. ponã verba mea in ore eius. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor existã. Et patet ꝙ ista auctoritas nulli potest applicari nisi iesu nazareno vero messie nostro. quod patet per duas eius partes principales. Prima pars auctoritatis: est prophetã suscitabit deus filijs israel de medio fratrum suorum. Ecce genus messie. pro quo nota ꝙ iudei dicuntur filij israel vel iacob: quod idem est Israel autem habuit quattuor vxores: ex quibus procreauit. xij. filios ⁊ vnam filiam. Prima fuit lya que habuit sex filios et vnam filiam ꝑ ordinem qui sequũtur. scilz Rubẽ Symeon: Leui: Judas: Isachar zabulon: Dyna. patet Genes. xxxv. Secunda vxor eius fuit rachel que habuit solum duos filios. scilicet Joseph et Beniamin. Tertia fuit bala ancilla rachelis que habuit solum duos filios. scilicet dan ⁊ neptalim. Quarta fuit zelpha ancilla lye que habuit solũ duos filios scilicet Gad ⁊ Aser. quod pꝫ Genẽ. vbi supra. Modo qd dicit auctoritas. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Iste ergo propheta qui debebat esse messias: non potuit esse de filijs Bale ancille rachelis: quia non habuit nisi duos filios: et in duobus non est medium. Nec potuit esse de filijs zelphe: propter eandem causam: nec a simili de filijs rachelis. ergo oportet ꝙ sit de filijs lye qui fuerunt septem: et in numero septennario est medium: scꝫ quartus. Numerentur ergo filij lye per ordinem. Primi tres sunt ruben. Symeon. Leui vltimi tres. Isachar. zabulon. Dyna. Mediũ istorum fuit iudas qui fuit quartus. Propheta ergo qui debebat esse messias ad hoc vt suscitaret eum deus de medio fratrum suorũ debuit esse de tribu iuda. Ecce genus eius. Hic diligenter attende absconditum mysteriũ: quare scꝫ deus dixit. de medio suscitabo ꝓphetam. id est messiaꝫ. Genus eñi humanum propter peccatum primi hominis: ⁊ propter innumera peccata que postmoduꝫ homines commiserunt fuit diuisum a deo: sicut dicitur Esay. quinquagesimonono. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrum et absconderunt faciem eius a vobis. Istud est signuꝫ maximi odij inter deum ⁊ homines: scilicet abscondere faciem suam ab homine Quia tria sunt signa inimicitie: et istud est supremum. Primum est cũ quis denegat alicui suaꝫ fami⸗

llaritatem quēadmodum xp̄s ille cui dixit. Matth.viij.et Luce.ix. Uulpes foueas habent etc. Scdm est cū quis denegat alicui suam loquelā: sicut Johānes euangelista dicit loquens de heretico.ij. Jo.i. nec aue ei dixeritis. Tertiū et vltimū est cū quis denegat alicui suū aspectū: sicut dauid dixit de absalone filio suo.ij. Re.xiiij. q̄ nō videret faciem regis. In hoc gradu erat deus respectu humani generis: sicut ait moysi. Exo.xxxiij. Nō videbit me hō et viuet: et gemens Joh.c.xiij. dicebat. Cur faciē tuā abscondis et arbitraris me inimicū tuum Abacuc.i.c. Mundi sunt oculi tui dn̄e: vt nō videas malū: et respicere ad iniquitatē nō poteris. Cū ergo tanta esset discordia inter deum et hoīes: et ad pacificā dum discordes sit necessarius mediator. ideo messias p̄missus debuit exire et suscitari de medio qđ veridice fuit impletum in xp̄o iesu saluatore nostro. Quia ipse vt ostenderat q̄ veram pacem venerat facere inter deū et hoīes: et vt innueret q̄ verus mediator erat quasi semp̱ medium elegit: scilicet pacē inchoans: pacē ordinās: pacem confirmans: pacez publicās: pacem cōseruans. Hij sunt quinq̧ passus ascēsus nostre salutis. Est ergo primus passus q̄ xp̄s pacez inchoans exiuit de medio: quia est media in trinitate persona. Hic sunt due propositiones signate. Prima est q̄ debuit deus incarnari vt homo reconciliaretur deo et fieret pax. Secunda q̄ non pater nec spiritussanctus: sed filius. Prima ꝓpositio patet dupliciter: primo: quia nulla creatura sufficiebat ad tantū debitum persoluendum: cum debitum esset infinituz: quia cōtra infinitum offensa fuit facta. Secundo: quia contraria cōtrarijs curātur. Cum ergo homo cum peccauit voluerit esse deus dicente sibi dyabolo: eritis sicut dij. Gen.iij. Ergo per contrarium vt homo curaret oportuit q̄ per cōtrariū deus fieret homo. de hac materia in quarto latius dicetur. Secūda propositio patet: q2 licet tres persone sint vnus deus. distinguntur tamē realiter p̱ relationes et habent etiā appropriata distincta: q2 potētia appropriat patri: sapiētia filio: et bonitas siue amor spūisancto: que sunt quasi tres diuise trium personaꝝ offerentiū se in cāpo certaminis: vt cuiuscūq̧ tangeretur diuisa pro homine exiret in campū: venit dyabolus et tetigit diuisam filij dicēdo parentibus primis. Eritis sicut dij scientes bonum et malum. Nō dixit potentes. nec boni: sed scientes. Et cum scientia sit appropriatū filij. sicut potētia patris: et bonitas spiritussancti: vt dictum est. Non ergo debuit venire pro redemptione hominis et eius recōciliatione deus pater nec spiritussanctus: sz filius qui est media iu trinitate p̱sona. Item pacem inchoans venit in tempore medio. Currūt enī tria silentia ab initio mundi vsq̧ ad beatitudinez eternam: sicut patuit supra in hoc libro. articlo.iiij.

tertie cōsiderationis: et hoc est qd dicit. Sap. xviij. Dū mediū silentium tenuerūt oia: et nox i suo cursu medium iter haberet: oipotens sermo tuus dñe exiliens de celo a regalibus sedibus venit: angelus venit ad virginē hora cōpletorij. et ideo tunc pulsatur p Aue maria. Durauit sacra collocutio vsq ad dimidiū noctis. Et tunc dāte consensum virgine omnipotens sermo dei. i. verbum patris qui est eius filius a regalibus sedibus venit i vterū: sc3 virginis. Sic ergo patet q filius dei venit in medio silentio in incarnationē: sic etiā natus fuit media nocte. sicut pt3. Luce. ij. qr pastores custodiebant vigilias noctis: predicta tria silentia figurant nobis tres magnos annos durationis mūdi. In quorū medio debebat venire messias ad viuificandum genus humanū per peccatū mortuū dicēte ppheta Abacuc. iij. ca: Dñe op9 tuū: in medio annorū viuifica illud: in medio annorum notū facies. Item pacē inchoans stetit in medio: sc3 vteri virginalis. Ipsa enī virgo beata que debuit esse mater istius excellentissimi medij inter deū et hominē rationabile fuit q etiam ipsa esset mediū. Fuit enim medium locale: mediu3 morale: et medium naturale. Querūt enī logici mediū ad concludendū maiorem extremitatē de minori. de qua facit Aristoteles magnū pcessum in. ij. priorum. Maior extremitas deus est. Minor extremitas in genere rationabiliū homo est perquierūt patriarche et pphete et multi alij multis tēporibus medium ad cōcludendū predictā maiorem extremitatē de minori et non inuenerunt: sed venit beata virgo et facta est mediū: qr in ipsa est: per ipsam verbū caro factū est. et maior extremitas predicata est de minori: qr homo est deus: et etiā minor de maiori: qr deus est hō. Est etiam virgo beata medium morale. sm enī Aristotelē. ij. ethicoru3. Mediū morale ē virtus nihil participans de extremis: qr extrema sunt viciosa: tale mediū fuit virgo beata que nullū viciū cōtraxit. Et sm Hiero. Nihil gratie: nihil virtutis: nihil candoris est qd non resplendeat in maria. Fuit etiam mediū naturale: quod ponitur triplex a philosophis: sc3 mediū circuli: mediū celi: mediū mūdi. Mediū circuli ē a quo oēs linee recte ptracte ad circumferentiam sunt equales. Centrum istud est beata virgo. In circulo sunt peccatores quia in circuitu impij ambulabāt teste psal. xi. et ab ea ad circulū linee ducte sunt equales: quia oēs pctōres et alios equaliter videtur respicere. vnde Bern. Maria oibus omnia facta est sapientibus et insipientibus copiosissima charitate debitricē se fecit: vt de plenitudine ei9 suscipiant vniuersi. Est etiam medium celi quod dicitur linea equinoxialis in qua cū est sol equinoxium facit: et sub qua habitantes non agitantur perturbationibus temporū: qr sunt in optima dispositione. propter quod multi

theologi dixerunt quod sub illa linea est paradisus terrestris. talis linea fuit virgo beata: quia cuz in ea fuit sol iusticie factū est equinoctiuz. q2 nox sicut dies fuit illuminata. Infinitū visū z e equari finito: eternū tēporali: imortale mortali: inuisibile visibili: immensum capabili: diuitē pauperi. homies etiā qui habitāt sub hac linea sūt in optima dispositiōe: nō agitant neqꝫ mouentur perturbationibus demonū. ꝑpter quod merito dicitur paradisus. Tunc eñ impleta fuit figura illa Geñ. ij. quia posuit deus lignum vite in medio paradisi. i. xpm verum filiū suū in medio ventris virginalis. Est etiaz virgo beata mediū mundi. Istud dicit a pħis esse terra que equaliter vndiqꝫ distat a celo. Tres autē sunt ꝓprietates terre propter que virgo beata dr terra. e eñ infima et maria virgo infima: q2 humilima. Cū eñ deberet esse mater dei vocauit se ancillam. Luce. i. Ecce ancilla dñi ꝛc. Secūdo ad terram currūt aque. et ad beatā virginem abundantie gratiaꝝ. ps. ciij. inter mediū montiū pertrāsibunt aque. Tertio omnia ponderosa tendūt ad terrā tanꝙ ad centrū ꝛ suū medium: vt ibi saluentur sic ꝛ pctōres grauati pondere peccatorum recurrentes ad istud medium saluantur. vnde. Bernar. Ad mariaz velut ad mediū dei recurrant qui in celo sunt: ꝛ qui in inferno: ꝛ qui nos precesserunt: et nos qui sum9 ꝛ qui nos sequuntur et nati natorum ꝛ que nascentur ex illis. Sic ergo patet quomodo beata virgo est mediū logicale: morale: ꝛ naturale pro pace fienda inter deuz e homines. Verus ergo messias fit lius dei in inchoatione pacis exiuit de medio personarum diuinaꝝ inqꝫtum deus. Suscitatus est de medio fratruz. Inqꝫtum homo venit in medio silentio in medio annoꝝ: ꝛ stetit in medio paradisi: scꝫ vteri virginalis: ꝛ sic tanꝙ media tor verus in inchoatiōe pacis vniuit diuisa. s. deū ꝛ hominē: q2 deus ꝛ homo vnus est xps. s. verus mediator. ¶ Secundus passus est ꝙ ordinando pacez xps verus messias stetit ī medio quadrupliciter. Primo statim sicut fuit natus stetit in medio aialium. s. bouis ꝛ asini: sicut patet Abacuc. ij. ꝑm aliaz translationē. per bouem qui ruminat intelliguntur cōtēplatiui quorum officiū est ruminare dei magnalia: scꝫ rerū creationē: homis recreationē: mūdi gubernationē: premiationē bonoꝝ: ꝛ punitionē maloꝝ. Per asinum intelliguntur actiui: quoꝝ officium est onera ꝛ labores tolerare: quales sunt predicatores: confessores: ꝛ omnes exercitantes se in operibus misericordie inter quos xps positus est: vtrosqꝫ in societatem recipit: ꝛ ad suā beatitudinem perducit iam factos homies id est rationales qui per peccatū quasi bestie viuebāt. Secundo ordinando pacem inuētus est in medio doctoꝝ: sicut patet Luce. ij. Cum factus esset annoꝝ duodecim. dicit textus audiētez illos ꝛ interrogantē: sequitur.

Stupebant autē super prudentia ⁊ responsis eius: q2 nunq̄ viderāt infantē tam tenere etatis tante sapientie: permaxime cū scirēt eum litteras nō didicisse. Inuētus est ergo in medio doctorum: in signū q̄ sapientes ⁊ docti huius mundi vel habebāt ad illud mediū cōuerti: vel q̄ sapiētia illorum p excessum splendoris illius medij debebat obfuscari: q̄ indicat numerus duodecim annoꝝ qui est numerus superexcrescēs ſm btm̄ Isido. li. ethimo. iij. q2 eius partes aliquote plus reddūt q̄ suum totū: patet quia ille sunt vnum: ⁊ duo: ⁊ tres: ⁊ quattuor. et sex que sunt iuncte reddit. x. ⁊ sex: sic etiam improportionabiliter sapiētia xp̄i excedebat sapientiam doctorum. Tertio ordinando pacē transiuit per medium inimicorum ipsos fugiens. Luce. iiij. q2 cum voluissent ipsū precipitare de monte ipse trāsiēs per mediū illoꝝ ibat. Dicit Beda q̄ cū precipitaretur rupis admodum cere liquefacte cessit et fecit quoddam concauum in quo receptus est christus ⁊ manent ibi ruge vestis ⁊ signa pedis: sicut asserunt illi qui viderunt: tunc enī fecit se inuisibilem per medium trāsiens: fugiens mortē precipitationis: q2 non debebat mori nisi in ligno: vt vinceret vincentem in ligno. Quarto ordinando pacē stetit in medio discipulorum dando eis formā eligendi prelatum eos erudiens ⁊ eis seruiēs. Vñ Luce. xxij. Ego inquit in medio vestrum sum sicut q̄ ministrat: quasi dicat. Ille sit vobis superior qui fuerit humilior. Non ergo attendatis q̄s sit maior: sed attendite quis humilior: sicut ego. Qui licet sim dñs ⁊ magister vester non sicut qui recūbit in mēsa: sed sicut q̄ ministrat. Patet ergo q̄ christus verus messias ordinando pacem inter deū ⁊ hominem stetit in medio animalium. Inuentus est in medio doctorum: fugit per medium persecutorum: ⁊ ministrat in medio discipulorum. ¶ Tertius passus est xp̄s consummando pacem ordinatam stetit in medio dupliciter. Primo stetit in medio latronum: sicut patet ioha. xix. Crucifixerunt eū ⁊ co duos latrones hinc ⁊ inde: medium autem iesum: quod iudei fecerunt: vt populus communis cogitaret q̄ quia erat cum malefactoribus punitus erat malefactor sicut ⁊ alij. Sed tamen diuina dispensatione factum est: vt impleretur prophetia Isaye que ante illum vacua fuerat. Isay. liij. Et cum sceleratis deputatus est. Positus est autem in medio latronū vt nullus quātūcunq̄ peccator desperet de venia si voluerit facere penitentiam: quia ⁊ ille latro licet sero cognoscens peccatum suum: ⁊ petens misericordiam: inuenit subito veniam. Hodie inquit eris mecum in paradiso: et sic factum est: quia eadem die vidit diuinam essentiam: que visio dicit paradisus: sic cū viderūt xp̄z scti patres in inferno paradisus fuit ibidē. Secūdo cōsummādo pacē stetit ī medio terre: q2 mons caluarie vbi

crucifixus est xps: est in medio ter re hitabilis. tūc autē impleta fuit ,pphetia dauid. in psal. lxxiij. De⁹ autē rex noster ante secula. i. eter⸗ na ordinatione rex operatus est sa lutem in medio terre. tunc em̄ ibi operata est salus humani generis. et cōsummata pax inter hominē ⁊ deū. Fuit em̄ xps crucifixus in me dio terre: vt tanq̄ cētrum ⁊ mediū omniū omnia traheret ad seipsuȝ. quia ipse dixit. cum exaltatus fue⸗ ro a terra in cruce in medio terre: omnia traham ad meipsum. Joh. xij. ¶ Quartus passus est q̄ xps publicando pacem cōsummatā ste tit in medio. vnde post resurrectio nem stetit in medio discipulorum suorum: ⁊ dixit eis ter. pax vobis. Joh. xx. quasi dicat. Jaȝ est pax in ter deum ⁊ hominem consummata per passionē meaȝ. stans in medio latronum et in medio terre. ⁊ ideo pacem cōsummatā vobis in publi co dicens in medio vestrum pax vo bis: ⁊ sicut xps p seipm stās in me dio pacē publicauit discipulis: sic et per litteras per totum mūdum diuulgauit. Iste littere inter cete⸗ ras fuerunt epistole Pauli. in qui⸗ bus mūdo publicauit q̄ xps per⸗ sonaliter extrema diuisa vnierat fa ctus mediator. Unde ad gal. iij. lo⸗ quens de xpo quomodo lex fuit po sita in manu eius sicut in manu me diatoris: vt de ea faceret qd̄ vellet dicit. mediator autē vnius non est deus autem vnus est. Oportet er⸗ go q̄ mediator sit duorum. ⁊ sic nō [illegible] deus: sed deus et homo vniēs extrema diuisa. publicauit etiam q̄ christus fuit mediator extrema concorditer pacificans. vt patȝ ad Hebreo. ix. vbi dicit: quia christus noui testamēti mediator est vt mor te intercedente in redemptionem earum p̄uaricationū que erant sub priori testamēto repromissionē ac cipiant qui vocati sunt eterne he⸗ reditatis. Intimauit etiam firmā pacis per litteras: ,ppter quod de christo dicitur. ad hebre. viij. Me⸗ lioris testamēti mediator est iesus quanto in melioribus repromissio nibus sancitum est. Ueteris testa⸗ menti mediator fuit Moyses qui promisit obseruantibus bona tem poralia. Noui testamenti mediator est iesus: qui promittit fidelibus regnum celorum. Publicauit etiā per litteras hominibus: q̄ christ⁹ pacem immobiliter ratificauerat dicens de ipo. i. Thimo. ij. Media tor dei ⁊ hominū homo iesus chri⸗ stus. cuius testamentum confirma tum est temporibus suis. ¶ Quin tus passus est: q̄ christus pacē pu blicatam conseruando vsq̄ in finē seculi stat in medio. Ipse enim di⸗ xit Matth. vlti. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq̄ ad con⸗ summationem seculi. Sed quomo do sit in medio vidit Johānes euā gelista. Apoca. i. vbi dicit. Uidi se⸗ ptem candelabra aurea: et in me⸗ dio septem candelabrorum aureo⸗ rum similem filio hominis. i. chri⸗ sto filio virginis. Ista septem can delabra aurea sunt septē ecclesi e sacramenta. scȝ baptismus: confir matio: penitentia: eucharistia: sa⸗ cer ordo: matrimonium: extrema

vnctio. In quorum medio scz in sacramento eucharistie est xps verus deus et verus homo. qd sacramentum etiam durabit vsqz ad aduentum xpi ad iudicium: vt dicit apostolus. i. Corinth. xi. Quotiens enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. scz ad iudicium. Est ergo christus in sacramento eucharistie vsqz ad finem seculi sicut in medio septem cādelabrorū aureorum pacem inter deum et hominem conseruando: et non solum inter deū et homines. sed etiā inter hoies et hoies existēs in medio eorum. eorum voluntatem faciendo. sicut ipse dicit Matth. xviij. vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo: in medio eorum sum. Dicit in nomine meo. i. in charitate in medio eorum sum. scz eorum faciendo voluntatem si fuerit eorū petitio triplici conditione regulata. scz qꝫ petant p se et pie et perseueranter. Bene ergo dictū est moysi a domino in promissione messie prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Ex quibus duo catholica documenta accipiunt. Primum qꝫ verus messias debebat esse mediator dei et hominum. Secundum qꝫ verus messias debebat esse de genere tribus iude que manifeste impleta sunt in christo iesu saluatore nostro.

¶ Quod verus messias debeat eē similis moysi in in dando legem.



Tertius thesaurus aperitur de assimilatione messie quam sacra scriptura determinat quia postqꝫ deus dixit moysi prophetam suscitabo eis de medio fratrū suorum. statim subiunxit cui debebat assimilari dicens similem tui ca. quo supra. forte enim dixissent iudei non sufficere ad hoc qꝫ quis dicatur messias qꝫ exeat a medio: scz a tribu iuda: quia multi alij prophete fuerunt de tribu iuda: vt Dauid et sic suscitati sunt de medio fratrū suorum. Sed quid dicit regula. singula que non prosunt multa vnita iuuant. sufficit qꝫ qꝫtum ad hoc qꝫ debebat esse de tribu iuda verificatur in iesu nazareno. quia ipse fuit filius marie: que fuit desponsata ioseph: qui fuit de tribu iuda: vt patet Matth. i. Et mulieres nō desponsabantur nisi viris tribus sue. Ideo sequitur in auctoritate que dicta fuit moysi prophetam suscitabo eis etc. similem tui quasi dicat deus nō solum sufficit qꝫ sit de tribu iuda: sed qꝫ assimiletur tibi. Ista similitudo debuit ꝓm aliquid singulare esse quod fuerit in moyse: et nō ꝓm aliquid cōmune. Moyses duxit populum et erexit. Multi etiam alij hoc fecerūt: vt Aaron cū eo: et post eū iosue moyses fecit multa miracula. et alij multi hoc idē et maiora: vt helyseus qui mortuū suscitauit qd est maximū miraculorum. Sed in quo inuenitur Moyses singularis non habens parem in quo debet

sibi assimilari messias certe in dando legem. Hic sunt q̃ttuor pũcta vidẽda. Prim⁹ pũctus est quomodo moyses fuit singularis in dãdo legem. Secundus si iesus verus messias debuit dare aliam legem a lege moysi. Tertius si debebat illam legem quam daret scribere. Quartus que est excellentia legis noue.

¶ Quod moyses fuit singularis in dando legem.



Circa primũ pũctum posset aliquis dicere q̃ moyses non fuit singularis in dando legem. Quia sm̃ Isidorũ. v. ethimologiarũ ca. i. Multi fuerunt qui dederunt leges. Quia primus qui dedit leges grecis fuit Foroneus rex Primus qui dedit leges egyptijs fuit Mercurius termegistus. Primus qui dedit leges atheniẽsibus fuit Solon. Primus qui dedit leges lacedemonijs fuit Ligurgus. Iste fecit legem q̃ ciues haberent libertatem eligendi magistratus: et rectores. Iste diuisit soluz tam in domibus q̃ in vineis: et alijs predijs per equale ne quis posset dici potentior alio. Iste fecit iuuenes vna veste nõ ãplius toto ãno vterẽtur non permisit aliquem cultius alio progredi: nec opulentius epulari. Qui singula non pecunia: sed compensatione messium coequari iussit pueros puberes: non in forũ sed in agrum deduci iussit ne primos annos in luxuria: sed in labore et opere agerẽt: nec prius in vrbem redirent q̃ viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere vt vxores non pecunie causa eligerentur: sed virtute. et sic matrimonia diutius pmanerent. Maximũ honorem non diuitum et potentuz sed senum esse statuit. Deinum vt suis legibus eternitatem daret. iu reiurando obligauit ciuitatem nihil mutaturos priusq̃ reuerteretur. Profectus est autem cretã vbi voluntarium exiliũ perpetuo egit moriensq̃ abijci sua ossa in mari iussit. ne forte lacedemones se solutos crederent iureiurãdo si corpus eius reducerent ad ciuitatẽ. ¶ Primus qui dedit leges romanis fuit numa pompilius qui primus successit Romulo in regno. Deide cũ populos seditiosos magistrat⁹ ferre non posset. x. viros legibus scribendis creauit. qui leges ex libris Solonis in latinum sermonẽ trãslatas. xi. tabulis exposuerũt. Paulatim autem antique leges vetustate atq̃ incuria perierunt. Noue a Constantino cesare ceperunt: et reliquis succedentibus erantq̃ permixte et inordinate. Postea Theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionuz a Constantini temporibus sub proprio cuiusq̃ imperatoris titulo disposuit: quem suo nomine theodosianum vocauit. Iustinianus vero qui imperauit anno domini quingẽtesimo. xiij. et impauit ãnis. xxxviij. Hic leges ciuilesq̃ romane quarũ erat nimia prolixitas admirabili

breuitate correxit. et ad.xij. libros coartauit. et de oibus vnu codicem ordinauit: que codice Justinianuz appellari voluit. Fecit etia librum institutionu que in quattuor distin xit libros: in quibus legu primor dia cotinetur. Nouas quoq; leges quas ipse fecerat in vnu volumen redactas nouellas vocari voluit q comuniter autetice appellantur. et sunt per collationes distincte. Omniu etia magistratuu et iudicu seu iuris consultoru leges q duoru milliu ee librorum dicebant abbreuiari fecit: et ad numeru librorum quinquaginta redigit. ipsumq; libru digestoru seu padectaru vocari mandauit: qbus legib? hodie tot? mudus ordinatur et regitur. In isto principe concurreru poteria: sapietia: et diuinus cultus. per potetia hostes superauit. per sapientia mundu iustis legibus ordinauit. per diuinu cultu dei et ecclesia edificijs et alijs operibus honorauit. Cu ergo oes predicti leges dederint: vt osteu est ptz euidenter: q moyses in dando lege no fuit singularis. ¶ Respondeo et primo declaro quid est lex. secudo distingua nomen legis. tertio soluet dubitatio. Circa primu dicitur q lex est quodda speciale vinculu quo hoies tenentur et ligantur ne per actus illicitos euagentur. Sicut eni aialia siluestria no domatur nisi primo fortib? vinculis teneant: q sez nunq domita efficerentur si sine vinculis ad voluntate sua vagari dimitterentur. Sic vero necesse fuit: vt leges et madata a deo et a superioribus fierent: vt infra limites iusticie vagabiles mores hominu corrigeretur et domarentur. Homo eni qui sicut vir vanus in superbia erigitur. et sicut pullu onagri se natu liberum putat. vt dicitur Job.xi. nunq perfecte corrigeretur vel domaretur si sine legis vinculo vagari ad arbitrium sineretur. Et ideo certa ad ligandu mores hominu ne vagaretur. costituta est lex triplex. sez lex nature: diuine cure: et humane cure. Lex nature est illa inflexibilis certitudo qua deus in synderesi cosciencie collocauit. ne quis excusari possit. que vnicuiq; dictat et ostendit: quid bonum vel quid malum. de q dicitur. ad Ro.ij. Cum gentes que legem non habet ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex. vide ibi. Lex diuine cure est qua dedit deus moysi in scriptis. Et ideo dicit lex scripture. et qua xps in illa promissus implens vacuitatem eius veniens ex generis humani amore per seipsum docuit. et in cordibus impressit. suisq; fidelibus dereliquit. et ideo dicta est lex amoris. Lex vero humane cure est illa qua ad regimen humanum principes statuerunt. de qua dicitur. i. Corinthio.vij. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. ¶ Circa tertium ad predictam dubitationem dicitur q verum est moysen in dando legem esse singularem. et verum est q alij qui dicti sunt dederunt leges. quia moyses dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas. ait enim beatus Isidorus vbi supra. Moyses get.

hebraice primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. vt infra capl'o.ij. ponens differentiã inter leges diuinas & humanas dicit. Omẽs aũt leges: aut diuine sunt aut humane. diuine natura humane moribus constãt. Ideoq3 he. s. humane discrepant: quia alie aliis gentibus placẽt. Si ergo moyses in dando legem diuinam fuit singularis et solus. in illo quo singularis fuit propheta suscitaturus de medio debebat ei assimilari. sequitur q̃ ille pp̃heta debebat dare legem diuinam qđ solũ impletu3 est in iesu christo saluatore nostro qui dedit legem euãgelicam que lex diuina est & noua sicut moyses dedit legem diuinã antiquã. ¶ Quo ad secundũ punctũ sc3 vtrum iesus verus messias debuit dare legem diuinam: aliam a lege moysi dico q̃ sic. Ad quod pbandũ adduco tres fidelissimos testes: quorum prim⁹ est Isaias. qui in capl'o. ij. quod ad litteram exponitur de messia inter cetera dicit. De syõ exibit lex: & verbum dñi de hierusalem: quod verũ est in iesu nazareno vero messia: et in eius discipulis et apostolis qui inceperunt verbũ predicationis in hierusalem & cõtinuauerunt et publicauerunt per totum mũdum: q2 in omnẽ terrã exiuit sonus eo2 &c. Declarat rabi salomõ super verbo eleuabitur super omnes colles. ca. eodẽ dicẽs. Quid vult dicere. & eleuabitur super colles. Nisi quia miraculum quod erit factũ in eo erit maius q̃ miracula montis syna i & carmeli & thabor. Et quod est illđ miraculũ: est illud quod dicit. De syon exibit lex. Ite3 dicitur in midras tusim. id est i glosa psalterij super illud. Dñe in fortitudie tua letabit' rex. ps. xx. dicit' sic. Quid voluit dicere Isaias in. c. xi. quãdo dixit. In illa die erit radix Iesse que stat in signũ populo2ũ ipm gentes deprecabũtur: & erit sepulchrũ eius gloriosum. Dixit rabi hãma. Non venit rex messias: nisi vt det gẽtibus seculi mandata: sicut tabernacl'a: palmes: & philateria. Satis apparet ex intentiõe hui⁹ doctoris q̃ deus debebat dare legem nouã in qua essent mandata cerimonialia: sicut in lege veteri. Et quia facit mentionem aliqua2 cerimoniarũ legis antique nõ apparet q̃ sit sua intentio q̃ messias deberet dare illas easdem cerimonias: cũ causa pp̃ter que date fuerunt in illo tp̃e sit iam preterita: & in tp̃e messie non est locus vt dẽtur. Item dicit' in midras sichasirim. i. in glosa cãtico2ũ sup textu. ca. primi vbi dicit'. Osculetur me osculo oris sui. dixit rabi Iahida. In hora in qua israel audiuerunt ex ore dei. Duo prima mandata legis fuerũt firmati in cordib⁹ suis taliter: q̃ nõ tradiderunt obliuioni. Venerunt ad moysen & dixerũt. En rabi oportet q̃ tu sis mediator inter deum & nos: sicut scriptũ est Exo. xx. dixerunt moysi. Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur dñs nobis ne forte moriamur. Ex illo tũc docebat eos moyses legem: & qui addiscebant obliuioni tradebant & dixerũt. Sicut

moyses est carnalis ꝛ transiēs. sic doctrina sua transit a nobis et dixerunt Rabi. vtinam vellet de⁹ secundo ostendi nobis ꝛ iam oscularetur nos osculis oris sui. taliter ꝙ sua doctrina refirmaretur in cordibus nostris. Et dixit eis moyses Hoc nō pōt esse modo sed in tēpore Messie erit. quia sic scriptū est Ihere. xxxi. Dabo legem meam in visceribus eorū ꝛ in cordibus eorū scribā eā. hec ibi. ¶ Hec est illa lex quā cū magna instātia petebat dauid secundus testis. in psal. cxviij. Legem pone mihi domine viā iustificationum tuarū: ꝛ exquirā eā semꝑ. Hic pōt queri a iudeis quā legē hic petebat a dño dauid nō legē moysi quia eam iā habebat. ergo aliā qꝛ dicit. viā iustificationū tuarum et hec non est alia nisi veri messie Iesu nazareni que iustificat. lex enim moysi nō iustificabat nec eius sacrificia patet qꝛ illa sacrificia de per se. nō placebāt deo nec cum lege instituta sunt. Ihere. vij. Hec dicit dñs: nō sum locutus cū patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti. de verbo holocaustorum ꝛ victimarū sed ſm ꝙ dicit Rabi Moyses de egypto. Ista sacrificia non fuerūt data nisi vt retraherentur a sacrificijs ydolorum et in signum huius non fuerunt data populo nisi post ꝙ populus ad ydolatriā ꝯclinauit vitulum cōflatilē adorando. Ideo voluit deus magis ea sibi offerri ꝙ ydolis. et de hoc pulcre tractat sanctus Tho. prima secunde. q. ciij. articulo. iij. in corpore. ꝛ deinde per totum. Item pꝫ ꝙ sacrificia legis moysi non iustificauerunt qꝛ semꝑ cuꝫ eorum oblatione requirebatur oblatio sacerdotis patet ĩ leuitico ¶ Sed quid si sacerdos esset malus ꝛ indignus: vtruꝫ exaudiret a domino: certe nihil valebat totum sacrificiuꝫ. ꝛ hoc est ꝙ dicūt doctores theologi ĩ quarto ꝙ sacrificia valebant non ex opere operato. sꝫ ex opere operante. Secus est de sacrificijs veri nostri messie iesu nazareni que valent ex opere operāte. ꝛ ex opere operato: vt patet in baptismo: qui quātūcūqꝫ sit malus minister et pessimus etiam iudeus ꝛ infidelis quicunqꝫ faciens quod ecclesia intendit baptismus ꝯplet suum effectum. Petebat ergo dauid legem veri messie Iesu nazareni que iustificat dicens. Legem pone mihi domine iustificationuꝫ etc. ¶ Hec est illa lex scilicet Iesu nazareni data in monte syon nō in monte synai. de qua tertius testis. s. Iheremias. c. xxxi. dicit. Ecce dies veniunt. id est tempora noui testamenti dicit dominus. ꝛ faciā domui israel ꝛ domui iuda. i. fidelib⁹ christuꝫ confitentibus generaliter ꝛ credentibus de iudeis specialiť secundum quod dicitur Act. xiij. Primū vobis oportebat loqui verbum dei ꝛ cetera. fedus nouuꝫ. i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri testamento vocatur fedus non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti qō irritum fecerunt. ipsum multipliciter trāsgrediendo. sicut patet in libris

Judicum Regū. et paral. Ecce q̄ expresse dicit propheta legem veri messie. quam vocat fedus nouuȝ siue pactum debere esse aliam a lege moysi. ⁊ dicit non secundum pactum quod pepigi cum patrib⁹ eorum in die qua eduxi eos de terra egypti. scilicet cum dedit eis legē in monte synai. ¶ Quia ergo alia debebat esse lex messie promissi. s. iesu christi a lege Moysi videnda est differentia inter vtrancꝫ legem que non vna sed multe incomparabiles dicte sunt de quibus dat testimonium sacra scriptura specialiter doctrina beati pauli qui plenius q̄ omnes alij auctores noui testamenti locutus est ostēdens q̄ quia impleta erant mysteria ipsius cessauit vsus legis moysi q̄ primo erat. Et de diuersis ptibus suaruȝ epl'arum colligunt̄ hic. xiiij. differentie. et addaȝ vnā: vt sic sint. xv. differētie q̄ p ordinem sūt iste q̄ sequūtur videlicet lex Moysi est lex carnis. lex christi est lex spūs. lex Moysi est lex timoris. lex xp̄i ē lex amoris. lex Moysi est lex figure lex xp̄i ē lex veritatis. lex Moysi ē lex oneris pōderosi ⁊ sine cōmō. lex xp̄i ē lex suauitat̄. leuitatis ⁊ multi fruct⁹. lex Moysi ē lex seruitutis. lex christi ē lex libertatis. lex moysi est lex que occidit. lex xp̄i est lex que viuificat. lex Moysi ē lex mortis. lex christi est lex vite. lex Moysi est lex que est virtus peccati lex christi est lex que est plenitudo gratie. lex Moysi est lex antiquitatis ⁊ debilitatis: lex christi est lex nouitatis et fortitudinis. lex Moysi est lex vacua. lex christi est lex habundantie. lex Moysi est lex imperfectionis. lex christi ē lex perfectionis. lex moysi est lex noctis lex xp̄i ē lex diei. lex moysi est lex tenebrarum lex christi ē lux lucis clare. lex Moysi est lex mysterium dānationis. lex christi ē lex iusticie ⁊ saluationis. lex moysi est lex pticularis lex christi ē lex generalis. ¶ Omissis primis. xiiij. propter prolixitatem euitandaȝ. que diligens lector in predictis epistolis poterit inuestigare contra quālibet conditionē legis moysi poterit concludere nō ſm pactum etc. vt supra. Ultimaȝ soluȝ pro presenti intendo pertractare cum hec sit inter ceteras propria differentia vtriusqꝫ legis. lex enim moysi fuit particularis propter multa. Primo quia lex serui. scȝ moysi. Secundo quo ad populum quia fuit data particulari ⁊ limitato populo. s. descendentibus ab Abrahā per Jsaac. Tertio quo ad precepta cerimonialia sacramētalia ⁊ iudicialia que solum obligabant populum limitatum. scȝ iudeorum et non alios homines mūdi propter quod ille populus fuit dictus peculiaris. Quarto erat limitata ⁊ particularis quo ad locū scilicet terre pmissionis i qua obligabantur iudei et non in altera implere multa suorum preceptorum habentibus in se ceteros limites vel terminos. Quinto quo ad tempus quia habebat durare tempore limitato scilicet vsqꝫ ad aduentuȝ Messie lex vero christi est lex vlis Primo quia lex domini vniuersi si

cut lex moysi lex serui. Secũdo est lex vniuersalis et sine aliqua limitatione quia mãdat suis apostolis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. mar. vlti. Et ꝙ baptizarent omnes gentes et docerent non doctrinam moysi serui sui. sed quam ipse dominus precepit eis et propterea data ⁊ notificata lege que est vniuersalis et communis omnibus gentibus: statim cessauit lex moysi que erat particularis data iudeis cũ vna esset incompatibilis alteri. ⁊ dico incompatibilis non solum quia obseruantia vtriusqꝫ non potest esse in vna persona que ad plenuꝫ eas seruet. sed vltra hoc incompatibilitas est respectu diuersarum personarum cũ vna lex ꝙtum ad obseruantiam debitam ipsius repellat. ⁊ in exilium mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo ciuitate. regno vel imperio. sed a toto mundo. ⁊ ideo melius dicitur ꝙ vna lex alteram totaliter annullat volo dicere ꝙ non potest esse lex dei ordinata ad salutem animaruꝫ quam obseruando homo meretur paradisum nisi vna sola que ē lex gratie cui est incompatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege moysi: quia vna particularis. et altera vniuersalis. ergo nõ secundum pactum et cetera. vt supra. ⁊ sic cessare debuit lex moysi sicut particularis adueniente lege christi que est vniuersalis et communis. sicut minor dando locum maiori. ¶ Quo ad tertium punctũ in quo querebatur ex quo verus messias debebat dare legem sicut moyses. ⁊ aliam a lege moysi: vtrũ debuit scribere legem illam in pellibus. petris vel aliquibus aliis extrinsecis. Uidetur enim ꝙ fuisset valde rationabile ꝙ ipse fecisset aliquem librum sacre scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet sciētia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatuꝫ: logica aristotelem. geometria euclidē. Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. vlt. parte summe. q. xlij. articulo. iiij. ꝙ non fuit decens aut conueniens ꝙ christus legem suam aut aliquem libruꝫ de sua doctrina scriberet propter quinqꝫ rationes. Prima ne derogaret dignitati sue. Quia oportuisset scribere miracula et sanctitatis opera per ipsum facta et famam quam habuit in populis que omnia essent in laudem sui que licet sine superbia scribere potuisset in mentibus tamen hominum non careret arrogantie nota. Secunda ratione tolleret auctoritatem suam spirituisancto. licet eniꝫ indiuisa sint opera trinitatis ad extra ſm augu. in enchiridion. et ad Pollentiũ. xxviij. q. i. Sic enim tamen cõmēdatur patris auctoritas in mundi creatiõe. Auctoritas filij in mundi redēptione et spiritusisancti in hominũ intima inspiratione. et scripturarum per sanctos conscriptiõe. Unde Grego. dicit i plogo moraliũ. ꝙ sacre scripture actor ē spũssanct⁹ Et apostolus. ij.

ad Thimo. iij. q sacra scriptura est diuinitus inspirata & vtilis ad docendũ. Quod autem ad spiritũ sanctũ pertineat scribere patet qr scribere est officium digitorum nunc autem spũssanctus ẽ dextre dei digitus. Exo. viij. & Luce. xi. Man9 enim & lingue doctorum nõ sunt nisi instrumentuʒ & calamus spũssancti. vnde dixit qd. ps. xliiij. Ligua mea calamus scribe. Tertia rõ nõ decuit q xp̃s legem & doctrinã suã scriberet in aliquo libro propter suam excellentiam singulareʒ. scripta enim ordinantur ad impressionem doctrine in cordibus auditorum sicut ad finem. Tunc sic. excellẽtiori doctori excellẽtior mod9 debet attribui doctrinam tradendi & docendi. Sed excellentior modus est doctrinam in mentibus auditorum imprimere sicut faciebat xp̃s q̃ i libro scribere igitur nõ debuit scribere legem suaʒ. Vñ pitagoras & socrates & phi ãtiqui qui fuerũt doctores excellentissimi istum modum tenuerunt q nũq̃ aliquos libros scripserunt & hec est ratio formaliter sancti Thome. Quarta ratia est vt legem nouam a veteri distingueret & separet. lex eniʒ vet9 dicitur lex scripta etiã digito q̃tũ ad precepta moralia. Si noua eẽt scripta per xp̃m etiam posset dici lex scripta. Quia igit illa fuit lex timoris fuit scripta in libris et codicibus, qr ista amoris fuit scripta solum in cordibus. Quinta ratio & vltima ẽ propter regiã excellẽtiã demonstrandam xp̃s enim fuit rex Jesus nazaren9 rex iudeorum. Joh. xix. Et deceʒ regiã maiestatẽ q sua dicta & facta p suos notarios scribantur & nõ p se sicut fecerũt quattuor euãgeliste xp̃i iesuveri messie notarij. Sic ergo patet q xp̃s non debuit legem nouã per se scribere in aliquibus extrinsecis sʒ ex amore scripsit eam in cordibus fideliũ sicut dicitur in supradicta auctoritate Jhere. sed dabo legẽ meaʒ in visceribus eorum. et in corde eorũ scribã eam. ¶ Ex predictis satis claret q verus messias debuit assimilari Moysi in dando legẽ. et q non debuit dare talem legem sicut erat antiqua sed legem nouam. & q illam non debuit scribere per se in aliquibus extrinsecis. sʒ in visceribus & in cordibus fideliũ. que omnia ad litterã impleta sunt in iesu xp̃o saluatore nostro. ¶ Quo ad quartũ punctum qui est de excellentia legis noue licet ex supradictis differentijs clareat manifeste specialius tamen eius excellentia declarat ex sex gradib9 perfectionis. Primus est ex ostẽsiõe cognitiõis dei. Secundus ex cõtẽptorũ rationabilitate in mãdatis vel monitis. Tertius ex miraculorum claritate. Quartus ex ecclesie stabilitate. Quint9 ex diuina bonitate. Sextus ex amenissima promissorum incõparabilitate. ¶ Circa primũ gradum notanduʒ est q lex moysaica quo ad fidem vnius dei erat imperfecta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia vnius dei & etiam christi in quodam generali. nõ tñ fuit ibi noticia explicata trinitatis personarum in vnitate essentie. nec p

consequens incarnationis. Cuius ratio est quia sicut cognitio naturalis procedit de imperfecto ad pfectum. vt dicitur. i. phisicorū vnde ꝛ pueri vocant primo omnes viros patres ꝛ omnes feminas matres. ꝛ postea distinguunt. Ita similiter supnaturalis cognitio minor fuit in lege veteri ꝙ in noua. in qua per christuꝫ veritas lucide est reuelata propter quod dicit saluator Jo. xvij. Pater manifestaui nomen tuuꝫ hominibus quos dedisti mihi. Ipse enim manifestauit expresse trinitatem personarū patrē nominādo a quo eternaliter ꝓcessit per generationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre ꝛ veni in mūdū scilꝫ in vtero beate virginis carnē assumendo spiritūsanctum ꝓmittendo. Jo. xv. Cuꝫ venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre: ecce processus spiritussācti ab vtroqꝫ. Nominauit etiam expresse trinitatem personarū in forma baptismi. Mathei. xxviij. Euntes docete omnes gentes baptizātes eos scꝫ In nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. Manifestauit etiā vnitatem essentie. Johan. x. dicens: Ego ꝛ pater vnuꝫ sumus. Hoc est quod Johānes in sua prima canonica. c. v. dicit expresse. Tres sunt qui testimoniuꝫ dant in celo. pater verbū ꝛ spūssanctus. ꝛ hi tres vnū sunt. In figura huius Moyses loquebatur ad populum velata facie vt habet Exo. xxxiiij. quia mysteria fidei nostre erant figuris ꝛ enigmatibus velata. sicut supra late declaratum fuit. In figura etiam huius velum templi fuit scissuꝫ in christi passione ad ostendendūm ꝙ declarata et manifestata erant que prius latebant sub velamīe ꝓpter quod ipsa lex noua tanꝙ perfecta in cognitione est donum perfectū: descendens a patre luminuꝫ. vt dicitur iacobi primo patet ergo ꝙ cognitio dei perfecta est ī lege noua que imperfecta fuit ī veteri ꝓpter quod patres veteris testamenti poterant dicere illud quod scribitur i. ad Cori. xiij. Ex parte cognoscimus ꝛ ex parte ꝓphetamus. i. impfecte. ¶ Secūdus grad⁹ quo ōnditur ꝙ lex noua perfectissima est ex contentorū rationabilitate. vel mādatis vel monitis. quod vt clarius videatur ostēditur imperfectio legis mosayce quo ad totum corpus suū. s. quo ad ꝓcepta moralia ꝛ iudicialia ꝛ sacramētalia ꝛ cermonialia Prio enī ī lege moysi ꝓcepta moralia fuerunt imperfecta. ꝛ dicuntur moralia precepta illa que sunt de dictamine rationis etiā si nulla lex esset sicut est illud mandatuꝫ quod scribitur. Exod. xx. Honora patreꝫ tuum ꝛ matrem tuam etc. Et similiter illud quod per modum monitionis scribitur. Leuit. xix. Coram cano capite cōsurge. ꝛ honora p'onam senis ꝛ similia. Quod aūt ista fuerunt imperfecta declaratur dupliciter. Primo quia precepta moralia ī lege Moysi ordinabāt act⁹ hominum exteriores tantuꝫ ꝓpter quod apostolus ad Romanos. iij. vocat legem moysi legem factoruꝫ De actibus autem interioribus in quibus consistit bonū moris nihil

ordinabat aut parum. Sed contra hoc ē quod habetur Exo.xx.ꝛ Deu te.v. Non concupisces vxorē proximi tui ꝛ cetera. dicendū est secundum antiquos doctores ꝙ talis cōcupiscentia non prohibebatur inquantum erat omnino latens i corde: sed inquantū prorumpebat exter ius per aliqua signa: vt per verba scurrilia. impudicos tactus: ꝛ oscula ꝛ cetera huiusmodi. Ideo sic exponunt. Non concupisces. i. signa cōcupiscentie non facies. Unde ad Phil.iij. dicit glo. ꝙ lex vetus prohibebat manū nō animum. vel dicendū ſm alios ꝙ lex vetus ꝓhibebat concupiscentiam animi latentem: hoc tamē erat in paucis. s. in mechia ꝛ furto. Item in istis īsufficienter prohibebat concupiscentiam. quia non puniebat trāsgressores. et sic patet ꝙ insufficienter lex mosayca ordinabat actus interiores. ¶ Secundo declaratur sic. quia lex mosayca etiam actus exteriores ordinabat sicut patet Deutro.xxiij. vbi dicitur sic. Non fenerabis fratri tuo pecuniā ad vsurā. nec fruges. nec aliquam aliam rez sed alieno. Ibi enim ꝑmittit̄ vsura cū alienis ꝑsonis. quod est illicitum contra dictamen recte ratiōis Item Deutro.xxiiij. permittit̄ viro dare libellu ʒ repudij etiā causa indebita. Unde ibidem subditur Si accepit homo vxorem. ꝛ habuerit eam. ꝛ non inuenerit gratiaʒ in oculis eius propter aliquam feditatem. scribet libellum repudij. et dabit in manu eius. et dimittet eaʒ de domo sua. indiuisibilitas autem per totam vitam est de dictamine rationis naturalis. ꝛ sic patʒ ꝙ lex vetus imꝑfecta fuit in moralibus Et propter hanc imꝑfectionē lex mosayca dicitur pedagogus nr̄. ad Gal.iij. i. regula puerorū ꝛ īꝑfectorū in q̄bus nō q̄ritur ꝑfectio īterior. Sed ab exterioribus inhonestis timore discipline reprimūtur. Et in actibus exterioribus multa eis ꝑmittuntur que non permitterent̄ viris perfectis. ꝓpter quod Aug. li. de spiritu ꝛ littera exponens illud.ij. Cori.iij. littera occidit ꝛ cetera. dicit hoc non tantum de cerimonialibus intelligendum est. sed etiam de moralibus veteris legis. quia. s. non prohibebantur aliqua que de se sunt mortifera. vt patet ex predictis. propter quod dicitur Ad Ro.iij. Ex operibus legis non iustificat̄ omnis caro. ¶ Sed lex noua perfecta est in moralibus. q2 perfecte ordinat actus humanos non solum exteriores sed etiam interiores. ꝛ in hoc imperfectionem legis supplet: propter quod dicit saluator imperfectioneʒ legis adimplendo. Math.v. Audistis quia dictum est antiquis. non occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. in quo ordinat motuʒ interiorem vt patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nullum malum permittendo propter quod dicit saluator. Math.xij. Dico autem vobis quoniam de omni verbo ocioso quod locuti fuerint hoīes super terraʒ reddēt rationē

in die iudicij. Si autem his prohibet verbum ociosum per cõsequẽs verbum nociuum. Et multo forti⁹ oẽm actum malũ: ppterea Math. v. post suppletionem preceptorum moralium veteris legis concludit perfectionẽ euangelicam dicens. Estote ergo perfecti sicut pater vester celestis perfectus est. perfecit autem xp̃s moralia precepta legis etiam consilia euangelica superaddendo. propter quod Math. xix. Inueni dicenti se se custodisse mãdata legis ꝛ querenti vlterius viã perfectionis dicit saluator adhuc vnum tibi deest. Si vis perfectus esse. vade ꝛ vẽde omnia que habes et da pauperibus. ꝛ habebis thesaurũ in celo: ꝛ veni ꝛ sequere me.

¶ Secundo in lege moysi iudicialia precepta erant imperfecta. qd̃ patet ex duobus. Primo ex modo inducendi homines ad obseruantiam iusticie. ad quod ordinabant iudicialia precepta. Secũdo ex ipsis preceptis. primũ patet sic. proprium est hominũ imperfectorum vt inducantur ad iusticiam obseruandã timore pene. Uñ dicit Oratius libro epistolarũ. Oderũt peccare boni virtutis amore. Oderũt peccare mali formidine pene. Hoc etiam declaratur ratione: qꝛ illud quod cũ timore fit penale est: et nõ delectabile. Uñ dicitur. i. Ioh. iiij. timor penã habet. Operari autẽ virtuose non est pena virtuoso ꝛ ꝑfecto: sꝫ magis delectabile. ppter quod dicitur. ij. ethi. ꝙ signum habit⁹ generati est delectatio in opere. lex moysi inducebat homines ad iusticiam obseruandam per timorem penarum. propter quod dicitur lex timoris. Et in signum huius lex fuit data in terroribus: vt patet Exo. xix. Iã aduenerat dies tertius in quo scꝫ data est lex. Sequitur. Et ceperũt audiri tonitrua et micare fulgura. ꝛ nubes densissima operire montem. clãgorq̃ bucine vehementius perstrepebat. Timuitq̃ populus qui erat in castris. Et similiter facies moysi apparuit cornuta quando secũdo apportauit legem in tabulis descriptam. ꝛ timuerũt filij israel. vt habetur Exo. xxxiiij. In cordibus eciã illis designabatur terror ꝛ feritas legis. Patet ergo primum: videlicet imperfectio iudicialium preceptorũ ex modo inducendi ad opera iusticie scꝫ per timorem pene. Secundo idem patet ex ipsismet preceptis iudicialibus que aliquãdo insligebant penam innocenti. ꝛ aliquando culpabilem non puniebant. Primũ patet per illud quod habetur. Numeri. xxxv. de homicidio omnino casuali. vbi dicitur talis qui fortuitu ꝛ absq̃ odio ꝛ inimicitijs interficiebat hominẽ debebat confugere ad vnam ciuitatem refugij. et ibi manere vsq̃ ad mortẽ summi sacerdotis. qd̃ erat aliquando per magnum tempus. Talis qui erat innocens cuꝫ homicidium erat omnino casuale et inuoluntariũ sine culpa puniebatur graui pena. qꝛ oportebat eũ exulẽ esse ꝑ magnũ tp̃s a sua ciuitate et a sua possessione. Secũdũ ptꝫ vbi subditur de tali fugitiuo innocẽte

quod si infra terminos urbium inuentus fuerit: et percussus ab eo qui ultor est sanguinis absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus usque ad mortem summi sacerdotis in urbe habitare: et sic patet quod interfectio innocentis in tali casu remaneret sine pena. que tamen est grauis culpa. Talis autem imperfectio legis conueniebat imperfectioni populi qui erat pronus ad effusionem sanguinis: et ideo interfector a casu remanens in sua ciuitate inter amicos interfecti: erit in periculo mortis quamuis innocens: et sic de facili possunt in populo homicidia: multiplicari. Et ideo ad hec mala uitanda data est lex predicta de eius fuga: quamuis esset innocens. Et eadem ratione parcebat lex. Si aliquis amicus mortui interficeret eum extra fines ciuitatis refugii: ut sic cogeretur in urbe remanere non ex sua culpa: sed propter homicidia uitanda ad que populus tanquam imperfectus erat pronus. Exemplum idoneum ponit philosophus in quinto ethicorum dicens. quod aliquando leges sunt similes regulis quibus utuntur artifices in lesbia ad dolandum lapides: quia lapides illius regionis sunt male dolabiles. ideo utuntur artifices regulis plumbeis ut possit tortuositati lapide applicari. sic in ueteri testamento date sunt leges aliquam imperfectionem habentes propter imperfectionem illius populi. Lex tamen euangelica quantum ad iudicialia est perfectissima: quia inducit ad obseruantiam legis non per timorem pene: sed per amorem iusticie: quod est proprie perfectorum. ut supra dictum est. propter quod lex noua merito dicitur perfecta secundum quod dicitur Jacobi. i. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis. i. in lege euangelii que ducit hominem ad perfectionem et liberat a seruitute timoris et seruitute peccati: sicut dominus ait Jo. viii. Si manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: et vos cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Item quia nullum innocentem punit nec aliquod malum impunitum relinquit: quia etiam verba ociosa puniendo ostendit ut supra dictum est: et non solum verba ociosa: sed malas cogitationes secundum quod dicitur Matth. v. Ego dico vobis quod quicunque viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est in corde suo: propter quod lex noua est perfecta: de qua potest exponi illud canticorum. vi. Una est columba mea perfecta mea. Dicitur etiam lex noua columba metaphorice: quia est sine felle amaritudinis nullum innocentium puniens. Dicitur etiam perfecta: quia nullum malum permittens et sic apparet perfectio legis euangelice quantum ad iudicialia. ¶ Tertio declaratur quod sacramenta veteris legis erant imperfecta. Ad cuius euidentiam considerandum quod illa sacramenta erant ordinata ad faciendum homines idoneos ad cultum diuinum: et ideo aliqua erant communia toti populo tam viris quam mulieribus: ut purificationes: alique a tactu immundi vel mortui que purificationes fiebant per aspersionem aque expiationis

de qua habetur Numeri.xix.et si milia. Aliqua autē erant solis viris cōueniētia: sicut circūcisio: aliqua solis sacerdotibus sicut cōsecratio: et vnctio sacerdotū. et hmōi Cuius ratio est quia sacerdotes applicabantur speciali modo ad cultum dei. Ista tamen sacramēta predicta erant imꝑfecta: quia nō conferebāt gratian sine qua non efficiuntur homīes idonei ad cultum diuinū. Ideo sacramenta legalia dicūtur egena et infirma. Ad gall.iiij.vbi dicitur sic. Nunc aūt cum cognouistis deum immo cogniti estis a deo quomodo conuertimini iterū ad egena et infirma. Elementa dicuntur aūt infirma. quia non conferebāt aliquam potestatem spiritualē: sicut conferūt sacramēta noue legis. Similiter dicūtur egena: quia non cōferebāt gratiam que necessaria est ad bene vtendū illa potestate. ¶ Sed contra hoc videtur quia in Exo.et Leui. quasi vbiqꝫ dicitur: quia illa sacramenta reddebant homīes idoneos ad cultum diuinum. Dicitur ꝙ talis idoneitas erat ꝑ quādam mundiciam et expiationem corporalē sicut in noua lege quis dicitur ineptus ad ministrandū et celebrandum propter immundiciam manuum. Lotio manuum reddit eum aptum: sed hec aptitudo est tātum corporalis. Sic erat de aptitudine que dabatur per sacramenta veteris legis. Et propter hoc dicuntur illa sacramenta emundationes carnis: vt habetur ad Hebreos.ix.vbi dicitur sic. Sanguis hyrcorum: qui scilicet offerebatur in consecratiōe sacerdotū et cinis vitule aspersus quo omnes mundabantur a tactu morticini vel immundi: vt dictum est: inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.id est corporis. quia sicut dictum est talia non cōferebant gratiam: sed auferebant quedam impedimenta seu regularitates impedientes a tabernaculi ingressu: sicut in noua lege patet per exemplum. Quando enim per prelatos dispensabatur cum aliquo illegittime nato vel priuato vno oculo: vel huiusmodi non cōferebat ad hec sibi grā: sed tātū tollitur irregularitas. ¶ Sed cōtra hoc videtur quia ſm doctrinam sanctorum circuncisio tollebat peccatum originale: et per consequens conferebat gratiam vt cōmuniter tenetur. Dicendū ſm antiquam opinionem ꝙ tollebat peccatum originale: non tamen conferebat gratiā. hec em̄ erat potestas circūcisiōis. vt tenetur a multis et magnis doctorib⁹: quorum rationes propter prolixitatem omittuntur et in hoc differebat a baptismo ꝙ non solum auferebat peccatum originale. sed confert grāz. Aliter pōt dici ꝙ si in circuncisione gratia conferebatur hoc non erat in virtute illius sacramenti: sed in fide christi venturi: quem protestabatur ille qui circūcidebatur si adultus erat vel alius ꝑ eo si paruulus erat. Et hoc est quod dicit cōmuniter ꝙ valebat ex fide suscipientium: non autem ex opere ope-

rato. per quem modum valent sacramenta noue legis. patet igitur q̃ sacramenta veteris legis erant imperfecta. ¶ Sed lex noua perfecta est q̃tum ad sacramēta: quia illa cōferūt gratiā qd̄ illa non faciebāt. vt dictū est: ꝓpter qd̄ dicit̄ Jo. i. Lex per moysen data ē grā ⁊ veritas ꝑ iesum xp̄m facta est: ꝓpter hoc de Johāne baptista q̄ per suā predicationē ⁊ baptismū disponebat populum ad xp̄i baptismū: ⁊ per consequens ad alia sacramenta: cum baptismus sit ianua oīm sacramentorum. Luce. i. dicitur. Ipse preibit ante illuz in spiritu ⁊ virtute helye: parare domino plebē perfectā. Sunt ergo ablata sacramēta veteris legis ⁊ ītroducta. vii. sacramēta noue leg̃ ī quib᷒ ꝯtanq̃ ꝑfectissimis sacramentis deus attulit nobis causas salutis spiritualis. ¶ Cause autē salutis spiritualis non sunt nisi quattuor sicut ⁊ quattuor sunt cause salutis corporalis. scȝ curatiua: conseruatiua: preseruatiua: et melioratiua. Curatiua ē duplex. quedam enī totaliter ⁊ simul curat: vt baptismus culpam ⁊ penam oīno delens q̃tum in se est: quedam vero paulatim: vt penitentia. Conseruatiua est vt cōfirmatio: in hac enī dat̄ sp̄ūsctūs ad robur ⁊ ꝯfirmatiōēȝ grē q̄ data ē ī baptismo. Preseruatiua ē matrimoniū in q̄ cōcupiscētia carnalis ī ruinā turpitudinis prona excipitur honestate nuptiarum: ne ruat in mortale peccatum. Melioratiua est ordo in qua gratia melioratur vel augmentatur: vel etiam extrema vnctio que hominem in meliori statu ponit ⁊ securiorem reddit. Est quoq̃ quedā alia medicina predicta quattuor sola faciens. scȝ eucharistia: quoniā ⁊ venialia curat ⁊ ab eis animam preseruat: gratiam quoq̃ cōseruat: quia ps. ciii. Panis cor hominis confirmat et etiam gratiā augmētat. ¶ Quarto in lege moysi cerimonialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum q̄ cerimonie veteris legis fuerunt in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad sacramenta: quedam ad sacrificia: quedam ad obseruationem: ⁊ quedam ad sacra. Sacra autē ⁊ obseruationes ordinantur ad sacrificia ⁊ ad sacramenta: quia sacra dicuntur vasa ⁊ loca ⁊ huiusmodi quibus vtebantur in sacrificiis ⁊ ritu colendi. Obseruationes dicuntur quidam modi viuendi religiosi quibus vtebantur iudei qui erant populus peculiaris ipsius dei. vtpote q̄ custodirent se ab aliquibus cibariis potibus ⁊ vestibus: ⁊ similib᷒ ex hoc: quia erāt populus deo consecratus ꝑ sacramentū circuncisionis ⁊ alia sacramēta. Nunc autē ita est. q̄ ex fine accipitur ratio eorū que sūt ad finem: ⁊ ideo ostenso q̄ sacrificia ⁊ sacramenta imperfecta erāt sufficienter erit ostensum q̄ sacra ⁊ obseruationes erāt imperfecta: q2 ordinabātur ad duo predicta: sicut ad finē: vt prius dictum est. Qd̄ autē sacrificia veteris legis essent imꝑfecta ostēdit̄: q2 quedā

erant sacrificia p pctīs oblata. et hec erant imperfecta: quia nō poterant auferre peccata ppter qd dicit apls ad Hebre.x. Impossibile est sanguie hyrcoꝝ τ thauroꝝ auferri pctā. Et iterū ibidē. Ois quidē sacerdos. scz veteris legis presto est quotidie ministrans et easdē offerēs hostias q nō possūt auferre pctā. Et idē habet Esa. xl. Libanus nō sufficiet ad succēdendū τ aialia nō sufficiēt ad holocaustū. Libanus aūt hic vocat primū tēplū qd fuit factum de lignis libani. Aialia aūt illa oblata qtum ad ptem cōcremata nō sufficiebant ad amotionem peccati. Alia aūt erant sacrificia pacifica ex deuotione oblata ad gratiā dei impetrandā seu ad aliqd beneficium diuinū: τ illa erāt impfecta: qz gratia diuina seu beneficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris: licet aliqn̄do daretur ppter oblationē τ fidē offerentis. Et hoc est qd dicit apls ad Hebre.ix. Tabernaculū factū est primū τc. Sequit que est parabola tēporis instātis: iuxta quam munera τ hostie offerūtur que nō possunt sm cōscientiā perfectum facere seruientē: qz perfectio conscientie est donū gre. Et sic patet ppositū q lex moysi qtum ad cerimonialia τ sacrificia erat imperfecta. ¶ Sed lex noua perfectissima est qtuz ad sacrificia: quia ipsa est vnū sacrificiū perfectissimū scz eucharistia que nō tm̄ ē sacramentū: sed etiā sacrificium: qz ibi xps queadmodū imolat τ fructus sue benedicte passionis a populo percipitur. Istud aūt sacrificium tanqz vnū τ pfectū fuit ī lege figuratū p multa sacrificia τ varia: sicut pfectuz p plā impfecta. Eius aūt pfectio apparet in duobus: quia primo tollit peccata qd nō poterāt facere legis sacrificia: ppter qd dicit. Jo.i. Ecce agnus dei ecce qui tollit pctā mundi. sm q dicit btūs Johānes.i.canonica.iiij.ca. Ipse est propiciatio pro pctīs nostris: nō pro nostris aūt tm̄: sed p totius mūdi. Secūdo apparet eius pfectio: qz augmētat gratiā sm q dicit Joh.vi. Qui mādūcat me viuit ppter me: scz per augmentum gratie. De hoc sacrificio panis τ vini in Beresich raba.i.in genesi magno. Rabimosse darsan super textū gen.ca.xiiij. Melchisedech rex salem offerens panē τ vinuz. Erat eñi sacerdos dei altissimi dicit rabismulthel filius nahamā. Iste mechisedech erat sem filius noe: et quid voluit dicere proferens panem τ vinum: ostendit nobis q decuit ei actus sacerdotii q erat sacrificare panem τ vinum: τ hoc ē quod dixit. ps. in psal.cix. Iurauit dominus τ nō penitebit eum: tu es sacerdos τc. Et quis est ille. Ille est rex messias. propter quod scriptum est. Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator ipse zach.ix. Et in hoc q dicit pferens panem et vinum concordat cū ps. q dixit ps.lxxi. Erit firmamētū in terra ī sūmis montiū vbi dicit. Translatio chaldaica erit sacrificium panis in terra in

capitibus montium synagoge. Et cum ille. ps. lxxi. Deus iudiciū tuū regi da, scd'm doctores talmuth tot9 loquatur de messia. quicunq; si nō est cecus poterit videre scd'm predictam translationem chaldaicā; q messias erit firmamentum in terra in altitudine montium synagoge: qui montes synagoge & ecclie sunt sacerdotes qui quotidie de facto eleuant messiam super capita sua. & est ita clarum q non possunt negare nisi illi sup quos venit maledictio. Esa. In cecitate oculorū vt cordis. hoc est ergo vnicū sacrificium excellentissimū legi noue in pane & vino. quod sacrificium est ipsemet messias. & sic perfectio legis euangelice patet ex perfectione sacrificii. Et cum omnes cerimonie ecclesie sint precipue pp'ter istud sacrificium: sicut propter finem. sequitur q cerimonie xpianorum sunt perfectissime. ¶ Nec est mirandum q in lege noua fiant cerimonie que aliquid figurent sicut figurabāt cerimonie veteris legis Cerimonie enī ordinantur ad cultum diuinum. Et scd'm q dicit Aug. in enchiridion. c. iii. De9 fide spe et charitate colitur loquēdo de cultu interiori qui est per fidem & charitatem. Est ergo triplex status hominis in quo habetur fides & spes de bonis celestibus: et de his per que ad ipsa introducimur. scilz de mysteriis xpi. et de vtrisq; sicut de futuris: & hic est status veteris testamenti: in quo habetur fides de bonis celestibus sicut de futuris. Sed de his per que introducimur ad celestia: scz de mysteriis xpi. sicut de presentibus vel de preteritis est status noue legis. Terti9 status est in quo vtraq; habentur tāq; presentia & euidentia & nihil creditur & hic est status patrie celestis. in hoc autē statu tertio vbi nihil creditur nihil est cerimoniale vel figurale ad cultū pertinens. scd'm qd dicitur Apoca. xxi. Templū non vidi in ea. dominus enī deus omnipotens templū illius est. Pari igitur ratione adueniente secundo statu: scz noue legis cerimonie primi status. s. veteris legis cessare debuerunt & induci alie que conuenirent statui noue legis. in quo bona celestia expectantur de futuro. sed beneficia xpi habita sunt de preterito. Et ideo quia cerimonie veteris legis significabant xpm venturum. dignum est vt sic euacueretur in noua lege. in qua mysterium xpi iam est preteritū, et hoc est qd dicit ap'ls ad Hebre. ix. translato sacerdotio necesse est: vt legis trāslatio fieret q̄tum scz ad cerimonialia thurificatione tantū exempta. quia nō significabat mysteriū xpi directe: sed deuotionem populi ad xpm. nunc autem debet esse nō minor deuotio ad ipm iam presentialiter exhibitū q erat tunc ad ipm venturū: pp'ter qd in noua lege manet thurificatio per quā designat ministrorum ecclesie: & ipsius populi deuotio. Innumere autē sunt in lege noua cerimonie. Et si nūq aliud attenderent iudei & pagani nisi excellētia cerimoniarū in ritu xpiano. Istud solū debet et conuin

cere cecitatem eorũ sicut patet de ornamentis sacerdotalibus et ministrorũ et de aliis que cum tanta solennitate fiunt in altari ꝛ in choro in festis duplicibus maioribus minoribus semiduplicibus ꝛ simplicibus: quales etiam cerimonie fiunt in choro a cãtoribus et organis ꝙ honestissime inclinationes. Quid dicam de ornatu in crucibus ꝛ calicibus aureis ꝛ argenteis. ceterisqꝫ vasis ꝛ reliquiariis. in quibus reliquie sanctorum qui ꝓ xpo mortui sunt vel eũ fidelissime secuti sunt honorifice conseruant. Mirabantur iudei vnum templũ Salomonis: sed in stuporem conuertãtur pre multitudine ꝛ magnitudine ecclesiarum xpi in toto orbe cõstructarum. Mirentur altitudinẽ et pulchritudinem turrium: in quibus armonia dulcissima resonat campanarum: que pro laudibus diuinis ꝛ pro conuocatione populoꝝ ꝛ pro terrore demonũ mira efficacia propulsantur. Quid dicam de cerimoniis romane curie in summi pontificis imperatorũ ꝛ regũ vnctione. Quid de consecratione episcoporum: ecclesiarum: altariũ: vasorum: ꝛ vestimentorum que omnia admirãda et stupẽdissima sunt cum xpo: ꝛ in admirationem conuertunt deuote aspicientes. Attendant autem miseri iudei. s. ꝛ infideles super omnia in vna ꝛ eadem fide tantã diuersitatem religionum: vbi homines a seculo fugiẽtes exponunt totum tempus vite sue in laudibus et seruitio redemptoris qui licet et diuersis cerimoniis ꝓ cõseruatione religionũ quasi quibusdam muris vtuntur sicut nucleum in testa conseruatur. ꝛ mel in fauo. et ciuitas in muro. In substantia tamen eiusdẽ fidei nullatenus discrepantes ad vnum beatitudinis terminũ nituntur peruenire. Sic ergo pꝫ in summa colligẽdo ꝙ lex noua que euangelica dicitur perfectissima est in moralibus: quia ea implentur. addita perfectiõe quia illi precepto non occides additur non irasci. Et illi non mechaberis additur non concupiscere ex visu. Et illi non periurabis. additur nõ iurare omnino. i. sine legitima causa. ꝛ sic de aliis Matth. v. Et ab illo ꝑmisso vsure aliena tollitur imperfectio. date mutuum nihil inde sperantes. Luce. vi. Et illi de libello repudii. additur si quis dimiserit vxorem: nisi ob fornicationẽ mechatur: ꝛ qui eam duxerit similiter mechatur. Matth. v. ꝛ sic tollunt imperfectiones talium permissorũ in lege veteri. ¶ Si queras vtrum moralia precepta possunt dici euacuatã simpliciter. Respondetur ꝙ moralia precepta fuerunt euacuata tñmodo ẜm quid. scꝫ ꝗtum ad imperfectionem: cuius ratio est qꝛ sunt de dictamine recte rationis. ꝛ ideo manent quãtũ ad substantiã precepti remota tñ imperfectione sicut dictum est: quia quando ex imperfecto fit perfectũ non tollitur terminus aquo. sꝫ tñ eiꝰ imperfectio: sicut qñ ex minus albo fit magis albũ non tollit albedo ꝑcedẽs sed tñ eius imperfectio. non est sic de cerimonialibꝰ veteris legis: qꝛ

contrariantur noue legis cultui:et quando fit mutatio de vno contrario in alterum: oportet terminū a quo totaliter euacuari:sicut quādo ex albo fit nigrū albedo tollit. Cerimonie veteris legis dicuntur cōtrarie cerimonijs noue legis: quia ille figurabant christū venturum. et iste iam de preterito aduenisse. et ideo totaliter cessare debuerunt Etiam lex noua est perfectissima in iudicialib9 ex amore ad iusticiā inducendo innocentem non condēnando.nec aliquod malum impunitum relinquendo.et impleuit christus iudicialia precepta. et in eo q iusticie addidit equitatem misericordie:vt p3 in absolutōe adultere Et factu3 est deinceps et iter faciebat rc. Maria q̄ vocat magdalena de qua septem demonia exierant.et Iohāna vxor chuze pcuratoris herodis:et susanna et alie multe rc. Iohan.viij. Iusticia enim sm rigorem diminuta est a misericordia que superexaltat iudiciu3. ¶ Sed nunquid iudicialia precepta veteris legis totaliter euacuata sunt. Respondetur q quādo corrumpitur terminus a quo per accidēs illud quod est ei adiunctum corrumpitur.potest tamen manere cū termino ad quē si nō habeat ad ipsu3 contrarietatem:non tamen manet idem numero: sed specie tm. Sic quando de aere fit ignis corrumpitur aer.et manet in igne qualitas symbola eadem specie scilicet raritas.talia sunt iudicialia veteris legis que adueniente lege gratie cessat etiam earum obligatio. posset tamen aliquis princeps ordinare q seruarent in regno suo:ita tn̄ q nō reputaret ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio pdicti est: q iudicialia pcepta per se et directe nō erant ordinata ad significandū aliquid futurum sicut erāt cerimonialia:sed erāt ordinata per se et directe ad seruandū ordinē iusticie in populo iudaico: vt supradictū est. Qr tn̄ status illius populi erat figuralis tot9 respectu xpi: vt dicit apls.i.ad Corinth.x.oia in figura cōtingebant illis:per cōsequēs precepta iudicialia illi9 ppli erāt figuralia nō directe sed ex cōseqnti. et ideo si aliqui seruarent ea ex hoc q fuerunt tunc statuta hoc eēt dicere q stat9 ille adhuc durat qd est erroneū et illicitum si tn̄ aliquis princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. ¶ Considerandum tn̄ q in lege noua transeunt quātū ad eorū rigorē:q essent magis obseruāda ex amore virtutis q ex timore:q lex noua est lex amoris ppter qd dicit.i. Ioh.iiij. perfecta charitas foras mittit timorē. Adimpleuit etiā xps pcepta iudicialia rigorē eorū tēperando in aliqbus:vt dictū est p seipm: et in alijs dimisit tēperamētū suis ministris sc3 ecclesie:platis:et principib9 catholicis.vt de talibus ordinēt sm q viderint vtile cōitati fidelium sm temporū varietatē et locorū et personarū.et istud nō fuit destruere legem:sed adimplere.q sic ordinauit meliorē modū obseruationis iusticie.sicut nō destruit puer qn fit vir:q licet transeat pueritia:ma

net tñ melior status eiusdē perso-ne etate mutata. Lex vetus habuit quasi statū pueri respectu noue le-gis: ppter qđ vt supradictū est. ad gal. iij. dicitur lex pedagogus no-ster fuit primo. i. regulatiuus stat⁹ puerilis: ppter qđ erat lex timoris sicut pueri sub disciplina ꝛ timore custodiūtur. Lex aūt euāgelica est lex amoris. ꝛ ideo non debet esse tā tus rigor penarū: qꝛ ppriū hoīum pfectorū est magis deduci ad vir-tutē amore iusticie ꝙ timore pene vt supradictū est. ¶ Est etiam lex noua perfectissima in sacramenta libus: vt dictū est de eucharistie sa cramento. Et impleuit xp̄s sacra-mentalia legis per exhibitionē ve ritatis. venit eñ rex ꝛ impleuit fi-guras que vacue erant. Impleuit sacramentum circuncisionis qđ se ostendebat soluꝫ ad viros. Primo suscipiendo in seipso. Scđo meli⁹ efficacius ꝛ generalius instruendo sacramentū loco ipsius: scꝫ baptis-mū in quo cōfertur maior gratia ꝛ remediū tam viris ꝙ mulieribus. Impleuit etiā sacramentū vnctio nis regū ꝛ sacerdotū. non ꝙ assum pserit statū sacerdotis legalis vel terreni regis: immo dixit coraꝫ py lato. Regnū meū nō ē de h̄ mūdo. Si ex hoc murdo esset regnū meū ministri mei vtiqꝫ decertarēt vt nō traderer iudeis: nūc aūt regnū ꝛc. Johannis. xviij. et ideo non ha-buit istā vnctionē corpalē regū vl̄ pontificum. sed vnctionē spiritua-lem habuit a deo patre per pleni-tudinē gratie s̄m ꝙ dicitur in ps. xliiij. Unxit te de⁹: de⁹ tuus oleo leticie ꝛc. ¶ Est etiam lex noua perfectissima in cerimonialibus: vt dictum est: ꝛ christus impleuit cerimonialia: non solum que per-tinebant ad sacramenta: sed etiaꝫ ad sacrificia: sicut immolatio ag-ni paschalis: ꝛ iuge sacrificium. ꝛ similia que erāt figuratiua vnius sacrificij perfecti. scilicet christi in cruce offerendi. Et ideo ista im pleuit christus vno modo patien-do corporaliter in cruce. Alio mo-do efficatius sacrificium: scilicet eucharistiam instituēdo. Quedaꝫ etiam cerimonialia pertinebāt ad sacramenta ꝛ de talibus erant pre ceptiua prohibitiua vsuuꝫ aliquo rum ciborum: ꝛ similia: et ista ad-impleuit christus: quia dixit pe-trus actuū. xi. Immūdum ꝛ com mune non intrauit in os meum: ꝛ multofortius christus hec ob-seruauit: ꝛ sic ista precepta adim-pleuit obseruando: et obseruatio-nem meliorem declarando: per ta lem enim abstinentiam a corpo-ribus cibis significabatur absti-nentia a spiritualibus immundi-cijs. Hanc autem mūdiciam insti-tuit christus in lege euangelica q̄ est mūdissima dicēs. Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbunt: ꝛ per cōsequens debuit cessare illa figura vel abstinentia: propter qđ dicitur actuū. iiij. ꝙ deus purifica uit. Tūc ergo dicit: qꝛ nullus cib⁹ coinquinat homines qui cum gra-tiarumactione percipitur: et hoc est quod dicit christus. Matthei xv. quod intrat in os non coinqui-nat animam. dimisit tamen deus

in ordinatione ecclesie de aliquib⁹ abstinentijs faciendis pro loco et tempore. et sic patet excellentia legis christi quantum ad totum corpus et quomodo xps legem adimpleuit quantum ad omnia genera preceptorum. ¶ Est etiam perfectissima per amotionē velaminis quod significatum est: quia tunc sacramentalia et cerimonialia mutata sunt quo ad effectum: sed non quo ad obseruantiam: quia cum honore sepelire debuit synagoga mater nostra. Legalia enim tripliciter considerātur. Primo quasi viua ante passionem et tunc iudei tenebantur conseruare ex precepto. Secūdo quasi mortua scilicet a passione domini vsque ad fidei manifestam reuelationem et hoc tempore permissum erat eis seruare et petrus seruauit. Tertio cōsideratur tempus in quo fuerūt mortua: scilicet post fidem reuelatam: et extunc nec precepta fuerūt nec permissa: sed omnino prohibita ne cineres mortales: scilicet synagoge sepulte de tumulo proderet: quod horribile foret et fetiduz. Sic ergo lex noua in toto corpore perfectissima est sicut ex opposito lex vetus toto corpore imperfecta Diuina etiā contenta in lege noua vt dicit doctor subtilis scotus in prologo primi sententiarum. q. ij. sunt rationabilissima: id est quod nihil tradit dissonuz rationi. et in hoc cōmendatur excellētia legis noue. Quid rationabilius quam deum tanquam finem et vltimū sup omnia debere diligi et proximum sicut seipsum: id est ad id ad quod seipm. secundum gregorium. In quibus duobus preceptis dependet vniuersa lex et prophete. Matth. xxij. Itē Matth. vij. Omnia que vultis vt faciant vobis homines. et vos facite eis. Ex istis quasi ex principijs practicis: alia practica in scriptura sequuntur. Tradita honesta et rationi consona. sicut de eorum rationabilitate patere potest singulatim cuiuslibet pertractanti de preceptis et consilijs et sacramentis: quia in omnibus videtur esse quasi quedam explicatio legis nature: que scripta est in cordibus nostris: et hoc quo ad moralia: de quo Augusti. ij. de ciuitate dei. c. lxxviij. Nihil turpe aut flagiciosum spectandū: imitandūque proponitur vbi veri dei aut precepta insinuantur: aut miracula narrantur: aut diuina laudantur. aut beneficia postulantur. De incredibilibus etiam patet: quia nihil credimus de deo quod aliquā imperfectionem importat: immo si quid credimus esse magis attestatur perfectioni diuine quam eius oppositum. patet de trinitate personarum: de incarnatione verbi. et huiusmodi nihil eniz credimus incredibile: quia tunc incredibile esset ea mundum credere. sicut deducit Augustinus de ciuitate dei libro. xxij. ca. v. Mundum tamen ea credere nō est incredibile: quia hoc videmus. ¶ Tertio ostenditur excellētia legis noue ex tertio gradu perfectionis eiusdem. scz ex miraculorum claritate. quod sic deducit predictus doctor subtilis deus nō potest esse testis falsus: sed ipse il-

uocatus a p̄dicante scripturaȝ vt ostenderet doctrinam eius esse veram fecit aliquod opus sibi ꝓpriū vtpote miracula ac p̄ hoc testificatus est hoc esse verum quod ille p̄dicauit. Confirmatur per Richardū primo de tri. c. ij. Domine si error est a te decepti sum⁹. nam tantis signis cōfirmata sunt que non nisi a te fieri possunt. Ꝙ si dicas miracula non fuisse facta contra hoc dici pōt illa sniā Augusti. de ciui. dei lib. xxij. ca. v. Si ista miracula esse facta non credunt. hoc vobis vnum grande miraculū sufficit ꝙ iam orbis terrarum sine vllis credit miraculis. Si enim quod credimus dicatur incredibile esse. nō minus est incredibile homines iquit ignobiles quo ad genus. infimos quo ad reputationeȝ: paucissimos quo ad numeruȝ. quia. xij. iperitos quo ad sciam. quia piscatores rem ita incredibilem. s. xp̄m esse verum filium dei: passum pro genere hūano in cruce tertia die resurrexisse ꝛ ad celum ascendisse tam efficaciter mundo doctis p̄suadere potuisse vt mundus credat illud sicut iā credidisse videm⁹ nisi per illos aliqua mira fierent per q̄ mundus ad credēdum induceret. Unde subdit ibi Augu. iuxta finem capi. Et propterea mūd⁹ numero exiguo ignobilium infirmoꝝ et imperitorū hominū credit q2 in taȝ contēptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsaȝ persuasit. quid eñi incredibilius ꝙ ꝙ ad legem cōtrariā carni ꝛ sanguini doctores pauci et rudes et pauperes ad fidem plurimos sapientes cōuerterunt. quod specialiter patet de multis prudentissimis. primo fidei rebellibus et post conuersis. vt de paulo prius persecutore post gentium doctore. De augustino prius p̄ manicheos seducto: post doctore catholico. De dionysio prius philosopho postea pauli discipulo. De Cypriano prius mago: post ep̄o xp̄ianissimo: et sic de aliis innumeris. Cōtra idē secūdo potest dici illud idē Aug. li. x. de ciui. dei cap. xviij. an dicet aliquis ista falsa esse miracula nec fuisse facta. sed mēdaciter scripta. quisquis hoc dicit si de his rebus negat oīno vllis litteris esse credēduȝ. pōt etiaȝ dicere nec deum creasse mortalia. ꝛ ibidē si libris magicis siue quod honestius putāt theoricis credunt cur illis libris credere nolunt ista esse facta quibus tanto maior debetur fides quanto sup omnes est cui soli sacrificandū esse precipiūt. Contra idē tertio est. q2 quedā sunt facta q̄ nisi animis proteruiētibus negari non possunt vt sunt mirabilia fcā a siluestro coram Constantino taȝ in curatione lepre eius ꝙ postea in disputatione eius cōtra iudeos q̄ facta tanꝙ celeberrima mūdū non latuerūt. ¶ Forte dices ꝙ licet miracula sunt facta non tamē sunt testificantia veritatem q2 antixp̄us faciet miracula. Contra si aliq̄s vocatus in testem signum consuetum testificationis permittat adduci ꝛ presens non contradicat talis taciturnitas non stat cum veritate p̄fecta. miraculum autē est tale signuȝ.

dei vt testis sibi. igitur si permittat miracula fieri a demonibus nō cōtradicens annunciens videlicet non esse sua testimonia non videt esse verat perfecte qđ est impossibile. et p hoc dicitur ad illud de antichristo qz xp̄s ꝑdixit miracula facienda per eū nō esse testimonia veritatis vt pz Math. xxiiij. z. ij. ad Thessal. ij. Unde contra falsa miracula ātichristi posset sibi obijci saltē de istis duobus hoc modo si tu es deus fac me videre nudam diuinam essentiam z post visionē memoriā certā habere visionis z certitudinem habere q̄ illa fuerit visio nuda diuine essentie. z tunc credam tibi. Item si tu es deus dic mihi quid faciam aut quid cogitabo vel qđ appetam pro tali die vl hora. Et huius vie efficaciam ex miraculis innuit saluator. Joh. v. et opera que ego facio illa testimoniū ꝑhibēt de me. Si mihi non vultis credere operibus credite. z sic pz excellentia noue legis miraculorū claritate. ¶ Quarto ostēditur excellentia legis noue ex quarto gradu perfectionis eius. s. ex ecclesie stabilitate quo ad caput. z mēbra Et primo quo ad caput per illud Augu. de vtilitate credendi capi. viij. Dubitamus nos eius ecclesie credere gremio que vsq ad cōsummationē generis humani ab apostolica sede per successiōes episcoporū frustra hereticis circūlatrātibus z partim plebis ipsius iudicio et partim consiliorum grauitate et partim ex miraculorum maiestate dānatis culmen auctoritatis obtinuit. et parum post. Quid est q̄ tam ingratum potest esse ori dei q̄ tanto labore prauitate auctoritati velle resistere. Unde gamaliel. Act. v. Si est ex hoibus consilium: hoc autem opus dissoluetur si vero est ex deo nō poteritz dissoluere ne forte deo repugnare videamini. etiā Luce. xxij. ait dn̄s. Ego rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ¶ Secūdo pz stabilitas ecclesie quo ad mēbra. Unde Augu. contra epistolā fundamenti. Quis enim tantā multitudinē ad peccatum ꝓnam ad legē cōtrariam carni z sanguini seruādā induceret nisi deus. Confirmat qz iudeorum secta non manet in vigore sicut contra eos deducit Augu. in sermone de aduentu. vos inq̄ conuenio o iudei etc. Si obijcitur z de permanentia secte machometi. Responsio illa incepit post legē xp̄i plusq̄ sexcētis ānis vt dicetur li. iiij. z ꝓphetia dicitur esse apud eos q̄ secta eorum cito finienda ē. non est sic de lege xp̄i qz ipse dixit Math. xxiiij. celum z terra transibunt verba aūt mea non transient quasi dicat lex mea sine fine durabit. qz verba xp̄i sunt lex eius. Itē manēte sacrificio legis noue manet z lex noua. sed vsq ad finē istō sacrificiuz durabit. patet Math. vlti. vbi dicit saluator. Ecce ego vobiscū sū. s. in sacramēto altaris vsq ad consummationē seculi. lex ergo christi in qua tale sacrificium continuabitur durabit vsq ad cōsummationem seculi. Item dicit

apl's.i. Cori.xi. Quotienscunq̧ mā ducabitis panem hunc et calicem bibetis mortē domini annūciabi tis donec veniat.s.ad iudiciū. Est ergo lex noua excellentissima pro pter suam ꝑpetuā stabilitatem in capite ⁊ in mēbris. ¶ Quinto ostē ditur excellentia legis noue ex q̄n to gradu eiusdem.s.ex diuina boni tate que non deest toto corde que rentibus salutem.multi enim diligē tissime querentes salutem ad hāc legē conuersi sunt.⁊ quanto feruē tiores facti sunt in querendo tāto in hac lege amplius sunt cōfirma ti.subitoq̧ in ea penitētes de mali cia in bonitatem mutati sunt.⁊ qđ amplius in admirationem inducit est ꝙ potētes ꝑfrui honoribus mū di diuitijs eiusdē et delitijs ad li bitum vti hec velut stercora arbi trantes: humilitatem paupertatē ⁊ castitatem que eis opponuntur amplexantes sub religionis voto tēpore vite sue crucifixi mundo ⁊ mundus eis se voluntarie astrin xerunt sicut quotidie experimur. Tormenta quoq̧ per eam plures in magna exultatione spiritus et tristicias sunt perpessi.que nō vi dentur probabilia nisi deus hanc legem singulariter et irrefragabi liter approbaret ⁊ ordinaret ad sa lutem tanquā excellentissimam ⁊ perfectissimam legem sine qua sa lus esse non potest. ¶ Sexto ⁊ vl timo ostenditur excellentia legis noue ex sexto gradu perfectionis eiusdem.scilicet ex amenissima ꝓ missorum incomparabilitate.in le ge enim veteri promissa imperfe cta fuerunt.promittebantur enim tria.s.bona temporalia.vita tēpo ralis.⁊ pax temporalis.De primo Leui.xxvij. Si in preceptis meis ambulaueritis et mādata mea cu stodieritis ⁊ feceritis ea dabo vo bis pluuiam tēporibus suis.etc. Esa.i. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis etc. De se cundo Leui.xviij. Custodite leges meas atq̧ iudicia que faciens ho mo viuet in eis. Ro.iiij. Moyses scripsit quoniā iusticiam que ex le ge est qui fecerit homo viuet in ea De tertio Leui.xxvij. dabo vobis pacem in finibus vestris dormie tis ⁊ non erit qui exterreat. Item Deu.xxviij. Si audieris vocē do mini tui vt facias omnia mandata eius faciet te excelsiorē omnibus gentibus etc.s.in tēporalibus. Ec ce ꝓmissa legis moysi. Sed quid ꝓmittit lex machometi. Certe pro mittit suis credentibus pro finali beatitudie illud quod debetur por cis et asinis.s.gulam ⁊ coitū. Quā promissionem ph's despiciens qui fuit quasi istius secte.s. Auicenna. vij.metaphisice.vij.ca. Alium finē quasi profectionum et hominū ma gis congruētem inquit. Lex nostra quam dedit machometus ostendit infelicitatis dispositionem et mi serie que sunt ſm corporis sensus. et est alia promissio: que apprehen ditur ab intellectu. Sequitur ibi sapientibus multomagis cupidi ditas fuit ad consequendam hanc felicitatem ꝙ corporis que ꝗuis daretur eis non tamen attenderūt nec appreciati sunt eā in cōpara

tione felicitatis que est coniuncta prime veritati hec ille. Nobis aūt in lege xpi excellentiora promittū tur quia promisit bona spūalia et eterna. s. gratiam in presenti que precellit omnibus bonis tpalibus et etiam gloriā in futuro. Tria autem specialiter obseruantibus dei mandata promisit. s. regnum celorum. vitam eternam. et pacem sine fine. De primo. Math. iiij. Pniam agite appropinquabit vobis regnū celorū. De secūdo Math. xix. Ois qui relinqt domū vl' fratres aut sorores aut pre3 aut matrē vxorē aut filios aut agros pp̄ter nomē meū cētuplū accipiet. Nō est sic intelligendum vt aliqui dixerunt ꝙ post aliquā reuolutionē tempoꝝ post iudicium centuplum oīm que dimittuntur hic propter deu3 reddat in eadem specie vt centū agri p vno agro dimisso. sed est sensus ꝙ q corporalia p xp̄o dimiserit bona gratie recipiet hic in pn̄ti que intātū excedūt bona tpalia ac si cētenari9 numerus p uno numero cōpetur et vitam eternam possidebit. s. in futuro. De tertio Joh. xv. Pacem relinquo vobis. pace3 meā do vobis s. qualis ego sum. quia eternus cu3 patre τ spūsancto non qua est mūdus qui transit τ eius pax. Et non est mirū si xp̄s dat suis credentib9 pacem eternam quia ip̄e est princeps pacis. Esa. ix. Sequitur ibidem Et pacis non erit finis. hanc pmissionē p̄dixerat Esa. fiendam suis credentibus p regem messia3 ca. xxxij. vbi dicit. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. quia pax celestis ex nulla parte impedietur seu obscurabitur. In tabernaculis. i. in mansionib9 diuersis s̄m diuersitate3 τ varietatē meritoꝝ De quib9 Joh. xiij. In domo patris mei mātiones multe sunt fiducie quia oēs sūt ibi certi de sue beatitudinis eternitate τ in requie opulenta q2 ibi totalr̄ quietabitur appetit9 s̄m illud ps. xvi. Satiabor cū apparuerit gl'ia tua. Simil'r in lege veteri cōminatio erat mors tpalis. Unde Esa. i. ca. Si me ad iracundia3 prouocaueritis gladi9 deuorabit vos. sed in lege noua cōminatur mors eterna Math. xxv. Discedite a me maledicti in igne3 eternū: sic ergo pt3 excellētia legis noue ex precitis sex gradibus. Ex q̄bus correlatiue sequitur legē xp̄i esse priorem lege moysi. non quidē tp̄e sed perfectiōe: l3 fides xp̄i fuerit prior lege moysi prioritate non solū perfectiōis sed etia3 tēporis. q2 ante. cccc. xxx. annos vt patuit supra eadem consideratione ar. ij.

¶ Et notandū ꝙ euāgeliū xp̄i dicitur lex a legendo. q2 in eo legit' diuina iusticia. dicitur lex a ligando quia p ip̄m ligatur humana insolētia. dicitur lex a legendo. i. colligēdo q2 de ipsa colligitur sapida sciētia. dicitur lex a legando. q2 in ipsa legatur beatitudo et'na. Lex euangelica ē illa lex: de qua dicit' Eccli. xxiiij. Hec oīa liber vite τ testamētū altissimi τ agnitio veritatis. Uere liber vite est q2 verba euangelica aīam viuificāt. vere etia3 testamentum altissimi. q2 verba euāgelica eterna premia obseruantibus

promittunt. Uere etiã agnitio veritatis. quia verba euangelica erroꝝ tenebras a mentibus fugant. Hec est lex q̃ in se est sincerissima ⁊ absꝙ omni admixtiõe falsitatis ꝓpter qd dicitur lex domini immaculata etc. ps. xviij. Hec est etiã respectu oim virtuosissima. ideo dicitur conuertens aias. lex euangelica aiam dulcificat cõtra mũdi multiplicem pressuram qꝛ est testimoniũ domini fidele sapientiã. i. sapidã scientiam prestans puulis. i. veris humilibus. Ipsa nihilominus aias letificat contra cordis tristiciam. ⁊ hoc est quod sequitur. Iusticie domini recte letificantes corda. letificantes quidem qꝛ ꝓmittũt penitẽtibus veniam et pseuerãtibus gloriã. Ipsa etiam aias illuminat cõtra ignorantiam qꝛ est preceptum dñi lucidũ illuminãs oclos. Btũs ergo hõ quẽ tu erudieris domine iesu: et de lege tua docueris eum ps. xciij.

¶ Quod verus messias debet nasci in bethleem.

Quartꝰ thesaurꝰ aperit de loco natiuitatis messie quẽ ꝓnũciauit et determinauit specifice sacra scriptura Michee. v. Et tu bethleẽ effrata puulus es ĩ milibꝰ iuda. ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel. translatio chaldaica habet. Ex te egredietur messias. hoc autẽ vt ipsi ⁊ nos concedimus impletũ est in iesu nazareno qui natus est in bethleẽ vt patet. Math. ij. Sequitur de eius deitate. Et egressus eius ab initio a diebus eternitatis eius. per hoc autem dicunt aliqui ꝙ non intelligitur deitas eius sed preuisio ⁊ ꝓdestinatio natiuitatis eius a diebꝰ eternitatis siue ab eterno. Sꝫ hec respõsio nihil valet. qꝛ preuisio ab eterno de rebus omnibus est cõis etiam de minimis. qꝛ omnia sunt preuisa ab eterno. et per hoc nõ intelligeretur aliqua specialitas in xpo respectu alioꝝ prophetarum quãtuncunꝙ minorum. Et ideo dicunt aliqui iudei de nomine messie ꝙ fuit ab eterno ante mundũ creatum. Septẽ enim dicunt ante mũdum ⁊ ab eterno creata. s. lex. penitentia. gehãna. domus sanctuarij. thronus glorie: paradisus voluptatis. ⁊ nomẽ messie. Et sic exponũt illud Geñ. ij. plantauerat dominꝰ deus paradisum voluptatis a principio. i. ante mundũ p duo milia annorum. Et sic exponunt illud. Et egressus eius a pricipio a diebus eternitatis de nomine messie quod fuit ante mundum creatũ modo ꝑdicto. Sed hec ita irrationabilia sunt ꝙ non indigent reprobatione lex eñ nõ potuit creari nisi in aliquo intellectu nõ diuino qꝛ nihil ẽ ibi creatũ nouiter: nec in alio quia nullũ tale erat ante mundũ. Similiter penitẽtia nõ est nisi de peccato ꝑterito. ideo non est ante mũdũ. qꝛ peccatũ non fuit ante mũdũ cuꝫ peccatũ haberet esse in hoie vel angelo qui ꝑm ipsos non possunt fuisse añ mundũ: ⁊ cõsimili mõ possũt

alia reprobari que causa breuitatis omitto.

¶Quod nomen messie debuit esse nouū ꝛ illud est iesus.



Vinc' thesaur' aperitur de nomie messie quod ante eius aduētum incognitū erat. dixerat enī. Esa. in ca. lxij. Uocabitur tibi nomē nouum quod os domini nominauit. Istud nouū nomen ore domini per angelū fuit denūciatū Joseph ꝛ marie virgini qd̄ ecāt iesus. Istud p̄ciosū nomen ineffabile fuit dictum. Greci vero thetragramaton nominauerunt. a thetra quod est quattuor et grama littera quasi nomē quattuor litterarū. Et vt videat̄ nouitas istius benedicti nominis iesus: aperio quinq; mirifica secreta p̄dicti ineffabilis nominis thetragamaton. Primuʒ secretū est ꝙ in elemētario sicut scribitur a iudeo ab eo p̄ferri nō pōt. Scribitur enim quattuor litteris scʒ ioth. he. vaf. he. velut si nostris vtamur litteris. ih. vh. vsi ꝛ a grecis thetragramaton dicitur vt dictum est qd̄ hebrei p̄nūciāt Adonay. aliter scribētes ꝛ aliter p̄ferētes qꝛ nō est eis datū ieffabilitatē hui' nominis penetrare vnde nec valēt proferre. ¶Scd̄m secretuʒ est ꝙ istud sanctū nomē significat mysteriū trinitatis ꝛ vnitatis diuine essentie. Tres nāq; lr̄e sunt quibus ip̄m sanctū nomē scribitur sʒ vna earum bis ponitur. scʒ he. que innuit spiritūsanctū p̄cedere tam a filio ꝙ a patre. Joth. ideʒ est qd̄ principiū ꝛ cōuenit patri qui ē pricipiū sine principio. qꝛ pater a nullo sed alie persone ab eo procedūt. He interpretatur vita ꝛ conuenit spiritussancto qui est omniumviuificator ꝛ inspirator sicut ipse dn̄s ait Jo. vi. Spiritus est qui viuificat. vaf. idē sonat quod ipe quod ē p̄nomē demōstratiuum ꝛ significat filium q̄ visibilis et demōstrabilis fact' est in assumpta hūanitate. qꝛ in terris visus est et cū hoib' cōuersatus est Baruth. iij. ¶Tertium secretū est ꝙ istud sanctū nomē vt tradūt peritissimi hebreoꝝ tante virtutis est vt si distinguat̄ i tres dictiones quelibet significet nomē dei. per se idipsuʒ significās quod ꝛ integrum nomē qd̄ ex quattuor litteris constat. Si enim primā coniūxeris ꝛ secūdam. s. Joth. ꝛ he. erit vnum nomen. si secūdā et tertiā. s. he. ꝛ vaf. iam habebis secundum. Si tertiam ꝛ quartam. s. vaf. ꝛ he. īuenies tertiū nomē vt in numero trinus et vn' qui hoc noīe designatur. ¶Quartuʒ secretū qd̄ his maius est quod ita secūduʒ nomē p̄pagatur a primo ꝛ tertiū a secundo vt aliud sine alio p̄nūciari nō possit. He nāq; lr̄a cōis ē primo nomini ꝛ secūdo. vaf cōis est secūdo. ꝛ tertio. in h̄ ꝙ secūdū nomē descēdit a p̄io ostēdit̄ filius ɔsubstātialis patri a quo genitus ē. In hoc vo ꝙ tertium descēdit a scd̄o ostēdit̄ sp̄ūssanct' cōsubstātialis filio q̄ consubstātialis est patri vt liqueat ꝙ pater est in filio ꝛ filius sit

in patre et spiritussanctus in patre et filio. Joh.xiiij. ¶ Quintum secretum est quod in hoc dei noie video ineffabili nomen iesu est insertum immo non est aliud nomen quam istud patet tres enim littere eius principales sunt Joth.he. vau.que fz litteras nostras idē sunt. J.h.v.et ptz quod iste tres littere coniuncte faciūt istud nomen iesu.titellus suprapo nitur ppter titulum crucis. He vero vel h duplicatur.significat non solum spiritumsanctum procedere a patre et filio.sed etiam mysteriū incarnationis designat.quia spiritusancto cooperante et non ex virili semine conceptus est messias iesus christus dominus noster vt primum he referatur ad productionē spiritussancti.secūdum vero ad cōceptionem siue incarnationem verbi diuini. Ecce ergo nomen nouuz quia nouiter ab angelo pronunciatum non potentibus iudeis illud primo pronunciare: et sicut ipse messias vocatus est nomine nouo: sic etiā serui sui sicut predixerāt Isa. in cap.lxv.seruos suos vocabit nomine alio.in quo qui benedictus est super terram benedicetur in domino amen. Serui enim dei ante aduentum messie vocabātur iudei vel israel. sed messias in suo aduentu debebat eos vocare alio nomine vt non iudei.non israel.sed christiani a christo nominentur. ¶ Sed oriūtur due difficultates quas forte moueret iudeus. Prima est cum pluribus aliis nominibus messias nominetur in scripturis. scilz emanuel Isa.vij.admirabilis. consiliarius deus fortis.princeps pacis: pater futuri seculi. Isa.ix. Quare ergo non illis:sed vocari voluit iesus. Respōdetur quod fm phm a fine denominantur res.i.de aia.xps igitur debuit denoīari a fine intēto:qui finis fuit saluatio humani generis. Et ideo debuit noiari iesus quod interpretatur salus vel saluatio. Ipse enī saluū faciet populū suū a pctis eorum. Mat.i. Itē dicit sanctus Tho.quod potius debuit noiari isto nomine: qd est salus vel saluatio quam aliquo alio:quia omnia alia nomina includūtur in isto ptz. Nā saluatio generis humani continet principiū: mediū: et finem. Istud nomē emanuel qd interpretatur nobiscū deus:est principiū saluationis nostre.quomodo in diuino supposito vnite sunt due nature: scz diuina et humana. Ista vero noia admirabilis cōsiliarius cōtinent mediū. Ista noia princeps pacis. pater futuri seculi.cōtinent finez quia nostra saluatio ad pacez et ad futurū seculū possidendū ordinabitur. Sed istud nomen benedictuz iesus totum processum rōne saluationis continet.scz principiuz. medium: et finem. Ideo isto noie iesus tanquam magis sufficienti: quia includit oīa alia nomina debuit messias noiari. ¶ Sc̄da difficultas ē. diceret enī iudeus. quō tu dicis quod istud nomen iesus est nouū cum alij tres ante aduentum iesu nazareni fuerunt vocati isto nomine. scilicet iesus syrach: Jesus naue:et iesus filius Josedech.sacerdos. Responsio quod istud nomen

iesus est nomen nouū in xp̄o pro-
ter effectū nouū: q2 ꝛ si in alijs qui
vocati sunt hoc noīe iesus nomen
fuerit correspōdens ꝓprietati: q2
saluauerunt ꝛ fuerunt saluatores.
Istud fuit in tēporalibus non in
spūalibus. illi saluauerunt popu-
lum a multis malis: ꝛ dānis non
tñ a culpa ꝛ pctīs: sicut bñdictus
noster iesus dicēte āgelo Joseph.
Matth. i. Uocabis nomen eius ie-
sum ipse eñi saluum faciet pplm
suū a pctīs eorū. Item illi salua-
uerūt in tpe: ꝛ saluatio eoꝝ transi-
uit cum tpe. Noster bñdictus sal-
uauit in tēpore: sed eius saluatio
durat sine tpe in eternum. Et ideo
in eo habet veram ꝓprietatem no
minis nō in alijs: q2 ſm logycos:
nomē est vox significatiua sine tē-
pore. Nomen iesus ī alijs fuit vox
significatiua cum tēpore: q2 solū
in temporalibus ꝛ tēporaliter nō
spiritualiter: nec eternaliter salua
uauerūt. Sed in christo iesu vero
messia fuit ꝛ est vox significatiua
sine tempore cum sua saluatio sine
tempore hoc est in eternum fit: vt
dictum est. O benedictū nomen p
te peccatores a peccatis saluanť.
Matth. i. Per te remissionē pec-
catorū accipiūt oēs qui credūt
in eum cuius est nomen. Act. iiij. ꝛ
i. Jo. ca. ij. Sine te non est aliud
nomen sub celo datū hominibus in
q̄ oporteat nos saluos fieri. Act.
iiij. Tu es nomē honorabile in ce-
lo ꝛ in terra: ꝛ in iferno: ad Phil.
scdo. In nomine iesu omne genu
flectatur: celestiū terrestriū et in
fernorū. Tu in periculis: in plājs
in malis: in angustijs: in tribula-
tionibus: ꝛ necessitatibus es pro-
tectio: ꝛ defensio firma. Prouer.
xviij. Turris fortissima nomē dñi
ad ipm cōfugit iustus ꝛ saluatur:
ꝛ nō solū iustus: sed ꝛ iniustus: si
cū fide ꝛ deuotiōe recurrit: per te
demōia ejiciūtur. Linguis nouis
hoīes loquūtur: ꝛ serpētes tollun
tur: venenū ꝛ mortiferū non nocet
ꝛ lāguores sanantur. Matth. vlt.
Tu es mel in ore. melos in aure: iu
bilus in corde: ſm. Ber. Nō est er
go mirum si hoc est nomen tuū ad
mirabile in vniuersa terra: vt fina
liter qui te inuocauerit fide forma-
ta charitate saluus fit. Joelis. ij.
Quicq̄ inuocauerit nomen domi-
ni saluus erit. s. in nomine q̄ salua
tio vel salus interpretatur sicut ē
nomē iesus. Si plura alia singu-
larissima vis videre de hoc glorio
sissimo noīe. vide in vigintiduob⁹
sermonibus quos alias feci ob
eius honore super themate: est no
men eius iesus.

¶ Quod vero messie in lege pro-
misso debebant offerri munera in
suo aduentu.



Extus thesau
rus aperit de venera-
tiōe messie. Sacra eñi
scriptura prenūciauit
ꝛ specifice determinauit ex tēpo-
re abrae q̄ reges orientis venirēt
ad adorandū messiam regem. Et
q̄ ei ducerēt aurum ꝛ incēsum: qđ
apparet etiā manifeste ſm docto

res hebreorũ et sequẽtibus aucto ritatibus. Et primo dicit in beresith zota.i.in Genesi paruo. dixit rabi Rabosie. Si dixero tibi vnũ verbũ bonũ: dices tu nomine meo Et dixit ei qđ ẽ illud vbũ. Respõdit scias q͏ oia munera que dedit Jacob pater vester ipsi Esau.ge. xxxiij. significãt q͏ ꝑ tẽpore debẽt gentes redire ad regẽ messiam: qꝛ scriptũ est.ps.lxxi. Reges arabũ: et saba dona adducent: et dixit ei verbũ. dixisti mihi per vitam tuã: ego dicã noi tuo. Item dicit thalmuth in beresit. Rabba rabi moysen darsan. Saba sunt filij abrae: qꝛ sic scriptũ est Geñ.c.xxv. Abraam vero aliã duxit vxorez noie cethuram que peperit ei zamran et iexan ꝛ mandã: madian: ꝛ iesboth ꝛ sue. Iexan q͏ȝ genuit saba ꝛ dadan. etiã quãdo augmẽtauit salomon regnũ suũ dixerũt. Forte iste est messias: ꝛ illa hora venerunt ad eũ sicut scriptuȝ est.iij. Reg.c. x. Sed ꝛ regina saba audita fama salomonis in noie dñi venit tentare eũ. Inquantum dicit in nomie dñi apparet q͏ ꝓphetabant in nomie domini. sicut habebant mandatuȝ Abrae vt sic facerent. Et vnde ꝓbatur q͏ debent venire tpe messie ꝛ seruire sibi. Isa. dicit.c.lx. Oẽs de saba veniẽt: aurũ ꝛ thus deferẽtes: ꝛ laudem dño annũciantes. iste est messias. Ecce quõ ex auctoritate predicta ostẽditur ꝓpositũ

¶ Uerumtamen si dicat iudeus q͏ intentio Isa. in illa ꝓphetia erat q͏ cũ messias erit sedens in regno suo in hirusalẽ q͏ illa hora ꝓpter magnã famã suam oẽs reges mittent ei dona ꝛ venient ad visitandũ ꝛ glorificandũ eũ: sicut faciebant Salomoni ꝓpter magnã suã scientiã. Respõdet q͏ hoc nõ habet locũ: qꝛ textus dicit. Et laudẽ dño annũciantes qđ annũciare dꝛ in hebraico bozora: ꝛ istud nomẽ significat narrare aliquã rem quã homo scit illi qui nescit: ꝛ illo modo quo aduersarius declarat textũ non esset sic: quia iã scirent illi de iherusalem: sed tamẽ eo modo quo fuit in aduentu xp̄i: venit bene cõcorditer in vocabulo annũciare: qꝛ reges qui venerũt in natiuitate iesu xp̄i iherusalem quesierunt ab herode ꝛ ab existentibus in ciuitate. Ubi est qui natus ẽ rex iudeoꝝ. Matt.ij. sicut ipsi sciebãt ex suis ꝓphetijs sicut supra dictũ est in auctoritate. Et hierosolymite mirati sunt de hac narratione: qꝛ istud erat eis ignotum quousq͏ petierunt a sacerdotibꝯ ꝛ a sapiẽtibus. Qui responderũt q͏ si verũ erat q͏ natus erat q͏ sua natiuitas debebat esse in bethleem: sicut plenissime cõtinet Mat.ij. Et in tali casu optime verificatur verbuȝ ꝓphetie ꝑm hebraicam veritatẽ. Et laudem dño annunciantes: et non ꝑm expositionẽ iudeorum.

¶ Quod verus messias debuit venire pauper ꝛ mansuetus.



Eptimus thesaurus aperitur de modo viuendi messie quẽ modũ sacra scriptura prenũciauit et specifice determi-

nauit. scz in maxima paupertate & mansuetudine. De primo zacha. ix. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator: & ipse pauper. Et Isa. liij. Ascendet sicut virgultum & sicut radix de terra sitiẽti: qd nõ habet magnos ramos nec folia aque defectu. Hoc impletum est in iesu nazareno qui natus est in paupertate. Vñ hoc fuit datũ p signo pastoribus. Luce. ij. Inuenietis infantẽ pannis inuolutũ: & positum in presepio. Vixit etiã in magna paupertate. Unde ipse dixit Matth. viij. & Luce. ix. Uulpes foueas habent: & volucres celi nidos: filius aũt hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Mortuus est etiã in magna paupertate: qz nudus in cruce: suũ etiã corpus fuit inuolutum in syndone aliena: fuit etiam sicut paup sepultus: qz in sepulchro alieno: vt ptz. Matth. xxvij. Et Mar. xv. et Lu. xxiij. & Joh. xix. De secũdo scz q messias deberet esse mansuetus: qz dicit Isa. xlij. vbi ad litterã loqtur de messia. Calamũ quassatum nõ conteret: & linũ fumigans nõ extinguet in veritate educet iudiciũ. Uidemus sane q calamus quassatus leuiter potest perfringi. Linũ autẽ fumigans. i. linũ combustũ. Sed tamen aliquid retinens fumi. id ẽ ignis pfacillime potest extingui. Sed quid per calamũ quassatum vel linum pene extinctum melius q peccatoris fragilitas qui conquassatus & pene in peccato est extinctus potest intelligi. Calamuz autẽ quassatũ xps non cõtriuit: et linum fumigãs non extinxit: quia pctõres pene mortuos in pctis occidi non precepit: sed misericorditer tolerauit & ad penitentiã reuocauit qd ex cõsequẽtibus designauit pphẽta cũ addidit in veritate educet iudiciũ. Ueritas quippe & iusticia idẽ est: in lege vo moysi iudicium erat & preceptum pctõres occidi. Christus aũt ad veritatem & iusticiã: adduxit iudiciũ quãdo pctõres non occidi. sed qd iustius est donec peniterent sustinere precepit cũ dixit. Nolo mortẽ pctõris: sed vt cõuertat & viuat. Fuit etiã humilimus & mansuetus: qz ipse dixit. Matth. xi. Discite a me qz mitis sum & humilis corde: & propter suam mansuetudinẽ sub noĩe agni fuit ostẽsus populo a Johãne baptista dicente. Ecce agnus dei. Johanis. i. cap.

¶ Quod verus messias debebat mori in maxima humilitate inter sceleratos.



Q [initial] Ceratus thesaurus aperit de modo moriendi messie: quẽ modũ sacra scriptura preuũciauit & specifice determiauit in maxima hũilitate. vñ Isa. liij. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est: & quasi agnus corã tondente se obmutescet: & nõ aperuit os suũ. Qd manifestissime impletũ est in iesu nazareno: qz ipse ãte pylatũ adductus: falsoqz accusatus: verberatus etiam & colaphis

cessus conticuit: et ipse p pylato de pluribus eū interrogāti verbum vix aliqd respōdit. Ipse etiā debebat inter sceleratos reputari. sicut dicit. c. eodē. Et cū sceleratis reputatus est. qd impletuz fuit in xpo: q inter latrones crucifixus.

Quod debebat mori ppter peccata hominum.



Onus thesaurus aperitur de causa mortis messie quā causam sacra scriptura p nūciauit et specifice determiauit. scz ppter pctā hoim: generaliter patz. Isa. vbi supra. Oēs nos qsi oues errauimus vnusquisqz i viā suā declinauit. oues qppe simplicia et stolidissima sunt aialia et vaga. et nos stulti quasi oues errauimus: q ipm qualis vel quis esset nō nouim. Unusquisqz aūt in viā suā declinauit. hoc ē doctrine sue vix vllus credidit: sed suaz quisqz veterē retinuit: et dns posuit in eo iniqtates oim nostruz. i. originale peccatū q irritemur oēs. Ipe aūt vulnerat est ppter iniqtates nostras: attrit ē ppter scelera nr̄a: et disciplina pacis nr̄e sup eū. i. disiplinā et correctionē quā vt pacē haberem passuri eram p nobis ipse sustinuit: vt misericors et benign. Unū sequit. et liuore ei sanati sum: liuore scz flagellor et vulnerū q p nobis ē ppessus: et i fine capituli ipe pctā multorū tulit: et p trāsgressorib orauit qd totū hz verū et ipletū est in iesu nazareno vt patet in euangelio.

Quod tertia die resurgere debuit a mortuis.



Ecimus thesaurus aperit de resurrectione messie quā sacra scriptura prenūciauit et specifice determiauit ac etiā ei ascēsionē ad dexterā dei. Primū ptz Osee. vi. vbi dr. Uenite et reuertamur ad dnz: q ipse cepit et sanabit nos pcutiet et curabit nos viuificabit nos: post duos dies: et idie tertia suscitabit nos et viuem i cospectu ei. Capl'z istd expōit a fidelib hebreis de aduētu messie diuersimode tn̄: q rabi Salomon exponit applicādo ad tribulationē in qua sunt nunc iudei positi p mūdū dispsi a qua suis oratiōib publicis et priuatis petūt liberari p messiā, cui aduētū expectāt. Dicit ergo. Uiuificabit nos post duos dies. In tertia die resuscitabo vos. Per primā diē dicit q intelligit tēpus primi tēpli p Salomonem edificati cui successit nox destructionis p chaldeos. Per secūdā diem tēpus scdi p zorobabel reedificati: cui successit nox destructiōis per romanos. Per tertiā diez dicit q intelligitur tēpus tertij tēpli p messiaz edificādi. de quo exponūt edificationē templi que habet in fine Ezechielis Pm errorem suum. hoc dictū fundatur super falsū. scilicet q christus sit venturus q iam trāsiuit in prete

ristum sicut diffuse in apertione pri mi thesauri ꝛ in sequentibus fuit declaratum: ꝛ quo ad errorez tertiũ tẽpli materialis in tertio libro ple nius declarabitur. Est ergo sensus ꝓm veritatez viuificabit nos post duos dies. s. mortis ꝛ sepulture sue ipse messias. ꝛ in tertia die resusci tabo vos. scꝫ resurgens a mortuis qđ dicit ꝙ eius resurrectio est pri cipium resurrectionis nostre ad vi tam immortalem. Unde. i. Corinth. xv. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: qm̃ per homi nẽ mors. ꝛ ꝑ hominem resurrectio mortuorũ. ꝛ sicut in adã oẽs moriũ tur: ita ꝛ in xp̃o oẽs viuificabunt. Ista expositio magis consonat lit tere ꝙ̃ precedens: qꝛ accipit dies ꝓprie. Sequitur ꝛ viuemus in cõ spectu eius, scꝫ vita gratie in pre senti. ꝛ vita glorie in futuro. Et nõ est mirũ quia ipse xp̃s messias ve rus est via veritas ꝛ vita. Johan. xiiij. Quod autẽ messias debebat resurgere tertia die ꝓm doctores hebreorũ declarat rabimosse dar san in genesi magno sup textũ capi tuli. xxij. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locũ procul dicit rabi mosse multe trinitates dei habent in scriptura: ꝛ vna earum est resur rectio messie. Uerũtamẽ scđm. s. ꝙ messias sedeat ad dexterã dei ap paret ex vna auctoritate que est in midras tulim. i. in glosa psalterij sup illud psal. xviij. Et dedisti mi hi salutẽ ꝓtectionis tue: ꝛ dextera tua suscepit me. vbi dicit rabi Jo dan nomine rabi Hãma. Tempore venturo deus faciet sedere regem messiam ad dexteram suam: qꝛ sic scriptum est psal. cix. Dixit domi nus dño meo: sede a dextris meis. vbi dicit trãslatio chaldaica. Dixit dñs verbo suo: ꝛ abraã erit sedẽs ad partẽ sinistram: ꝛ facies ei⁹ pal lide erunt dicẽdo dñe. ꝛ filius filij mei sedet ad partem dexterã ꝛ ego ad sinistrã. sed deus consolabitur eũ dicendo filius filij tui est ad de xterã meã. ꝛ ego sum ad dexteram tuam. ꝛ illa hora abraã erit conten tus. hoc est qđ dixit dauid. ꝛ dexte ra tua suscepit me psal. xvij. Item dicit in libro Aginga. in. c. qđ inci pit est dorsin. vna scriptura dicit in daniele. c. vij. throni positi sunt qđ est plurale. Et postea dicit thro nus eius flamme ignis: qu od ẽ sin gulare videtur duo textus contra rij. Dicit rabi aquiba. non sunt con trarij: quia vnus thronus est ꝓ deo et ali⁹ ꝓ dauid. Declarat rabi Sa lomon. Iste dauid est messias. Itẽ dicit in beresith. raba. i. in genesi magno. Rabimosse darsan sup te xtuꝫ Gen. c. xviij. Et abraã adhuc stabat coram domino vult dicere quod dixit psalmista psal. xvij. ꝛ de disti mihi ꝓtectionem salutis tue. Iste est abraam cui dixit deus. No li timere abraã: ego protector tuus suꝫ. ꝛ dextera tua suscepit me. Iste est messias de quo scriptũ est. Dixit dominus domino meo: sede a de xtris meis. Dicit rabi Amon hoc quod dixit textus. et abraaꝫ adhuc stabat coram domino. correctio est sapientuꝫ. quia primo erat scriptũ ꝛ domin⁹ adhuc stabat corã abraã et rabini mutauerunt cum multis

aliis mutationibus que fecerūt in sacra scriptura: inter quas vna est in psal.xxi. vbi dicit. Circundederunt me canes: consilium malignātium obsedit me: carn.i. foderunt manus meas et pedes meos. Sed rabini mouerunt illud carn. quod sonat foderunt. et posuerunt in loco suo caari quod sonat sicut leo. Et multe harū mutationum mirate sunt plenissime in midras tulim id est in glo. psalterij in quo dicit ꝙ de istis mutatiōibus ꝓpter eos dicit ꝓpheta. Hiere.xxiij. peruertistis verba deorum viuorum domini sabaoth dei vestri. ꝛ Hiere.in.c. ix. de eis dixit. Ueritatē non loquētur: docuerunt linguam suā loqui mendacium. Ecce ꝙ clare in suismet libris condēnantur tanꝙ falsi et mendaces illi qui mutauerunt verba dei. Nec consensit spūssanctus ꝙ omnia in thalmuth essent mendacia et falsa: vt per verba ibidem inserta confunderetur cecitas iudeorum.

¶ Quod verus messias debebat dare suis credentibus in presenti gratiam suam. in futuro gloriam sempiternam.

Undecimus thesaurus aperit de premio credentium ꝛ sequentiū messiam in presenti ꝛ in futuro quod premiū sacra scriptura prenunciauit ꝛ specifice determinauit in duobus locis. Primo Isa.lxv. vbi ad litterā loquitur de rege messia. Ecce serui mei comedent ꝛ vos esurietis. Ecce serui mei bibent et vos sitietis. Ecce serui mei letabuntur et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis. et vos clamabitis pre dolore cordis. et pre contritione spiritus vlulabitis ꝛ dimittetis nomen vestrū in iuramentū electis meis: et interficiet te dn̄s deus ꝛ seruos suos vocabit nomie alio. in quo qui benedictus est sup terrā benedicetur in deo amen. Que oia implent in premio quod dat iesus nazarenus sequētibus eū. dicit enī serui mei comedent: sc3 corpus meū. vn̄ ait: nisi manducaueritis carnē filij hominis. Joh.vi. ꝛ ibidē caro mea vere est cibus: vel comedēt doctrinam spiritualem vel mysteria fidei. vel comedēt sc3 ī futuro cognitione3 diuinitatis. vnde ait vt edatis et bibatis super mensam meā in regno patris mei Luce.xxij. Et ps. dicit: satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic ergo ait xp̄us serui mei comedent. ꝛ vos sc3 increduli iudei ꝛ dānati esurietis. Ecce serui mei bibent. scil3 aquam viuam. Joh.vi. Si quis sitit veniat ad me et bibat. ꝛ iterum Joh.iiij. qui biberit ex aqua qua3 ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. hec aqua viua est gratia spiritussancti: quam christus dat suis fidelibus in presenti. Et ideo facit eos saltare in vitam eterna3 quia aqua tantū ascendit naturaliter quantū descendit. Et quia illa

gratia descendit a deo qui sedet in celo vbi est vita eterna. ideo fiet in eo fons aque salientis in vitã eternam: vel sic serui mei bibent. s. sanguinem meum: quia sanguis meus vere est potus. Ioh. vi. ꝛ ibidẽ. Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis et biberitis eius sanguinẽ non habebitis vitam in vobis. Et vos scꝫ increduli iudei ꝛ dãnati sitietis scꝫ aquam viuã ꝛ sanguinem meũ. Ecce serui mei letabuntur. scꝫ in eterna beatitudine. Unde Ioh. vi. xp̃s dicit. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis ꝛ vos scꝫ increduli iudei ꝛ dãnati cõfundemini scꝫ videntes alios in locum vestruꝫ successisse. Ecce serui mei laudabunt pre exultatiõe cordis. ẜm illõ. ps. lxxxiij. in secula seculoꝝ laudabũt te. ꝛ vos scꝫ increduli iudei et damnati clamabitis scꝫ in inferno pre dolore cordis. s. ex consciẽtia peccatorum ꝛ pre contritione spiritus vllulabitis: q: ibi erit fletus ꝛ stridor dentiũ. Matth. xxv. ꝛ dimittetis nomen vestrũ. s. alijs in locum vestrũ succedentibus. ideo sequit̃ in iuramentum electis meis: vt scꝫ decetero nõ vocemini. circũcisio sꝫ cõcisio: nec me habeatis q̃ sum via veritas ꝛ vita. sed electi mei dicentur filij abrae sicut vos olim. Seq̃tur. ꝛ interficiet te dñs deus. s. spirituali gladio cũ dixero. Ite maledicti in ignem eternũ ꝛc. Matth. xxv. et seruos suos vocabit alio nomine scꝫ xp̃iano a meipso iesu xp̃o In quo qui benedictus est sup terram credendo ꝛ sequendo benedicetur in deo amen. Eu.n scꝫ dicam in iudicio electis meis. Uenite benedicti patris mei ꝛc. ca. eodẽ. Itẽ secundo determinatur in sacra scriptura premiuꝫ eternum sequentiũ messiam iesum christum. Isaye. li. vbi dicitur qui redempti sunt a domino reuertentur ꝛ venient in syon cum laude ꝛ leticia sempiterna super capita eorum fugiet ab eis dolor et gemitus. Ego ipse cõsolabor vos. quod sic exponitur. qui redempti sunt a domino. s. sanguine filij sui reuertentur scꝫ ad viam iusticie et venient in syon. i. in presentem ecclesiam et beatitudinem eternaꝫ laudantes scꝫ ꝛ dicẽtes. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te: ꝛ leticia sempiterna que scꝫ non deficiet super capita eorum. i. super eorum mentes. gaudium et leticiam obtinebunt scꝫ in celo. fugiet dolor et gemitus: q: absterget deus oẽm lachrymam ab oculis sanctorum. Ergo ego ipse. s. filius: quia alius non potest. consolabor vos quasi dicat. Inuocastis me ꝛ ego consolabor vos. ꝛ non per prophetas: sed per meipsum glorificando: q: hec est vita eterna vt cognoscãt te deũ verum ꝛ quem misisti iesum xp̃m. Ioh. xvij. vita enĩ eterna siue beatitudo cõsistit essentialiter in aspectu claro ipsius diuinitatis: vt tamen habet adiũctam fruitionem q̃ est completiua felicitatis cum firma tentione. Ex consequenti tamẽ consistit beatitudo in aspectu humanitatis xp̃i que est instrumentũ nos inducẽs ad beatitudinem principalem. beatitudo enĩ hoĩs coĩum

ctio est ad vltimū ⁊ optimū bonū ⁊ ideo non potest consistere in coniūctione ad aliquod bonū temporale vel corporale: vt dicunt rudes sarracenii qui expectāt in alia vita in voluptatibus carnalibus et diuitijs ⁊ alijs consimilibus premiari ƒm ꝙ dicitur in alchorano machometi. que tn̄ vita ƒm philosophum dicitur vita pecudū. i. ethicoꝝ. propter qđ ipse Auicēna hoc considerans dicit ꝙ propheta quē vocat machometū, ꝓmittit eis talem felicitatē in premiū: qm̄ multi sapientes non attenderūt sicut patuit supra in aptione tertij thesauri in sexto gradu perfectionis legis euangelice. Similiter iudei resurrectionem futurā expectant ad vitā carnalem. ⁊ ideo felicitatē vite future credūt consistere in bonorū temporaliū plenitudine ⁊ pacis trāquillitate. vt p3 vbi supra. S3 beatitudo xp̄ianorum est in adeptiōe summi boni per aptā visionē et fruitionem et firmā tentionē. Considerādum est etiam ꝙ cū filius dicit ad patrem loquens hec est vita eterna vt cognoscant te solum deum per hoc non habetur. ꝙ solus pater sit deus ⁊ filius creatura: vt dicebat arrius: quia hec dictio exclusiua solus non determinat ly te. ita ꝙ sit sensus ꝙ solus pater sit deus: s3 determinat ly deum et est sensus ꝙ illa est sola deitas vera que est in patre ⁊ sic ab illa non excluditur filius sed magis includitur: ꝙ vna est deitas in vtroqꝫ: sed excluditur vera deitas ab hijs qui a gentilib⁹ colebantur: scilicet ioue: saturno. ⁊ similibus. Dico etiam ꝙ hec dictio solus determinet ly te vt sit sensus ꝙ solus pater sit deus non tamē p hoc excluditur filius a deitate: sed magis includitur: quia ƒm philosophum solus idem est ꝙ non cum alio. et ideo tm̄modo excludit illud quod alietatem dicit. filius autē est non alius a patre in essentia: sed tm̄ in persona. Et ideo quādo hec dictio solus additur vni persone respectu termini essentialis sicut est in ꝓposito, non excludit aliā personā: sed magis includit. ⁊ hoc patet per auctoritatem saluatoris Matth. xi. vbi dicit. nemo nouit filium nisi pater: neqꝫ patrem quis nouit nisi filius. Si eñ hec dictio exclusiua addita vni persone respectu termini essentialis excluderet aliam sequeretur ꝙ pater non cognosceret: sed tantū filius. ⁊ filius non cognosceret se sed tantū pater quod est absurdum dicere. Patet ergo premium sequentium christū quia est beatitudo eterna in visione diuinitatis cum fruitione et firma tentione. et sic beatificabitur anima rationalis et in visione clara humanitatis christi. ⁊ sic beatificabitur corpus humanum vt sit perfecta beatitudo in corpore ⁊ anima. Creauit eñ deus hominem vt totū beatificaret ⁊ pascua inueniret intus ⁊ extra. ƒm Aug. intus in deitate saluatoris: ⁊ extra in carne redemptoris.

¶ Quod persecutores veri messie a pena in p̄senti nō debebāt releuari nec ī futuro a dānatiōe eterna



Duodecimus thesaur⁹ aperitur. sc3 pena persequentium messiam in presenti et in futuro: quoniã penam sacra scriptura prenunciauit. et specifice determinauit. et primo de pena in presenti vita. vnde Amos. ij. super tribus sceleribus israel: et super quatuor non conuertam quia vendiderunt iustum sc3 iesum nazarenum. Sed ad hoc respondent iudei quadrupliciter. Primo ꝙ iste text⁹ loquitur de scelere israel non iuda. et sic nihil pro nobis. quia illud scelus iesu nazareni cõmissum est in iuda: non in israel. et maxime quia ꝓpheta loquitur hic primo de sceleribus iuda: postea de israel in textu. Sed ista responsio nulla est: quia in templo secũdo venerunt et fuerunt de captiuitate decem tribus et fuerunt omnes cõgregati simul de israel et de iuda per licentiã datam per tyrum regẽ persarũ. et pt3 etiam Nee. vij. et xviij. capitis. habitauerunt omnes israel in ciuitatibus suis. Item isaye. xi. quomodo desolauit dñs liguã maris egypti sc3 nilum vt transirent calciati. vide hec pulchre in lyra quomõ hoc fuit. Tunc omnes venerunt ad secundum templum. et vocati sunt israel. Quod ergo premittitur in textu. primo de sceleribus iuda respicit ad destructionem primi templi quia illi de israel non erant ibi. Et cum subiungitur in textu de scelesceleribus israel. respicit destructionem secundi templi. quia omnes de israel: et de iuda erãt ibi. et oẽs vocati sũt israel: p3 h̃ p Rabi moysen de egypto qui formaliter dicit in libro sofrim mors iesu nazareni fuit causa vt destruerentur israelense. Ecce quomodo vocat oẽs de secundo tẽplo israel. Item peccatũ qđ tãtũmodo iuda fecit: peccatum iuda appellatur. Quod autem iuda simul fecit et israel: peccatũ vocat̃ israel. Iherosolymis enim tunc erat cum iuda magna pars filioꝝ beniamin et leui. Iure igitur pars totius debet suscipere nomen. Est et alia non inferior causa q̃ videlicet populus israel licet tunc monti non corpore presens fuisset. audito tamen ꝙ coꝝ fecerant socij. coꝝ culpe laudatores et cõsentanei: et participes omno facti sunt voluntatis: volũtas itaq3 eis profecto est imputanda. Sed quomodo predicta captiuitas accidit israeli propter venditionem iusti iesu cũ israel non vẽdiderit xp̃m. sed tantũ a iuda scariotb legatur emisse. Respondet̃: ꝙ quia filij israel vt venderetur christus cõsensum: auxilium atq3 consiliũ adhibuerunt: ideo nõ minus ꝙ si ipsi vendidissent scelus incurrerunt. Nec3 enĩ et Salomon ydola fabricauit: sed q̃ vxoribus et concubinis fabricantibus assensum prebuit eum fabricasse littera dicit. ¶ Secũdo dicunt ad hec iudei ꝙ istud scelus de venditiõe iusti pro argento fuit vẽditio Ioseph per fratres suos: sed illud nihil valet: quia vbi ponitur primũ secundũ. tertiũ: et quartũ: ordo est

secundum prius et posterius. Ui-dendum est ergo quod est primum scelus. quod secūdum et cetera. Et sciendum est ꝙ ista tria scelera ꝑ ordinē sicut veniunt sunt ista. Pri-mum venditio Joseph. propter quod fuerunt captiui in egypto. Secundum adoratio vituli. ꝑpter quod fuerunt vno die interfecti. xxiij. milia hominū Exo. xxxij. Ter-tius occisio ꝓphetarum. ꝑpter qđ ducti sunt captiui in babilonē. lxx. annis. Quartum detur ⁊ non pōt dari nisi venditio iesu nazareni. qꝛ venditio ioseph primuȝ in ordine fuit ꝑpter quod postea pharaonis sunt passi durissimum iugum vt di-ctum est. Sed cum pnīa pacta iam sunt liberati a culpa. quare de in-dulto rursū criminabūtur peccato ¶ Tertio forte dicet iudeus. qꝛ si h̄ non dicaꝛ de Joseph iusto. potest tamē dici de alio quolibet iusto sȝ hoc indignū et irrationabile eē vi-deꝛ vt cū tm̄ crimē fit ꝙ nulla īdul-gentia sequaꝛ. ꝑpter quod diuina sententia in totum israel deseruiat populuȝ illius celetur ꝑsona ī qua illud fuit cōmissum. Insup cū rea-tus iste ī hebreo sermōe tali deseri-baꝛ vocabulo. quare īponitur illi q̄ negauerat deū. venditio aūt iudei non equatur negationi dei. sed ipi tm̄ ac talem vendiderunt hominē xp̄m videlȝ filiū d. i. ꝙ in culpa sūt pares deū negati. Et si q̄ras q̄ sūt illa peccata quattuor q̄ oīa pateāt ad negare deū esse equalia. Rn̄deꝛ ꝙ primum peccatum fuit cū in he-remo vitulū conflatilē ꝓ deo ado-rauerunt. in quo facto satis deū ne-gauerunt. et quia ab omnibus ē h̄ peccatum ꝑpetratuȝ. ideo cōe fuit oīm. Secundū in quo ⁊ deū filii ne-gauerūt ⁊ oēs peccauerūt: fuit qn̄ Jheroboā vitulos similes fabrica-uit: ⁊ ab omnib⁹ adorari constituit Tertium autē cum iudei ꝓphetas vniuersi eadem voluntati occide-runt. et eorum dicta contēpserunt quartū vero quod magis est oībus et grauius est quando xp̄m dei fi-lium ⁊ hoīem ab omni peccati cō-tagione alienū iniq̄ vendiderunt. ⁊ iniusta nece condēnauerunt: hoc peccatum ꝑpter cecitatē iudeoruȝ occultū est eisdem: sicut dicit Ra-bi onanerari dlar. i libro vayera ra-ba. i. leuitico magna. Primi pecca-uerunt ⁊ fuit discooptum suuȝ pec-catum. ⁊ fuit discoopta sua pnīa. Secūdi peccauerunt: ⁊ fuit disco-optū suū peccatū: ⁊ fuit discoopta sua pnīa. Tertij peccauerūt et fuit discoopertū suū peccatū: et fuit di-scoopta sua pnīa. Quarti peccaue-runt et fuit discooptū eis peccatū suū. nō est discoopta sua pnīa. Un-de dicit eis ꝑpter suā cecitatē. fide-lib⁹ tm̄ vidētibus bene est discoop-tū suū peccatū ⁊ sua pnīa vt dictū est ⁊ diceꝛ. Itē petrus alfonsi vir eruditissimus de quo supra in api-tione primi thesauri locutus sum in suo dyalogo ostendens causam captiuitatis iudeoꝝ esse venditio-nem xp̄i ⁊ non venditionē Joseph sic inquit contra eos. Quod autem euidentius testimonium queritis vos propter dei mortem hanc su-biisse captiuitateȝ q̄ id quod apud vos scriptum legistis. quia videlȝ

carem anno dñi. Millesimo.cccc. lix. in villa metine de campis et relatum fuisset mihi per virum religiosum eiusdem gentis quod essent ibi plures heretici occulti qui asserebant iesu christi euangelium esse falsum vt dicetur infra: zelo fidei succensus predicaui ibi plures sermones de excellentia nostre fidei damnando errores predictos vt dominus mihi dedit. Certificatus sum deinde quasi sex mensibus elapsis per illum qui bene nouerat eorum secreta. nihil occultum quod non sciat quod eo tempore quo ibi predicabatur fuerunt in quadam domo dicte ville secretissime occulti fere. xxx. eorum nouiter circumcisi pro vulneribus circumcisionis sanandis. Alij vero conuersi sunt ad iudaismum sicut de eadem villa: et credo quod vnus magistrorum qui dicebatur magister Franciscus medicus vendit secrete que possidebat in iherusalem profectus factus est iudeus. sicut mihi rex retulit presente quodam iudeo medico qui idem asseruit forte verum. De pluribus alijs dicitur quod preparant se secrete vt similiter faciant illusi dyabolico consilio deo permittente. qui propter eorum peccata dat eos in reprobum sensum. ¶ Isti tales christiani vtentes circumcisione inimici dei et magis heretici sunt illi de quibus paulus ad Tytum in primo ca. enumerat. xv. conditiones pessimas. s. quod sunt inobedientes. vaniloqui: seductores: vniuersas domos subuertentes: docentes que non oportet. mendaces. crudeles. gulosi. non sani in fide. intendentes iudaicis fabulis. auertentes se a veritate. confitentes se nosse deum factis negantes. abominabiles increlibiles. ad omne opus bonum reprobi: cuius verba ad litteram sunt hec. Sunt enim multi inobedientes vaniloqui et seductores maxime qui de circumcisione sunt quos oportet redargui qui vniuersas domos docentes que non oportet lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces. male bestie ventris pigri: testimonium hoc verum est. quam ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum aduersantium se a veritate: omnia enim munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum sed inquinate sunt eorum et mens et conscientia. Confitentur enim se nosse deum. factis autem negant cum sint abhominabiles et incredibiles et ad omne opus reprobi: super quo glosa ordinaria sic dicit. Inobedientes in se. vaniloqui ad alios et seductores circumuentionibus et cuiuscumque generis fraudibus maxime qui de circumcisione sunt. i. de iudeis qui sub nomine christi iudaizare docebant. Renati enim in christo non puri erant christiani: quia partim legem partim christum venerari volebant. de quibus subdit quos oportet redargui. ideo quia ipsi sunt qui subuertunt vniuersas domos id est totam familiam docentes que non oportet et hoc faciunt gratia turpis lucri. s. terrene rei pro terrenis acquirendis. dixit quasi

tales vere sunt sicut dixit quidam
ex illis qui eos noverat. Iste sunt
epigmides cretensis. In cuius li-
bris hoc invenitur nomen eius nō
commemorauit apostolus. quia in
ter prophetas dei non invenitur.
ppheta quia verū dixit. ꝛ si pphe
ta esset illorum non dei ꝛ proprius
illorum quia eorum naturam bene
aperuit quod vtiq ad hoc dictum
est ne dei ppheta videretur ſ3 illo
rum. Cretenses semper sunt men-
daces: expertus sum et longo tempo
re hanc mendacij ppietatem non
dico iocosam sed perniciosam in
viris religiosis eiusdē gentis quos
sanctos primitus reputabam. nūc
vero angelos sathane in lucis an-
gelos transformatos potius repu-
taui. Cum secundum veram con-
scientiam nihil in eis nisi simulatā
equitatem senserim que duplex est
iniquitas. male bestie. s. sanguinē
sitientis: ꝛ ventris pigri. id est gu
losi. ꝛ ideo pigri. Et ne minus cre
das ei quia gentilis erat. eius ver
ba commendat apostolus dicens.
Testimonium hoc verum est quia
vanis atq superfluis gentiliū su
perstitionum et poeticarum sentē
tijs abrasis atq decisis. quod pu-
rum repertum fuerit ad ministeriū
domus dei assumendum est. Quā
ob causam quasi doceret quod nō
oporteret quā ob cām increpa illos
non vt soles molliter sed dure vt sa
ni sint in fide. i. vt recte credāt qua
si dicat non recte credunt. ¶ Ego
enim vidi quandam pesquipiam
que casu venit ad manus meas. Et
que facta fuit cōtra hanc gentē in
ciuitate toleti. ꝛ inter multa que si
bi legi. vnde notatur ꝙ aliqui eoꝝ
nō sint sani in fide sicut ea q̄ sequū
tur. Primo ꝙ filios suos circūci-
dunt. Secundo ꝙ sacramentū alta
ris nihil aliud est nisi quedam ceri
monia vt sacerdotes trahant gen-
tes ad deuotionem. Tertio ꝙ mit-
tunt etiam oleum et habent lāpa-
des in synagogis iudeorū. Quar
to ꝙ obseruant sabbatū sicut iu-
dei ꝛ operantur occulte die domi-
nica. Quinto ꝙ faciunt iuramēta.
sicut iudei in cōtractibus suis di-
cētes ꝙ per nomē creatoris viui ve
ri qui fecit mare et arenas ꝛ celū
et stellas: ꝛ dederit tabulas legis
moysi ꝙ ipse daret ꝛ solueret etc.
Sexto ꝙ fides catholica erat que
dā truffa ꝛ ꝙ nihil aliud erat i hac
vita nisi nasci ꝛ mori et ꝙ totū aliō
vanitas erat. Septimo ꝙ cū in pe
riculis se videbāt nūꝙ nominabāt
xp̄m nec beatam virginē sed dice-
bāt adiuuant te Adonay. Octauo
ꝙ virgo maria nō erat nominanda
qꝛ fuerat quedā peccatrix que stat
sub cauda iuda. Nono ꝙ in die io-
uis sancto occidebant agnū et co-
medebant. Decimo ꝙ cū sunt in ec
clesia non attēdūt cū eleuatur cor-
pus xp̄i nec signāt se nisi cum dimi
dia cruce. Undecimo ꝙ fingunt p-
uulos in periculo cū nascuntur et
dicūt ꝙ pp̄ter periculū baptizant
eos ꝛ nō est sic sicut de duab⁹ filia
bus alfandari cursoris domorū in
uenitur ibidē ꝙ cū eēnt. xviij. āno
rū fuerūt baptizate. Duodecimo ꝙ
faciūt circa defūctos oēs cerimo-
nias iudeoꝝ. Tredecimo ꝙ cōtrahūt

matrimonia in gradu ꝓhibito sine dispēsatione ecclesie. Decimoquarto ꝙ mittunt paruulos ad synagogas: vt doceantur in eisdē. Decimoquinto ꝙ deridēt de sacramēto baptismi: ⁊ de cerimoniis que fiunt a sacerdote. Decimosexto ꝙ dant publice ad vsuras antiquis xp̄ianis in lege xp̄i dicēdo: ꝙ dicti xp̄iani sunt sui inimici ⁊ legis. Et ideo nō peccant dando ad vsurā eis: immo ꝙ cū hoc faciant lucrantur indulgentias. Decimoseptimo ꝙ non curant de excōicationibus: nec de absolutione accipienda. nec credunt nec intelligunt si sunt excōicati: ꝙ sunt excōicati ꝓpter debita ad que tenētur. cum ꝓpter illa soluenda excōicantur. ⁊ si soluunt hoc faciūt vt non capiātur: vel vt non euitentur. sed non timore dei: nec vt euitent periculū animarū suarū. ⁊ cū hac incredulitate non curant de absolutione dicētes. ꝙ soluto debito amotū est peccatū. ⁊ ꝙ nō indigēt absolutione. ⁊ sic dimittunt se stare excōicatos toto tp̄e vite sue. Decimooctauo ꝙ raro audiūt missam ⁊ diuina officia raro ⁊ confitentur ⁊ si veniunt ad confessionē. hoc faciunt ꝓpter verecundiā. ⁊ vt non expellantur ab ecclesiis. et nunꝙ confitentur aliquod peccatum: sed opera virtutis ⁊ sanctitatis: licet sciant publici pctōres. Decimonono ꝙ sacrm̄ ꝯfessiōis ordinauerūt xij. ebrij q̄ fuerūt cā ꝙ occiderētur ꝑ mūdū plures ꝙ. xx. mille ꝑsone. Uicesimo ꝙ sunt ydolatre. q2 inuenit in eadē pesquisa ꝑ illū testē q̄ vidit iuramēto ꝑstito ꝙ Alfonsius gundisalui de faro predicte ciuitatis ciues ⁊ ꝑdicte gētis cū Mēcia alfonci vxore sua habebāt ī eadem domo vnū retabulū de petra tabulis coopertū cū ianuis suis: ī quo erant. iiij. imagines lignee firmiter coniuncte lapidi illi. figura vnius illaꝝ erat hoīs lōgi magne ꝙtitatis habētis coronā aureā ⁊ a sona infra erat ymago illa nigra sicut carbo. Tres vero ille imagines habebāt figurā domicellarū. erant tn̄ nigre sicut carbones habētes capillos protensos: sed nigros. Et dixit testis ille iuratus q̄ vidit ꝙ predicti tenebant dictum retabulum in quodā loco occulto scȝ ī tecto camere quadrate in qua dormiebant. ⁊ claudebatur tabulis cū clauis. Cum vero erat pulsata campana pro aue maria precipiebant predicto testi cum eis cōmoranti vt ascenderet ad predictum locū cum quadam scala qui amouebat clauos ⁊ tabulas illas. ⁊ extrahebat predictum retabulum: et ligato fune vsqꝫ ad eorum manus suspēdebat. Qui recipientes illud faciebāt ꝙ predictus testis adoraret imagīes illas ⁊ deoscularetur ora ipōꝝ dicēdo ꝙ erāt sancti ⁊ statim extinguebant cādelas: ⁊ crucibula que incensa tenebant ⁊ orabāt magno spacio ante ydola illa ī arabico vsqꝫ ad galli cantum. In qua hora vocabāt iterum predictum testem ⁊ faciebāt ꝙ verum eleuaret retabulū illud ad predictum locum claudēdo sicut prius diligenter. Dixit etiā ꝙ qualibet die hora meridiana illud

faciebant ꝛ ꝙ hunc laborē habuit ꝙdiu vixit cū eis. Dixit etiā de il-lis ꝙ comedebant carnes per to-tam quadragesimā: sextisqȝ ferijs ac in diebus sabbatoꝝ. Uicesimo primo ꝙ sunt peiores heretici ꝙ arriani ꝛ quicūqȝ alij qui contra legē xpi errauerunt: sicut patet in predicta pesquisia de errore dida ci gomes baccalarij filij de mosen iohā. eiusdē gentis sicut affirma-uit iuramēto interposito. Aluarus fernandi medicus predicte ciuita tis couicin? presentatus in testem in forma iuris. dicit eū ꝙ loquen-do de lege xpi ꝛ lege iudeorū cuȝ eo ꝙ dixit ei predictus baccalari? ambulate: qꝛ nihil scitis: qꝛ si sci-retis scripturas quas nos habe-mus vos miraremini. Qui dixit si bi. Que scripture sunt ille: qꝛ ego sepe pertrāsiui testamētū vetus ꝛ nouū: ꝛ cum hoc etiā signaui plu-ra loca predicte scripture. Respō dit predictus didacus gomes bac calarius tota ipsa scriptura est ꝓ populo: sed nostri litterati alias scripturas habēt maioris certitu dinis: et maioris auctoritatis. Cumqȝ predictus testis cogita-ret ꝙ illa essent aliqua magna my steria sctissime trinitatis: vel in carnationis vel verbi diuini. seu natiuitatis xpi mortis vel resur-rectionis: vel sanctissimi sacramē ti altaris: dixit sibi ꝙ ostenderet eidē. Et ipse respōdit ꝙ totū erat scriptum in hebraico. Et iterum dixit ei. Quid ē illud quod est ibi scriptū vltra illud quod tenet in biblia. Respondit ei ꝙ hec erant secreta rerum preteritarū. scilicet quis fuit Abraam: et adhuc xps: ꝛ quis Machometus: ꝛ quos spi-ritus habuerūt quilibet eorū ꝛ ꝙ mirabantur de gentibus qui cre-dunt tot insipiētias sicut dicunt: quia abraam querebat spiritū qui respōderet suis petitionib? ꝛ non inueniebat. Quadā vero die abra am existente nudo in quodā circu lo couocādo spiritū qui ei respon deret nihil vidit de quo possit san guinē extrahere nisi de virga viri li sua: ꝛ circūcidit se: ꝛ cuȝ cecidit sanguis statim respōdit sibi spūs saturni ꝛ ꝙ totū aliud erat derisio quedam. Et dixit ei spiritus ꝙ in annis saturni sunt octoginta pun cta: ꝛ ꝙcquid diceret sic erit: ꝛ ꝙ illa puncta reuelauit spūs abrae ꝛ Abraam filijs suis. ꝛ sic ꝑ illa ꝓ phetabāt ꝓphete. Dicit etiā ei ꝙ iesus xps habuerat spiritū mercu rij. ꝛ ꝙ addiscebāt cū vno magno rabino ipse iesus ꝛ iudas scarioth ac alij iudei: ꝛ ꝙ iesus fuit filioca-ptus de quadā iuuēcula iudea. qđ cum cognouit ille rabinus posuit excōicationē sup iesum xpm per x. dies: ꝛ in octauo die dilatauit ex cōmunicationem. per. xx. ꝛ deinde dilatauit. per. xxx. dies. Et cū hoc vidit iesus xps recessit ꝛ separa-uit se ab illo rabino. ꝛ ꝙ incepit ꝑ dicare contra magistrum suū: ꝛ ꝙ sic ambulādo appropiquauit vn? predictorum octoginta punctorū saturni: et dixit ꝙ posuit se iesus xps ad seruandum punctum illuȝ per partem suam: et rabinus ille per suam ꝛ iudas similiter. Et di

xit φ rabinus ille τ iudas dormierunt: τ φ iesus christus vigilauit optime: et cum venit ille punctus dixit φ dixi iesus xps. Dñe deus miserere omniū qui me audierint τ in me credēt. τ in hoc excitatus est rabinus. Tace mala morte moriaris tu τ tui credentes. Excitatus etiā iudas dixit. Male finies ego si de te non dedero malum finē: τ dixit φ sic totū impletus fuit τ φ iudei maledicūt illum rabinū quia excōicauit iesum xpm dicentes. φ si non excōicauerat eum totū mundū conuerterat ad iudaismū. Et ideo vtrūqꝫ maledicūt: sꝫ plus iesum xpm: qꝛ maledixit eos Dixit etiam vlterius φ machometus habuit spiritū martis. Et tot τ tanta dicebat iste testis φ habebat in scriptis φ plus videbātur stulta figmenta cōposita maliciose τ ex inuidia τ peiora φ dixerāt Arriani τ manichei. Dicebāt etiā φ per malam artem iesus xps fecerat in morte sua terremotum: et φ propter talia prophete fuerant occisi. quia vtebantur malis artibus: τ φ sic etiam a simili fuerant mortui sicut mali τ falsi per iusticiam. τ taliter mortui sunt qualiter opera fecerunt. Dicebat enim φ sctm̄ sacramētū altaris ordinatum fuerat in formā hostie rotūde sicut sol: quia erat sacrificiū solis τ φ iupiter sol τ mercurius ordinauerant legem xpianorum: sic φ iupiter accepit habitum: mercurius sermonē: sol vero sacrificiū. Et cum predicta τ multa alia abhominabilia audiuit predictus testis ab illo didacogomecij non solum contra legem iudeorum: sed etiam christianorum: dicit φ separauit se ab eo. Uidit enim qōsic expediebat ei: quia peiora videbantur predicta φ ydolatrare. Dicebat enim si in isto qui est graduatus in scientia τ filius doctoris talia inueniuntur: quid erit in aliis Dixit etiam predictus testis φ tātum cognoscebat de predicta gente φ plus crederet vni sarraceno qui iuraret sibi in lege sua φ vni cōuerso q̄ iuraret sup̄ sctā dei sibi euangelia. τ φ boni inter eos sunt pauci. Et ꝓ maiori parte sunt augures sortientes: creditores malarum rerum: somniatores: intromissi in oibus aliis artibus. Uicesimo secūdo φ sacerdos quidam eiusdē gentis consecrauit die quadam quinqꝫ hostias: quarum vnā sumpsit τ alias tradidit fratrib⁹ suis τ nescitur quid factū est de illis. Hec τ plura alia continentur in predicta pesquisia que breuitatis causa obmitto. ¶ Itē me existēte in ciuitate Segobienſ anno millesimo. cccclix. cum iudei celebrarent festum tabernaculorum: τ vnus iudeus timeret puniri ab alio in synagoga propter aliquod peccatum commissum recommendauit se cuidam christiano algazelo iudeorum vt veniens in synagogā presens nō permitteret punitionem eiusdem. Qui veniens vidit synagogam plenam hominibus orantibus ac illustratam luminarium multitudine. Et cū ad ianuam synagoge permaneret exi

uit vnus capite cooperto: qui cuȝ quesiuisset ab eo quis esset: agnouit eũ esse vnum de conuersis predicte ciuitatis. Qui miratus ꝛ volens videre amplius inuenit plures alios ibidẽ cuȝ iudeis habitu ꝛ oratione cõformes: que oĩa predictus algazelus oĩbus volẽtibꝰ audire publice affirmabat. ¶ Itẽ in villa de formesta huiꝰ regni castelle: quidam barbitonsor eiusdẽ gentis. Cuius nomen Fernãdus sanctĩ publice dixit: et sepe idem affirmauit. scilȝ ꝙ iesus xp̃s non erat verus deus: nec credebat in eũ: ꝛ ꝙ deus nũꝙ habuerat filiũ: sȝ ꝙ solũ credebat ĩ illo vno deo q̃ fecit celũ ꝛ stellas: mare ꝛ arenas ¶ Iteȝ peruersus hereticus fuit accusatus coram dño petro palẽtino qui facta inquisitione inuentũ est testimoniis septẽ testiũ eadem dixisse: vt ego vidi in pesquisia q̃ ad manus meas deuenit ꝑ mãdatum dicti epĩ qui cepit predictuȝ malũ xp̃ianũ. ꝛ timore mortis potius ꝙ amore veritatis abiurauit heresim ibi publice vbi peccauit. Deinde fuit absolutus ab excõicatione in forma iuris per me ex cõmissione mihi facta per predictuȝ diocesanum ꝛ demũ positus in carcere a quo exire ẜm ius non debebat. Rogaminibꝰ tñ multorũ liberatus a carceribus: relegatus est exilio a predicto loco decẽ annis. hec acciderũt anno dñi. M. cccc. lviij. In predicta villa notarius publicus pesquisie fuit petrꝰ martini calderon. testes vero Rodericus garsie de Alna: ꝛ alfonsus lupitonsor. ꝛ Alfonsus de villa regali faber. ꝛ Alfonsus sanctĩ: ꝛ aginlar. ꝛ Fernãdus sanctĩ pretor. ꝛ alfonsus fernãdi Romo. ꝛ Bundisaluus pancho macellarius. Fertetiã ꝙ est liber quidem apud eos quẽ cõposuit magister Martinus toletanus astrologus cõtra fidem catholicã qui liber ne cognosceretur ꝙ ab ipso factus esset verso nomie suo ip̃m intitulauit: qꝛ ipse lingua nostra vocat Martin. ꝛ ex hoc verso noĩe intitulauit illum librũ nitram. Ex quibus omnibus manifeste patet ꝙ nõ sunt sani in fide plures eorũ: vt dicit paulus. Increpa ergo illos dure: vt sani sint in fide. i. vt recte credãt sicut dictũ est. ¶ Sequit textus cũ glo. nõ intẽdẽtes iudaicis fabulis litteralis obseruantie. In qua nemo iustificatur apud deũ ꝛ mandatis hoim. qꝛ mãdata legis post manifestã veritateȝ iam hoim ꝛ nõ dei mandata sunt: hominũ dico auertentiũ se a veritate sp̃ualis intelligentie. Quicq̃d eñ aduersus veritatẽ opponitur humana inuẽtio est. Ideo mãdata hoim ꝛ fabulas appellat que narrãt: quia nescientes vim scripturarũ interiora verborum legis colorẽ sequuntur: nõ saporem. Putant enim nunꝙ recedendum esse ab his que moyses tradidit: vtputa de escarum differentia. Omnia enim quasi se auertunt vere a veritate: quia omnia humanis vsibus concessa munda sunt mũdis. scilicet illis qui fide bona sumunt ꝛ iusti sunt. quod ipsi negant. ideo quia in lege quedam

Moyses prohibuit: et ab immundis mundandis creuit. hoc autem non secundum naturas quas deus creauit intelligi voluit: sed secundum significationes. Omnia ergo munda sunt mundis secundum naturam in qua creata sunt. Unde in genesi. Uidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Secundum significationes tamen quedam immunda sunt iudeis: nec nobis omnia apta sunt: vel propter salutem corporum: vel propter consuetudinem humane societatis. Cum ergo cuique sua redduntur et naturalem ordinem seruant omnia munda sunt mundis. Contaminatis autem per peccata et infidelibus. scilicet qui non credunt in deum vel deo nihil mundum est: quia non sunt dignis donis dei: sed et mens. id est intellectus et conscientia eorum inquinate sunt quasi non ex cibo est inquinatio eorum: sed ex malo intellectu et conscientia peccatorum. Et vere mens et conscientia eorum coinquinate sunt. quia confitentur quidem verbis se nosse deum factis autem negant. vnde. i. Io. ij. dicitur. Qui dicit se nosse deum: et mandata eius non custodit mendax est: si negatio non tantum lingua fit: sed et factis certe multos inuenimus antichristos qui ore confitentur christum: et moribus dissentiunt ab eo Quisquis factis negat christum antichristus est. Tales enim sunt omnes mali catholici qui non verbis: sed factis negant. Nolite ergo esse de fide securi. adiungite fidei recte vitam rectam vt christum confiteamur verbis vera dicendo et factis bene viuendo. Nam si confitemini verbis et non factis. fides talium morum proprie est fides demonorum. Cum sint quasi se confitentes nosse deum cum tamen sint abhominabiles. id est deo odibiles et incredibiles. i. nec abiles credere: et ad omne opus bonum reprobi. i. a deo reprobati. vt non habeant gratiam ad bene operandum. hec in glosa.

¶ Patet ergo ex predictis quales sunt illi christiani qui vtuntur circuncisione carnali: et quomodo incidunt in crimen heresis. et propterea sunt dure reprehendendi et digne castigandi ab illis quorum officium est errores contra fidem catholicam inquirere. Et sic patet prima conclusio huius primi erroris. scilicet quod erroneum est immo hereticum est christiano vti circuncisione carnali. ¶ Ad argumenta super que fundari videbatur predicta heresis. licet ex precedentibus satis pateat eorum solutio dicitur tamen quod lex illa Ge. xvij. masculus cuius preputium caro circuncisa etc. Durauit vsque verus messias christus eam in seipso impleuit. et promissa fuit vsque post euangelij publicationem. ¶ Ad secundum in quo dicitur quod christus fuit circuncisus. ergo et nos debemus circuncidi. Respondeo quod istud argumentum peccat ex defectu imaginationis. Cogitant enim heretici quod causa quare christus fuit circuncisus in carne fuit: vt et nos taliter circuncideremur: sed non est sic. Et licet multe assignentur a doctoribus rationes quare voluit circumcidi dominus

iesus: in presenti tamen sufficiunt tres. Prima est vt ipse se ostenderet filium Abrae: cui preceptū circuncisionis erat factum: ꝛ promissio nascituri seminis. et sic dei promissionem assignaret impletā. Secunda ratio: vt circuncisionem sicut ꝛ alia legalia suscipiēs ab onere legis nos liberaret dando finē legi scripte. Tertia ratio vt fratrē iudeorum se ostenderet ne haberēt iustam occasionem ipsum repellendi. Sic ergo impleuit preceptū domini. Infans octo dierum circumcidetur Gen. xvij. Et sic manet lex illa vacua iure quo erat plena ante xpi circūcisionem: ex quo facta est plenitudo promissi. ꝛ plene fuit declaratum supra libro primo consideratione tertia articulo. vi. Et quia inter ceteras hereses hec feruet ꝓ presenti intantū: vt plurimi etiam adulti circūcidantur ꝛ vendit omnibus exeunt regnum: iudei efficiātur: vt dictum est. Ideo cum hec pestis rabida conetur et toto subuertere legem xpi. Ideo viriliter resistendum est. precipue a diocesanis et inquisitoribus heretice prauitatis. ac etiam a predicatoribus euāgelicis. Necnon a principibus brachij secularis. ꝛ ab omnibus militibus ꝛ veris catholicis. quia non est minus quin hec massa sit multū corrupta in occultis. ꝛ iō multū periculosa. quia ſm Bern. super cātica plus nocet falsus catholic⁹ quam si vere appareret heretic⁹. ꝛ nulla efficacior pestis ad nocēdū quam familiaris inimic⁹: q̄les sunt isti iter nos. vnde dn̄s Ezech. xiij. c. illos q̄ non resistunt hereticis acriter reprehēdit dicens. Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos murum ꝓ domo israel: vt staretis in prelio Ex aduerso eū ascendere ꝛ ꝓ domo israel se opponere murum est ꝓ defensione catholice veritatis cuicunque heretico domū israel que est ecclesia cupiēti destruere totis viribus obuiare. quod Urbanus videtur innuere. i. q. iij. c. saluator predicit in euangelio circa finem seculi pseudo christi ꝛ pseudo ꝓphetas surgere ꝛ multos seducere. ꝛ fideles suos in mundo multas habituras pressuras. sed tamen portas inferi nō preualituras ꝓinde: vt ait apostolus. i. Corinth. x. oportet eē hereses: vt qui ꝓbati sunt manifesti fiant oportet nos cum ꝓpheta ex aduerso fugere ꝛ murum opponere pro domo israel. ꝛ cum apostolo: vt dicitur Act. xiiij. per multas tribulationes intrare in regnū dei quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. Ro. viij. Ex quibus datur intelligi quod cōtra quascunque hereses insurgētes oportet catholicos ex aduersos cōsurgere ꝛ se murum opponere ꝓ defensione fidei catholice intantū etiam si papa fuit hereticus ꝛ fidem molitus fuerit destruere orthodoxam oportet catholicos omnes animose obuiare. ꝛ ideo non immerito ꝓhibentur neophiti ordinati. distin. xlviij. c. quoniam. §. i. Et assignat in textu cū glosa duplex causa. Prima ne incidant in superbiam. putātes quod fides xp̄iana multū indiget

illis. Secundo quia nondum sunt experti statum ecclesie vel religionis. nec sciunt modos personarum. Item non ieiunauerunt. non steterunt. nec fleuerunt. nec probati sunt Unde tales nec ad minores debent promoueri nec tonsurari. ar. xix. q. iij. monasteriis. ¶ Secunda conclusio est quod necessarium est christianis vti circuncisione spirituali. De qua loquitur Bern. in sermone circuncisionis dicens. Fratres nos circumcidi necesse est. non littera: sed spiritu et veritate. circuncidi non in vno membro tantum: sed in toto corpore simul. licet enim magis in ea parte: in qua mandata est iudeis circuncisio regnet concupiscentia: vniuersam tamen occupat carnem. a planta pedis vsque ad verticem capitis non est in nobis sanitas. nec est pars aliqua que tabida non sit hoc veneno. hec ille. Ex quibus patet quod nos christiani debemus nos circumcidere: non in vno membro tantum: sed in omnibus. Sicut enim ridiculum esset si quis in partem barbam suam raderet. sic qui in parte circuncisionem spiritualem facit et in parte se circumcisum reliquit. Debemus ergo nos circuncidere interius et exterius. Interius quantum ad cognitiones et desideria. et exterius quantum ad singula membra et opera. hec est circumcisio viciorum quam necesse est quod faciamus. quia hec est que facit christianum iustum et sanctum. ¶ Sed notandum vlterius quod potest predicta conclusio deduci ex quadruplici similitudine qua solet aliqua res circuncidi. Primo ad euitandum corruptionem. Secundo ad procurandum fructificationem. Tertio ad demonstrandum distinctionem. Quarto ad attingendum congruam situationem. ¶ Primo ergo aliqua res debet circuncidi ad euitandum corruptionem solet enim res aliqua circuncidi ne alia corrumpatur per ipsam. Videmus enim quod quando in pomo est aliqua pars putrida et corrupta nisi circuncidatur: pars sana per aliam corrumpitur: dens etiam putridus ab ore expellitur: ne per eius fetorem totum os corrumpatur: et ita de membro putrido respectu corporis. Sic debemus nos circuncidere a peccatis: ne per vnum peccatum anima corrumpatur. et sic amittat vitam gratie. et per consequens vitam glorie. Et ideo scribitur Deutro. xxx. Circuncidet dominus deus cor tuum et cor seminis tui: vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo: vt possis viuere. Et nota quod dicit circuncidet dominus deus cor tuum. Ista enim membra in quibus sunt iste turpes infirmitates corrodentes solent circuncidi: ne per morbum membra aliqua corrumpantur. Et certe peccatum in corde est infirmitas corrodens omnia bona gratie. vnde sicut vinum corruptum corrumpit dolium. et nimius calor cibum ita cum peccatum sit corruptio. et sit quasi quidam morbus infernalis qui quando incipit oportet membrum circumcidi. Est enim ignis vsque ad consumptionem deuorans: animam corrumpit et comburit. ideo dicitur cor circuncidi: ne aia corrumpatur. Ideo dicitur Deutro. x. Circuncidite preputia

cordis vestri. Ad hoc pertinet qd dicitur in beresith quitanna super. Gen. xvij. vbi dicitur. Et dabo pactum meum inter me: et inter te etc. rabi aquiba dixit. quattuor preputia sunt. dicitur enim preputium in aure. de quo scriptum est Hier. vi. Cui loquar et que cotestabor vt audiat. ecce preputiate sunt aures eorum et non poterunt attendere. Ecce verbum domini factu3 est eis in obprobrium non volunt ipsum. Dictum est etiam preputium oris: sicut scriptum est Exo. vi. Et ego preputiatus labijs etc. Dictumqz est preputium in corde Hiere. ix. Et omnis domus israel preputiati sunt corde. et rursus est dicens. Leuit. xxvi. Et inducam eos in terra3 inimicorum suorum. vt vel tuc supplicet vel humilietur cor eorum preputiatum. et tunc placeret pro peccato suo. Et iterum Deutro. xxx. et circumcidet dns deus cor tuum et cor seminis tui. Dicitur deniqz preputiu in corpore. Gen. xvij. Et preputiatus masculus qui non circumciderit carne3 preputij sui abscidetur anima illa de populis suis. hec. rabi aquiba. Circa quod notatur in pugione. q sicut quattuor sunt genera pputij. sic eodem mo sunt quattuor genera circucisionis. quorum tria. s. auris: cordis: et oris. qr spualia sunt: pro omnibus sunt necessaria. Quartum vero genus. qr corporale et vmbra reliquorum siue figura. ex quo venit messias noster preceptorum spiritualium magister. Non solum est inutile: sed etia omnibus ipsum facientibus damnosum et valde pernitiosum: sicut declaratum est in precedeti prima conclusione. Circumcidat ergo preputium auris. oris. et cordis nostri. ne anima corrupatur. qr sm Greg. peccatum quod per penitetiam no diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. ¶ Ista circucisio debet fieri cum cultro penitentie. aliter homo moreretur. quod figurat. Exo. iiij. vbi habetur q angelus domini occurerit contra filiu moysi. et eu occidere voluit: vt dicit glo. Tulit ergo sephora acutissima petram. et circuncidit preputiu filij sui. Iste filius circuncisus quem vult dns interficere est malus xpianus. sephora est ecclesia. iterpretatur enim placens deo. S3 petra acutissima circuncidit filiu suu qn iniungitur penitetia. vnde acuta est per amaram cordis cotritione. acutior per confessione. acutissima per satisfactione. et certe acutu3 debet esse instrumentu quo non solum septem dierum: sed multoru annoru abscindi debet anime preputiu. Vn Ber. abscidatur ferro acute copunctionis vlcus inueterate cosuetudinis nisi ergo acuta penitentia circucidaris. acuta sentetia occideris. Et ideo scribitur. Gen. xvij. masculus cuius preputij caro circucisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo. Sicut etiam faciendum est in re publica que per vnu malu homine. latronem. homicida. adulteru. crimine pessimo maculatu etc. huiusmodi corrumpitur. vnde tales circuncideadi sunt per iusticia et mortem. sicut ouis morbida ne

pereat grex. ¶ Secundo ostenditur predicta conclusio ex secunda similitudine: qua solet aliqua res circuncidi.s.ad procurandum fructificationem. Uidemus enim quod vinee et arbores circunciduntur: vt melius fructificent. nisi enim superflua resecarentur non fructificarent. sic et nos tenemur nos circuncidere.i.a peccatis purgare. aliter quicquid laboramus nihil prodest. nec partem in bonis ecclesie. nec celestis glorie habemus. frater enim mortuus non potest habere partem in bonis a fratre viuo acquisitis. nec cibus corpori ministratus prodest membro putrido vel absciso. Ita certe homini existenti in peccato non prosunt bona ecclesie quantum ad meritum glorie. quia abscisus est a corpore ecclesie per meritum: licet non per numerum. Et ideo necesse est nos a peccato purgari: vt habeamus fructum de bonis ecclesie. et partem in bonis celestis patrie. Et ideo possunt dicere peccatores de bonis. illud Gen. xxxiiij. si circuncidamus masculos nostros etc. Per masculos qui dominantur feminis et generant intelligitur veritas que est domina in potentiis anime et generat bona opera que debet circuncidi ab omni immundicia. quod figuratur. Gen. xvij. vbi habetur quod abraam fuit circuncisus cum filiis suis et seruis suis. Abraam qui interpretatur pater multarum gentium est voluntas a qua habentur bona opera filii eius alie potentie. serui eius et sensus corporis. que omnia debent circuncidi. voluntas ab omni malo visu et membra ab omni malo actu. os. oculi. auris. et sic de aliis. vnus enim homo potens et diues non daret filiam suam vni rustico habenti vile et turpe artificium. sed habenti nobile daret. Ita deus valens. nobilior. ditior. et potentior non dabit eternam gloriam habenti vile ac turpe artificium peccati. sed nobili habenti omnia necessaria. nam homo tendens ad habendum filiam alicuius magni: solet se decentius gerere et a vilibus retrahere. Unde dicunt angeli illud. Gen. xxxiiij. non possumus facere quod petitis. et dare sororem nostram.i. gloriam eternam homini incircunciso. hoc est immundo. sed in hoc valebimus federari si esse volueritis nostri similes.i. vacare mundicie. et circuncidatur in vobis omnis masculini sexus. hoc est purgetur voluntas ab omni peccato. Et sic patet quod necessarium est christianis vti circuncisione spirituali: si volunt fructum beatitudinis acquirere. ¶ Tertio ostenditur predicta conclusio ex tertia similitudine qua solet aliqua res circuncidi. scilicet ad demonstrandum distinctionem. Solet enim aliqua res circuncidi vt a re alia melius cognoscatur vel distinguatur: vt patet in ouibus que vt distinguantur ab aliis solent circuncidi in auribus: vel in locis aliis. patet etiam in equis et pluribus aliis. Sic et nos debemus a peccato circuncidere: vt a familia dyaboli distinguamur vnde peccatum in anima signum est dyaboli. et circuncisio a peccato signum est dei. Ideo dicitur. Ad philippenses tertio capitulo.

Nos sumus circuncisio qui spiritu seruimus deo. et gloriamur in xpo iesu. et non in carne fiduciam habentes. Et nota quod dicit nos sumus circuncisio. i. circuncisi. et vide quod isti armigeri qui seruiunt istis magnis dominis solent esse in noua tunica stricte cincti. stricte calciati. cum alba cucufa. cum serto pulchro. Ita illi qui seruiunt deo debent habere tunicam nouam pulchre conscientie. stricte cincti cingulo castitatis et sancte affectionis. bene calciati exemplis sanctorum. cum alba cucufa intentionis recte que facit eleuare capillos. i. cognitiones ad deum habentes in capite sertum de pulchris floribus. i. deuotis orationibus. talis sic circuncisus est de familia dei. vnde sicut miles cognoscitur secundum arma. sic ad signum peccati vel gratie cognoscuntur filij dyaboli vel dei. vnde Hiere. iiij. Circuncidimini domino. et auferte preputia cordium vestrorum. quasi dicat sitis circuncisi sicut decet famulos dei Gen. xvij. Circuncideris carnem preputij vestri. i. a vobis omnem immundiciam auferetis. vt sit signum federis inter me et vos. i. vt sit signum quod estis de familia mea. necessarium est ergo xpianis vti circumcisione spirituali. vt distinguatur a filijs dyaboli. ¶ Quarto ostenditur predicta conclusio ex quarta similitudine qua solet aliqua res circuncidi. s. ad attingendum congruam situationem. Videmus enim quod lapides antequam in edificio collocentur diligenter circuncidunture: vt melius in edificio valeant ordinari. Sic si volumus in edificio paradisi situari. oportet nos circuncidi ab omni peccato et poliri virtutibus et bonis operibus. Unde sicut lapides melius sculpti et politi et decorati solent poni in locis nobilioribus: ita magis boni et magis purgati et ornati ponentur in loco superiori et nobiliori. Nam secundum excellentiam meritorum recipient anime distributionem premiorum: et ideo dicit beatus Gregorius. Urbs beata iherusalem dicta pacis visio que construitur in celis viuis ex lapidibus: et angelis coornata: vt sponsata comite. platee et muri eius ex auro purissimo. Porte nitent margaritis abditis patentibus et virtute meritorum illuc introducitur ois qui ob xpi nomen hic in mundo premitur. Tonsionibus pressuris expoliti lapides suis cooperantur locis per manum artificis disponunt permansuri sacris edificijs. Igitur dicit Exod. xij. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam. id est agriculturam vel cultum religionis: a colo colis: et facere phase circuncidetur prius: patet quo modo necessarium est xpianis vti circuncisione spirituali peccatorum si volunt tanquam viui lapides collocari in gloria beatorum.

¶ De heresi eorum qui dicunt euangelium esse falsum.



SEcunda heresis est eorum qui dicunt euangelium esse falsum. quorum motiuum est: quod

quotienscunqz in aliqua doctrina inuenitur aliquid falsum tota illa doctrina iudicatur falsa. qz sm apostolũ ad galath.v. modicũ fermentũ totã massam corrũpit. Sed sic est de euangelio xpi vt dicũt: ergo etc. Istud probãt qz ĩ euãgelio Mat.in.c.ij. inuenitur allegatum. vt impleretur qđ dictũ est per prophetam. Ex egypto vocaui filium meũ. dicunt isti qz in nullo inuenit prophetarum. Itẽ dicunt de illo qđ scribitur infra eodẽ ca. vt adimpleretur quod dictuz est p prophetas. quoniam nazareus vocabitur. quia hoc etiã in nullo prophetarum inuenitur vt ipsi dicunt. Cõcludunt ergo totum euangelium esse falsuz. ¶ Hunc errorem deprehendi cum predicarem in conuẽtu metine de cãpis. qz in predicta villa multi de eodẽ genere erant eodem vulnere vulnerati. vt mihi per fide dignos et etiam de eodem genere fuit intimatũ. Cõtra quos pdicaui eos eẽ non solum pessimos hereticos totum euangelium dãnãtes. sed etiã insipientes et ignorantes scripturas pphetarum nõ legentes in quibus expresse continetur quod euãgeliste affirmãt. Primum inuenit expresse in primo.xij. pphetarũ minorũ.s.in Osee in.c.xi. in pricipio vbi dicitur. Puer israel et dilexi eũ et ex egypto vocaui filium meum. Ista auctoritas habet duplicẽ sensum vnum litteralem qz verificata est ad litteram de populo israel vocato a domino de egypto. pfectius tamen de domino iesu xpo qui est filius dei naturalis. Alij aũt sunt filij tm̃ per adoptionem sicut et illa auctoritas que habet.i. paral.xxi. Ego ero illi in patrem: et ipse erit mihi in filium. ad litteram intelligitur de Salomone: tamen minus pprie de domino autem nostro iesu xpo ppriissime vt dicit apostolus ad Hebr.i. dicens. Cui eniz aliquando dixit angelorum filius meus es tu etc. Et iterũ et ego ero illi in patrem. et ipse erit mihi in filium. et hoc modo intelligit euãgelista hoc quod dicitur Osee.xi. vt dictuz est. Item possumus sicut dicit Hiero. in omel. aliter consolari hunc locũ propter contentiosos. quoz cõsuetudinem Paulus apostolus se habere denegat: et ecclesiam xpi. et testimonium pferimus ex minimis dicente Balaã. in.c.xxiiij. Deus eduxit illum de egypto cuius fortitudo similis est rinocerõtis.i. vnicornis quod est animal fortissimũ. sed capitur in sinu virginis adolescentule prouocatus ad eius canticum dulcissimum. Sic et filius dei fortissimus cuius fortitudini nemo resistere poterat in sinu adolescentule virginis Marie ad eius dulcissimũ canticum Ecce ancilla domini: prouocatus incarnatus est et mãsuetissimus factus. Et sicut in morte vnicornis vt legitur in eius venatione due domicille concurrunt. quarum vna portat gladium. et altera vrceũ quarum cantu inebriatus que portat gladium eum occidit percutiẽdo eum in corde. et que vrceũ portat recipit sanguinẽ quo purpura tingitur imperator. Sic in morte christi accidit domicella

portans gladium fuit synagoga q̄ ipsum occidit. Sed domicella portans vrceum fuit ecclesia catholica que sanguinez eius recipit qua purpura imperatorum. i. eorū aīe rubricate sunt cum fidem xp̄i receperunt. et non solum illi. sed ⁊ oēs fideles eodem sanguine lauantur ⁊ mundissimi efficiuntur. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. licet ergo predicta auctoritas non inueniat ab hereticis p̄dictis insipientibus in lxx. interpretibus. querant vbi dictum est et inuenient. Secūda auctoritas inuenitur in primo maiorū pphetarum. i. mosayca. c. xi. vbi dicitur. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet vbi hebraica veritas sic habet. et nazareus de radice eius cōsurget. Nazareus interpretatur flos vel floridus. Ihero. autem transferēs secutus est interpretationem vocabuli dicēs. ⁊ flos de radice ⁊c. Euāgelista vero scribēs secutus est veritatem habraicam. q: cum p̄dicta prophetia exponeretur de messia ad litteram. virga de radice iesse ē beata virgo que descendit de genere Dauid ⁊ sic de radice iesse q̄ fuit pater dauid: alio nomine dictus Ysai. et fuit virga rectissima sine aliqua obliquitate peccati. xp̄s vero fuit ex ea consurgens velut flos pulcerrimus. q: speciosus forma pre filijs hoim. psal. xliiij. Ipse est ergo nazareus: quia tot⁹ floridus et pulcerrimus. Ipse nazareus q: in nazareth conceptus sicut patet Luce. ij. et q: in nazareth nutritus sicut patet Math. ij. Predicte prophetie que vacue erant ante aduētum xp̄i in eius aduentu implete fuerunt. sicut patet Mathei. ij. q: monitus Ioseph per angelum vt fugeret in egyptum cū puero ⁊ matre eius propter Herodē. ⁊ q̄ esset ibi vsq̄ dum vocaretur iterū per angelum defuncto Herode. sic factum est vt patet ibidem. Et sic de egypto dei filius fuit vocatus ⁊ veniens habitauit in ciuitate nazareth. vt patet ibidem et sic est impleta secunda pphetia non solū q: ibi conceptus sed etiam q: ibi habitauit ⁊ fuit nutritus licet in bethleem natus et in iherusalem occisus. ¶ Itē dicūt euangeliū Marci esse falsum: ex eo q̄ in eius principio dicitur vnum falsum. Scribitur enim ibi. Initium euangelij iesu xp̄i filij dei sicut scriptum est in Ysaia ppheta. ecce ego mitto angelum meum ante faciez tuā qui preparabit viam tuam ante te vox clamantis in deserto. preparate viaz domini recte facite semitas eius. Modo dicunt isti. patet q̄ primū est falsum. s. ego mitto angelū meū ante faciē tuam cum nullibi reperiatur in Ysaia sed in malachia. Dicendū est ad hunc errorem secūdum q̄ notat Nicolaus de lyra q̄ Marcus ante eius conuersionem ad fidem fuit instructus in lege: ⁊ prophetis. ⁊ ideo incepit suū euangeliū. in vno contextu prophetias coniungens: quarū prima scribit Malachie. iij. ⁊ secūda Ysa. xl. Uerūtamē Marc⁹ hic solū exprimit Ysaiā prophetam dicens. sicut di-

ctu3 est in Isaia pphēta. qz l3 ābo pphete vno spiritu pphetauerūt. Isaias tamē principalior est altero. et ideo solus nominatur et quia auctoritas vltima ē ipsius Isaie. res autem denominatur a fine. Ideo nō falsum dixit Marcus sed verū nominando Isaiam: et subticendo malachiā. Item Bern. et ponitur in glo. Isali. Nota q hoc testimonium Ecce ego mitto angelum meu3. est Malachie. vtrunq3 tamē dicit esse Isa. qz et si non verba sensus tamē inuenitur in Isa. et manifesti9 inuenitur in hoc versu. vox clamātis in deserto. Angelus enim qui mittitur ante faciem est vox clamātis in deserto. preparauit autem viam dicens. Parate viam domini. facite rectas semitas. potuit enim pro malachia. Isaie nomen diuinitus occurrere. nec voluit marcus emēdare. qz omnes prophete vno spiritu locuti sunt quasi vno ore. Utraq3 solutio satisfaciat cuicumq3 intelligenti. et satis concorditer ad pposi tum veritatis et ad cōfusionem malicie opponentis crimen falsitatis euangelio christi qui non solum verum dixit per euangelistas suos. s3 etiā est ipsa veritas. vt patet Ioh. xiiij. ¶ Supradicti inciderunt in hanc peruersam heresim edocti a quodam religioso hispano eiusde3 gentis in flandria qui eis legit aliqua capitula biblie. vt fertur in occulto damnando legem euangelicā cum essent ibi mercatores. et taliter impressit errorem predictum et alios in eis q venientes in hispaniā multos alios peruerterunt in occultis. Et isti sunt illi de quibus supra dixi i prima heresi. q fuerūt abscondidi quasi per mensem p sanando vulnere circumcisionis. et q expectant in breui facere transitu3 in berberiam cu3 illo Noso nequā qui eos expectant secrete in ciuitate hispalen. vt facto transitu ibi libere efficiantur iudei. Qui hoc nouit testimonium perhibuit. et scim9 qz verū est testimoniū eius.

¶ De heresi eorum qui negāt cōfessionē valere ad remissionē peccatorum.



Ertia heresis ē eorum q negant cōfessione3 valere ad remissionē peccatorum. Sunt enim nōnulli xpiane religionis inimici q asserunt q cōfessio non valet ad remissionē peccatorum. qd pbare nituntur auctoritatibus et rōib9. Prio sic de9 gratis remittit peccatū nō merito hominis ergo nec p cōfessionē. si enim p confessione3 remittitur peccatū merito remittitur confitētis. ¶ Scdo sic. apostolus ait ad Tytū. iij. nō ex opib9 iusticie q fecimus nos sed sm sua3 mia3 saluos nos fecit: ergo non per confessionē ¶ Tertio sic sm apostolu3 ad Ro. ix. non est volentis neq3 currentis sed miserentis est dei. Prima eni3 gratia quam deus in nobis operatur est peccatorum remissio. ergo non mediante cōfessione s3 dei miseratiōe remittitur culpa. nō ergo cōfessio est necessaria ad salutem. ¶ Secūdo hoc pbare nituntur auctoritatibus sanctorū. Primo auc

toritate Ambro. super Lucā dicē-tis. Ideo fleuit petrus, quia culpa suppressit ei: non inuenio quid dixerit. inuenio q fleuit. lachrimas eius lego. satisfactionem nō inuenio. ¶ Contra hanc heresis multe clamant auctoritates sanctor. Ait enim augu. Confitere quecūq feci sti que in verbo. que in ope. que in nocte. que in die. cōfitere in tēpore oportuno. et in die salutis recipies celestē thesauruz. ¶ Scdo ait gre go. Nō vult de⁹ vlcisci maliciā qui confiteri delicta psuadet optat dis solui confitētes ne cōtumaces pu-nire cogatur quotidie xpi euange-lium clemēter vocat: confessionem tyrāni ex puro corde desiderat. et cuncta que delinquimus relaxat. ¶ Ad primam rationez qua dicūt heretici q de⁹ gratis remittit pec catum non merito hominis. Dicen dum q sola dei gratia peccatuz re mittitur. nec confessio est causa ef-ficiens remissiōis peccati: sed sola gratuita voluntas dei. Est tamē cō fessio causa sine qua non quia nisi homo peniteat a deo peccatum nō remittetur. sicut sol domum illu-minat: quia fenestra aperitur. non tamē aperitio fenestre est causa il luminationis sed causa occasiona-lis. causa vero efficiens illumina-tionis est ipse sol. ¶ Ad secundam rationez in qua dicitur q nō ex opi bus iusticie que fecimus nos: sic in telligendū est q opa nō excludunt gratiam nec gratia opera. quia ex gratia opera et ipsa gratia est cā ef ficiēs nostre salutis. Similr gra-tia non excludit penitentiam. nec penitentia gratiā. quia et penitētia quedam gratia est. ¶ Eodem mo-do respondendum est ad tertiaz ra tionem non est volentis nec currē-tis. quia q̄uis cursus id est opatio vel bona voluntas sit salutis occa sio tamen efficiens cā salutis exi-stit penes gratiam dei miserentis. deus enim primam gratiam opera tur i nobis. id est peccati remissio nem non meritis nostris exigenti-bus. sed misericordia sua tantum. ¶ Ad auctoritatē ambrosiī q dicit se lacrimas petri legisse nō satisfa ctionem vel confessionem. per hoc non excludit: quī multa facta sunt que scripta nō sunt. vel dicitur q nondum facta erat institutio con-fessionis.

¶ De heresi eorū qui negant cōfes sionem fieri homini.


Qarta heresis est eorum qui concedūt confessionem fiendam sed negāt eam fiendaz homini: dicunt enim isti heretici. Quid oportz q ista publicatio pec catoruz fiat modo in noua lege ho mini per ɔfessionez ex quo in lege veteri non fiebat nisi deo per solā contritionē quid ergo oportet mo do addere cōfessionem. ¶ Secūdo sic. Cris. sup epistolā ad Hebreos dicit nō dico tibi q te prodas ipu blicū nec apud alios te accuses. sz obedire te volo pphete dicēti psal. xxxvi. Reuela viaz tuā ante deū. ergo ɔfitere peccata tua añ verus

iudicem: cum querimonia delicta tua pnuncia non lingua sed psciētie tue memoria. et tunc demū spera misericordiam te posse cōsequi. ¶ Item tertio dicit idem Crisost. peccata tua dicito vt deleas illa sz si pfundaris alicui dicere dicito ea quotidie in anima tua: nō dico tibi vt confitearis illa conseruo tuo vt tibi exprobret dicito deo. quoniam curat ea nec ei si non dixeris ea nō ignorat cū ea faciebas. presto erat cum admitteres ea cognouerat. Ex omnibus istis ergo illi eliciunt confessionem fiendaz soli deo. Hec rabida heresis multuz viget istis temporibus in aliquibus occulte confabulantib⁹ ꝛ in conuenticulis suis. ¶ Pro destructione huius erroris intendo contra ipsum procedere quintupliciter. Primo auctoritate veteris testamēti per quam ostendā ꝙ confessio que fit homini in noua lege iam fuit declarata in veteri lege. qꝛ scribitur Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur: qui aūt cōfessus fuerit et reliquerit ea misericordiā cōsequetur. Tunc arguo sic ex ipsa auctoritate peccata abscōdi non debēt immo cōfiteri. ergo deo vel homini. nō deo. qꝛ ps. dicit. delicta mea a te nō sunt abscōdita. Et apostol⁹ ad hebr. iiij. oia nuda ꝛ apta sūt oculis eius. ergo peccatū abscondi homini non debet. imo debet cōfiteri homi. hoc ostendit nobis xp̄s in figura qn̄ dixit leprosis. Luce. xvij. Ite ostendite vos sacerdotibus. ꝛ sequitur ꝙ dū irent mundati sunt. ¶ Secūdo arguitur contra eādez heresim ex pte pfectionis legis noue. Unde circa hoc est sciēdū ꝙ deus in omni statu tā nature ꝙ̄ legis mosayce ꝙ̄ legis etiā gratie voluit ꝙ sibi homo p peccatis cōfiteretur sed diuersimode. Nā in statu nature sufficiebat sibi vt homo de peccatis solā cōtritionem haberet vt in corde peniteret. sed postea pcedens in statu legis q̄ fuit pfectior statu nature voluit vt non solū homo de peccatis ptritionez haberet sed ꝙ̄ etiam p peccato aliquod holocaustū offerret sicut vitulū de armēto ac edū de grege. Sed postea vltra procedēs in statu gratie tāꝙ̄ perfectiori ceteris voluit vt nō solum corde et sacrificio. sed etiā ore proprio confessio fieret de peccatis. et valde cōgrue dominus ordinauit. quia sicut nos sumus in statu pfectioris vite. ita pfecti⁹ a peccatis nostris expurgari debemus. Status enī nosterr. s. gratie statui nature siue legis cōparatur sicut fructus cōparatur flori. nam sicut fructus plus habet de perfectione ꝙ̄ flos. sic status gratie plus habz de perfectione ꝙ̄ status nature vel legis mosayce. quare nullus dꝫ mirari si nos qui sumus in gradu perfectiori ꝙ̄ fuerunt gentiles vel iudei. si a nobis plus exigitur vt perfectiores inueniri valeamus. Sicut enim fructus venit post flores ordine nature: sic confessio oris venit post cordis contritionez: ꝛ sicut fructus latet in arbore anteꝙ̄ floreat sic in statu nature ista cōfessio nullaten⁹ apparebat. quia soli deo per contritionem fiebat. sed sicut

postea per florem ostēditur aliquā tulum fructus. sic in statu legis ali quantulum oportuit hominis perfectionem per munera apparere. quia tunc peccatum non solū deo sed etiam populo erat notū licz nō expressum. sed cognoscebat ex quo offerebat ꝙ in aliquo deū offenderat. sed per quid ignorabatur. sed cum fructus per florem aduenit tota virtus arboris in eius ꝓductione se ostendit. Sic eodem modo in statu gratie qui nunc est tota perfectio hominis in hoc debet consistere ꝙ non solū cum deo ꝯueniat sicut primi: nec ipsi ꝑ mūera se ostēdant sicut secundi veniēdo. s. ad cōfessionem. sed etiam oportet ꝙ peccatum exprimat sicut arbor in tota perfectiōe sua ꝓfert fructū. ⁊ ideo voluit vt ore proprio confiteamur de peccatis. Et qꝛ ipe nō est p̄sens visibiliter dimisit nobis ministros ecclesie vt eis confiteremur. vt sic ordo nature dei prouidentia respōderet. Unde Leo papa multiplex misericordia dei que ita lapsibus humanis subuenit vt non tātūmodo per baptismum sed etiam ꝑ penitentiā spes vite reparetur. Christus enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem: vt vere penitentibus penitentie satisfactionez daret. et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per gratiam reconciliatiōis admitteret. ¶ Tertio arguitur contra eandem heresim sic. quia sicut dei filius erat primo homini incognitus. sicut verbum cogitatum est ignotum. ita volebat ꝙ homo recognosceret ipsum esse deum. vt in corde suo solum quando peccauerat se recognosceret offendisse. Et ideo nō requirebat ab eo vltra vires. sed ꝙ sibi proportionabiliter sicut ipse erat incognitꝰ ita sibi homo incognite responderet. Sed quia modo est non solum vt verbum cogitatum sed etiā prolatum inquantum ex virgine carnem sumpsit. ⁊ in mundo verus deus ⁊ homo apparuit. requirit vt homo sibi non solum agnoscat clandestine se deum offendisse. sed etiā se deo oretenus manifestet qui pro peccatis suis se manifestauit carnem de virgine assumendo: ⁊ ideo vult vt non solum homo sibi corde cōfiteatur: sed etiam oretenus suo sacerdoti. Unde Augu. de verbis domini. Qui vult videri deus cum sit homo non imitatur illum qui cū deus esset pro illo factus est homo tibi quidem non deo esto aliquid minus ꝙ̄ es: sed cognosce quod es cognosce te infirmum: cognosce te hominem cognosce te peccatorem appareat in confessione tua macula cordis tui et pertinebis ad gregem xp̄i quia confessio peccatorū inuitat medicum ad sanandum. ¶ Quarto arguitur contra eandez heresim ratione assumpta per similitudinem in moralibus: sicut enim videmus ꝙ quando aliquis bonus homo offenditur ab aliquo non solum ipse dominus offenditur sed etaim vxor eius. nec etiam ipse placatur ab offensa nisi ab eius vxore si tamen si fidelis ei indulgentia etiam postuletur. Sic

deus nunq̄ parcit alicui qui eum offenderit nisi vxori sue. scilicet ecclesie reconciliet se. christus enim duas vxores habere dicitur vnam scz pulcherrimam et dilectam ac sibi gratam. scz ecclesiam que velut bona domina iniuriaz sibi reputat quicquid xp̄o iniuriose est illatum. Et ideo xp̄s nunq̄ placat̄ nisi vxori tam nobili et tam dilecte peccator reconcilietur. cuius locuz tenet sacerdos quicunq̄ sit: dūmodo potestatem habeat absoluendi. Unde Augustinus. in libro de penitētia. Qui vult confiteri peccata: vt inueniat gratiam: querat sacerdotez qui sciat ligare et soluere: iudicet homo seipsum voluntate dum potest et mores conuertat in melius et veniat ad antistites per quos clauis illa in ecclesia ministratur a p̄positis sacramentorum accipiat satisfactionis sue modum. ¶ Quinto et vltimo arguitur contra eādez heresim sic. quia sicut deus offendit̄ quando homo perpetrat malum: et quasi quādam verecundiam patitur si seruus quē redimerat ita care apostataret ab eius pio domino per peccatum: ita vult ipse deus q̄ quādo reconciliatur illi ip̄e seruus verecundiam et maximā confusionem patiatur. non autez potest maiorem pati q̄ quando seruo ꝑpter deum humiliatur: et sibi oretenus confitetur. Non enim esset magna humiliatio si domino tantum se humiliaret. quare deus voluit q̄ homo confiteretur homi. scilicet suo sacerdoti. Unde Beda. Conueniēs est vt nos qui peccando deo contumaces fuimus penitendo supplices sacerdotibus et ministris eius simus. et homo qui ad gratiā cōseruandam mediatore eguit: iam eā nisi per mediatorem habere non possit. ¶ Ex predictis igit̄ manifestū est q̄ nō sufficit solū deo cōfiteri sine sacerdote: nec est vere humilis et penitēs si nō desiderat et requirit sacerdotis iudiciū. Si tamē non pōt habere copiā sacerdotis sufficit cōfiteri socio vel ꝑximo: studio se tamē inquirēdus ē sacerdos: q: sacerdotibus cōcessit potestatē ligandi et soluēdi: et ideo quibus ipsi dimittunt: et deus dimittit. Si vero desit sacerdos socio vel proximo facienda est confessio. Unde Augustinus. Tanta vis confessionis est: vt si deest sacerdos confiteatur proximo. Sepe enim contingit q̄ penitens nō potest verecundari ante sacerdotem quem desiderauit nec tempus nec locus offert. et si ille cui confitebitur potestatem soluendi non hz sit tñ dignus venia ex sacerdotis desiderio crimē socio cōfitet̄. Mundati enī sunt leprosi dū irent se ostendere sacerdotib⁹ anteq̄ ad eos veniebāt. Unde pz deū ad correspicere dū ex necessitate ꝓhibētur ad sacerdotes ꝑuenire. Nūc restat respōdere ad argumēta hereticorū in principio huius tertij erroris posita. ¶ Ad primū cū dicit̄ q̄d oportet. q̄ fiat ista publicatio peccatorū ex quo in lege veteri nō fiebat nisi deo. Respōdetur q̄ tūc offendebatur solū: deus modo homo et deus: q: deus factus est ho-

mo. ideo oportet ꝙ reueles ⁊ publices pecatum tuum deo per contritionem ⁊ homini per confessionem: ⁊ dices cum ps. xxxi. Delictū meum cognitum tibi feci ⁊ iniustitiam meam non abscondi. scilicet homini cui abscondere poteram: quia deo notum erat. ¶ Ad scdm argumentum Crisostomi non dico: vt te prodas ⁊c. Dico ꝙ nō est ita intelligendū ꝙ liceat alicui si tempus habeat sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit vbi crimen occultum est soli deo per sacerdotem dicere. ⁊ ideo non oportet publicare coram multis quod occultum est: quod notauit dicens: non tibi dico vt te prodas in publicū. Unde leo papa. Sufficit cōfessio que primum deo offertur. deinde sacerdoti qui pro delictis penitentium precator accedit. tunc enim plures poterunt ad penitentiam prouocari si populi auribus non publicetur conscientia cōfitētis: sicut enim publica noxia publico egent remedio. ita occulta secreta confessione ⁊ occulta satisfactiōe purgantur. Nec necesse ē vt quod sacerdoti semel confessi fuimus: iterū confiteamur nisi quod absit in idem contingat nos redire: sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem id semper confiteri debemus. Unde Cris. Nunc autē si recordaris peccatorū tuorum. ⁊ frequenter ea in conspectu dei pnuncies ⁊ pro eis depreceris citius ea delebis. Si vero obliuiscaris: tunc eorū recordaberis nolens qñ publicabunt: ⁊ in cōspectu profe- rentur oim amicorū ⁊ inimicorum sctōꝝq angelorū: ⁊ per ea que dicta sunt patet solutio: etiā ad tertium argumentum: ⁊ sic sum expeditus de quarto errore siue heresi.

¶ De heresi eorū qui asserunt confessionem fiendā solū curato sicut proprio sacerdoti.



Quinta heresis est eorū qui concedunt ꝙ confessio est fienda homini: sed dicūt ꝙ solū est fiēda proprio sacerdoti. Sic errauit magister iohannes de poliaco q̄ posuit sequētes articulos: vt patet in extrauagāti. Ioh. xxii. vas electionis. videlicet ꝙ cōfessi fratrib⁹ licentiā generalē cōfessiones audiēdi habētib⁹ eadē pctā qui cōfessi fuerant iterū ꝓprio sacerdoti ꝯfiteri tenerentur: ac stante statuto omnis vtriusq sexus in concilio generali nec deus: nec roman⁹ pōtifex facere posset ꝙ parrochiani nō tenerētur oīa pctā sua semel in anno ꝓprio sacerdoti scȝ prochiali curato cōfiteri. Itē ꝙ non posset papa generalē dare potestatē audiendi confessiones. immo nec deus quin confessus generalem habens licentiam teneretur iterum eodem suo proprio sacerdoti veluti parrochiali curato confiteri. Hi articuli a Ioh. xxii. In predicta extrauagāti tāquam falsi ꝙ et erronei ⁊ a sana doctrina deuij auctoritate apostolica sunt dānati et reprobati ipseq Iohannes de poliaco veris rationibus qui opinioni quam dudum habue

rat contrariis et quibus responde re non potuit demonstratis eosdē articulos non esse veros affirmavit in consistorio publico: necnon in presentia predicti iohannis pape et cardinalium revocavit. ¶ Et quia succedente tēpore nōnulle persone ecclesiastice: necnō et alie utriusque sexus persone predictos revocatos articulos fuerūt amplexantes inficientes fideliū animos ut fratribus predictis nō confiterentur. Et ut ab eorum devotione eos retraherent non solū predictos articulos. sed et alios etiam sacris canonibus cōtrarios affirmare publice non erubuerūt. Unde licet cōfessio fratribus electis et a dyocesanis admissis facta dubitabilis et incerta sit: unde tenētur omnino in certum dimittere: et sic solum confiteri suis sacerdotibus curā animarum habentibus sub pena peccati mortalis. Item quod quamvis ipsi fratres admissi auctoritatem habeant cōfessiones audiendi et absolvendi: tamen populus subiectus accedēdi ad eos sine licētia proprii sacerdotis non habet potestatem. Item quod fratres petentes privilegia pro confessionibus audiendis et sepulturis habendis sunt in peccato mortali. Item quod romani pōtifices concedentes predicta privilegia vel illa confirmantes sunt in simili peccato mortali et excommunicati. Item quod tales fratres confitentes non sunt pastores: sed fures latrones et lupi. Item quod sacerdos curatus dans licētiam mēdicantibus confessiones audiendi magis dispēsat super predicto statuto omnis utriusque sexus quam papa fratribus licentiam tribuens iuxta formā decretalis antedicte: omnia supradicta lamētabili querela per fratres mendicantes: ad aures Eugenii pape quarti pervenerūt. Qui facta diligenti examinatione per diversos in iure canonico doctores ac sacre pagine professores tanquam falsos et erroneos et sacris canonibus contrarios auctoritate apostolica dānavit et reprobavit. ut patet in bulla sua que incipit Bregis nobis crediti: quā cōfirmavit Nicolaus quintus: ut patet in bulla sua que incipit: promissionis nostre: quā confirmatoriā bullā dirigit universis et singulis patriarchis: archiepiscopis: episcopis: electis: et abbatibus ubilibet constitutis ut quotienscūque fuerint requisiti super predictis a quoque predictorum ordinum predicatorū: et minorū: et aliorū mēdicantiū privilegiatorum magistro generali ac provinciali: ministro vicario: vel aliud gerēte officium ad confutādos ac reprimādos: ac penitus tollēdos huiusmodi errores, prout in decretali sup cathedram, ac in predicta extravaganti: vas electionis continetur diligēti studio atque cura providēat ac intēdāt. et quod prefatas cōstitutiones faciāt inviolabiliter ab omnibus observari: et quod si forsan invenerint aliquos predictos dānatos articulos aut aliquid ipsorum pertinaciter asserentes: vel tenentes: seu predicātes cōtra illos cōiter: vel divisim tanquam cōtra hereticos

τ de catholica fide suspecte ꝓcedant: necnō ipsos τ eorum quelibet iuxta tantoꝝ excessuum qualitatē per censurā ecclesiasticam τ alia iuris oportūa remedia auctoritate predicta cōpescere studeāt. Cum presentē librum scriberez in villa vallis oletana. anno domini. M.cccc.lviij. Clericus quidam noīe alfonsus ocbciar: in ecclesia beati Jacobi predicte ville de predictis reprobatis ꝓpositionibus tres publice predicauit. Quarum prima fuit ꝙ quilibet tenebaƭ confiteri curato parrochiali ad min⁹ semel in anno. Secūda est ꝙ fideles obligabantur petere licentiā a suo curato ꝓrochiali vt possint confiteri religiosis mēdicātibus τ ꝙ non debebat dare licentiā nisi his quibus sibi bene visum foret. Tertia fuit ꝙ oēs illi qui confessi fuerant religiosis predictis obligabantur iterum cōfiteri de eisdē peccatis suo proprio sacerdoti. s. parrochiali curato. Cum ergo cognoui ꝙ predictus clericus dixerat predictas propositiōes per fidedignas personas requisiui dn̄z petrum episcopum palentinū qui tunc in eadem villa presens erat: de vt predictis reciperet verā informationem qui cognita veritate vocato predicto clerico mandauit sibi vt predictas propositiones in eadem ecclesia in qua illas predicauerat sequenti dominica publice reuocaret: quod et factum fuit presentibus plurib⁹ religiosis predicatorum τ nostri ordinis τ magna populi multitudine.

¶ De heresi eorum qui dicunt ꝙ non tenetur quis confiteri sacerdoti si laicus sit presto.



Exta heresis ē eorum qui dicūt ꝙ non tenetur quis confiteri sacerdoti si laicus sit ꝓsto cui possit confiteri. improbaƭ ista insipientissima heresis ostendendo ꝙ requirēdū sit examen sacerdotis cui concessit deus potestatē ligandi τ soluendi qḋ ostendit Aug. in libro de penitentia dicens. Qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiā querat sacerdotē qui sciat soluere. Itē ait Augu. Judicet seipsum hō voluntate dn̄i pōt: τ mores conuertat in meli⁹ veniat ad antistites ꝑ q̄s illi claues ī eccl'ia ministrāƭ a prepositis sacramentorum accipiat satisfactionis sue modū. Itez leo. Multiplex mia dei q̄ lapsibus hūanis subuenit vt nō modo per baptismū: sed etiam per penitentiam spes vite reperiatur. Sic diuine volūtatis presidijs ordinatis: vt indulgentiam dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeant obtinere: christus enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem vt confitentibus penitentie satisfactionem darent: eosdēq̧ salubri satisfactione purgatos ad communionez sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Item leo. sufficit confessio que primum deo offertur. deinde sacerdoti qui ꝓ peccatis delinquentium precator accedit. τ etiam plures ad penitētiā

poterunt provocari si populi auribus nō publicetur conscientia cōfitentis. In necessitate tamen potest homo confiteri peccata sua ꝓximo vł socio si desit sacerdos. Ex predictis manifestum est ꝙ non sufficit confiteri deo sine sacerdote cum possit haberi: nec est vere humilis ⁊ penitēs si non desiderat ⁊ requirit sacerdotis iudicium: si tamen non potest habere copiam sacerdotis sufficit confiteri socio vel proximo: vt predictū est.

¶ De heresi eorū qui dicūt ꝙ non est obediendū nisi soli deo.


Eptima heresis est eorū qui dicunt ꝙ non est obediēdum nisi soli deo. Iste fuit error cuiusdā heretici qui dicebaṫ vualdis: a quo vualdēses heretici nūcupātur. Ille suo spiritu duct⁹ ⁊ non a deo missus nouā sectā inuenit: vt sine alicuius prelati auctoritate: sine inspiratiōe: sine sciētia: sine litteratura ꝑdicare resumeret sine rōne: phūs sine visiōe propheta sine missione: apostolus sine īstitutione didascalus: vt notat Alanus in libro suo contra hereticos predictam vero heresim sequentes ipsum nituntur probare. Et ex actibus apostolorum. v. vbi introducuntur petrus ⁊ iohānes loquentes ad scribas ⁊ phariseos in hunc modum. Vosipsi iudicate cui sit obediēdum deo precipienti an vobis prohibentibus. Item si homo homini obedierit in his in quibus obediendum non ē peccaret: quia in hoc deo obediēs non est. Samuel etiam ait ad saul primi Regū. xv. Species ariolandi est nolle obedire. Speciē ariolandi vocat samuel quodāmodo deam negare per inobedientiam. Sed nolle obedire homini non est ariolare: sed nolle obedire deo: ergo obediendū est deo non homini quia per hoc ꝙ non obedimus homini no ariolamur: sed ꝑ hoc ꝙ negamus obedientiā deo. ¶ Respōdetur ad ꝑdicta ꝙ deo ⁊ hōi obediendū est: sed deo magis ꝙ hōi: homini tñ obediendū est: q꞉ potestas super hoīes a deo data est. vñ ⁊ xp̄s ad pylatū. Ioh. xix. ait. Nō haberes in me potestatē nisi datū esset tibi desuper: ergo si pylatus qui ab īperatore romano ptātem terrenā habuerat: eā sup xp̄m habebat: multomagis ⁊ alius hō sup alios hoīes. Christus etiā pr̄i putatiuo ⁊ matri obediēs fuit. Erat eñ subditus illis: vt pꝫ Luce. ij. ¶ Petrus etiā ⁊ iohānes per hoc ꝙ dicūt potius esse obediēdū deo precipiēti ꝙ hoībus nō negāt hoī esse obediēdū: sed insinuāt potius esse obediēdū deo ꝙ hoib⁹. hoib⁹ tñ in malis obediēdū nō est: sed in bonis: ⁊ in hͦ ꝙ obediṫ hoībus in bonis obediṫ deo. ¶ Qđ samuel ait ꝙ species ariolandi est nolle obedire: intelligitur in illo casu in quo ex ꝑcepto vel inspiratione diuina aliquis aliquid alicui iniungit. Sicut samuel ex inspiratione diuina: vel ex precepto diuino iniunxerat sauli: vt expectaret eum. In eo ergo ꝙ nō expectauit iobe

diens deo fuit nō tm̄ homini: ⁊ hec inobediētia species ariolandi fuit. ¶ Quod autem hoībus ⁊ maxime prelatis obediēdū sit ostendit paulus in epistola. ad Ro. xiij. dicens omnis aīa potestatib⁹ sublimiori-bus subdita sit. nō est eñ potestas nisi a deo. que autē sunt: a deo ordinata sunt. itaq3 q̄ potestati resistit: dei ordinationi resistit. ideo eñ et tributa prestatis. ministri eñ dei sunt in hoc ipm seruiētes. Petrus etiā in canonica pria. c. ij. ait. Serui subditi estote ī oñi timore dñis nō tm̄ bonis ⁊ modestis: sed etiam discolis. Angeli etiā sibijnuicē obediunt minores: videlicet maiorib⁹ vt testatur Dionysius de celesti ierarchia. bruta etiā aīalia sibijnuicem obediunt: qđ etiā in minimis aīalibus. i. in apibus manifestū est potestates ergo ⁊ seculares ⁊ ecclesiastice a deo sunt ordinate: vt inferiores regāt vt ⁊ gratiā consequātur subditi si bene agāt vel si aliud operentur penā sustineāt. pt3 ergo subditos debere suis prelatis obedire siue boni sunt siue mali. in bonis tñ sit obediētia: nō in malis. q2 obedientia honesta est animi deliberantis iuste iussiōis effectus. q2 in his debemus obedire prelatis qui iuste deliberant et iuste imperant. Sūt autē quedā sine quibus nō est salus: vt adimpletiones preceptorū moraliū: in quib⁹ tenemur oīno obedire prelatis. Sūt quedā cū quibus nō est salus: vt mortalia peccata: in quibus agendis nulli obedire tenemur. Sunt autē quedam media cum quibus est salus: vt carnes comedere vel non comedere. ⁊ similia. laico autem predicare si periculosu3 non est. predicare autem periculosum: q2 non intelligit quod dicit: nec scripturas intelligit quas exponere p̄sumit. si prelatus iniungat ei vt taceat: tacere tenetur. ⁊ si nō tacet mortaliter peccat. Unde si sub pena excōicatiōis ei prohibet predicare. Ille vero predicet excōmunicationis sententie subiacet. Unde isti vualdenses qui contra preceptum dñi pape immo contra totam ecclesiam predicant: quibus iniunctum est a dño papa: vt non predicent sentētie excōmunicationis subiacēt. In concilio etiam lateranen. si in eos sententia excommunicationis lata est. Unde eis cōmunicandū non est cum sententia apostolica ab eccl'ia prescisi sint. Ideo autē excommunicati fuerunt: quia officium quod ad eos non pertinet vsurpabāt cōtra fidem quedam predicabant ecclesie verbis aut factis derogabāt et os in celum ponebant: cum curie romane detrahebāt: quia instar sacrilegij est de facto summi pontificis disputare. Quibus enim magis credendum est an ydeotis an ecclesie sapientibus vniuersis. Si ergo in his que non periculosa: s3 indifferentia sunt: vt non abstinere a carne vel vino in casu obedimus maioribus et prelatis nostris multomagis predicti heretici tenentur ecclesie romane obedire in his que periculosum est facere cōtra sententia prelati attestante Gregorio siue sit iusta siue iniusta non so-

lum timenda est: sed et tenenda.

¶ De heresi eorum qui dicunt non esse obediendum prelatis existentibus in peccato mortali. & quod tales non habent potestatem ligandi et soluendi.



Ctaua heresis est predictorum vualdensium qui dicunt quod dato quod obediendum sit homini. homini tamē nō existēti i peccato. & quod solū boni sacerdotes habent potestatem ligandi et soluendi. hic etiam fuit error Johannis heuelis anglici: qui inter inumerabiles errores quos posuit iste fuit vnus quod nullus est dn̄s ciuilis. nullus est prelatus. nullus est ep̄s: dum est in peccato mortali Insecuta est hunc vna alia vulpecula idem asserens. s. Joh. hus de bohemia. & vippera tertia Hieronymus de praga. qui in cōsilio Cōstantiensi in presentia martini pape quinti fuerunt dānati tanquam heretici āno dn̄i. M. cccc. & xvi. Isti ergo heretici dicūt obediendū esse bonis prelatis: & eis qui sunt apostolorū vicarij in vita & officio. eos autem qui apostolorū vitā non habent: nec officiū eorū retinent mercennarios dicunt: nō pastores. Quod probare nituntur. quia dicit Augu. in li. de baptismo pctōꝝ remissionē per seipm facit deus vel per columbe mēbra. dicit etiā Augu. pctā dimitti vel teneri a sanctis. idē sup exodo vbi de lamina aurea legit. Erat enī lamina aurea semper in fronte sacerdotis. hoc inquit significat fiduciā bone vite quod qui vere perfecteque nō significatiōe: sed veritate sacerdos habet: solus potest pctā auferre. Item grego. Isti soli habent in hac carne positi & ligandi & soluendi potestatē sicut sancti apostoli qui eoꝝ exēpla simul cū doctrina tenēt Itē ex dictis origenis. hec soli petro potestas cōcessa est & imitatoribus petri. Nā quicunque petri vestigia imitantur habēt digne & recte ligādi & soluēdi potestatē. Itē malachie. ij. etiā legitur. maledicā benedictionibus vestris. & alibi. Ezechie. xiij. ve illis qui viuificant animas que non viuūt: & mortificant animas que non moriunt. si enī maledicit dn̄s benedictionibus eorū: et si anime quas beatificāt non viuunt ergo quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur. ¶ Ad hec oīa dicunt veri catholici: quod oēs sacerdotes habēt potestatez ligandi atque soluēdi. sed illos solos digne ac recte hac potestate vti qui prediti sunt vita & doctrina ap̄lica. & ad hoc referuntur predicte auctoritates que dicūt iniustos sacerdotes nec ligare nec soluere. i. nec digne nec recte fit per illos qui sancti non sunt retētio vel remissio pctōꝝ. dat enī deus benedictiones digne poscenti etiā per indignū ministrum. Quod autē legit in malachia: sic intelligi pōt maledicā bn̄dictionib⁹ vestris id est his que bn̄dictionibus vestris possidetis. quia faciā vobis ea cedere in maledictionē non in benedictionē: quia & si benedicūt sanctis hoc non faciunt vero corde. & ideo

eorū benedictio eis vertitur in maledictionem. Uel sic maledicam benedictionibus vestris.i.quod a vobis benedicitur a me erit maledictum: quia benedicunt inique agentibus adulantur quoque peccantibus: dūmodo diuites sint. ¶ Predictis hereticis obuiat sanctus Clemēs dicens. Sacerdotes et omnes ministri ecclesie.omnis plebs episcopos suos diligere debent: et eorum preceptis obedire etiam si ipsi aliter quod absit agant: nisi in fide errauerint. Item obuiat eis Eusebius papa dicens.oues que suo pastori cōmisse sunt nec reprehendere nisi a fide exorbitauerit: nec vllatenus accusare possunt: quia facta pastoris oris gladio ferienda non sunt. Itē obuiat eis beatus Bernardus qui loquens de reuerentia erga prelatos sic inquit. Nō sufficit exterius obtemperare prelatis: nisi interius aliquid sublimiter sentiamus de eis. Et si enim a deo indigna alicuius prelati vita cōperitur: vt nihil omnino excusationis nihil dissimulationis admittat.propter eū tamen a quo omnis potestas est excelsū eū reputare debemus nō propriis personē meritis: sed ordinationi diuine et dignitati deferentes. Ideo dissimulemus interim de magnis ecclesiarum prelatis.sic enim faciendum est: et sic placet illis: vt euadant humana iudicia: vt tandem incidant in iudiciū quod in eis qui presunt fiet. Sapientie.vi. Iudicium durissimū fiet his qui presunt. ¶ Itē auctoritatibus sanctorum probatur quod omnes sacerdotes habent ligandi et soluendi potestatem.et primo Hieronymus hoc testatur super illum locū euāgelij Matth.xvi.vbi dominus ait petro. tibi dabo claues regni celorum &c. habent inquit potestatem iudicandi et alij apostoli habent et omnis ecclesia in episcopis: et in presbyteris. Sed sanctus petrus eam specialiter accepit: vt omnes intelligant quicūque ab vnitate fidei: et a societate ecclesie se separauerint: nec a peccatis solui: nec celum posse ingredi. Item secundo quod sacerdos etiam si malus sit: gratiam tamen transfundat pro sue dignitatis officio. Augustinus ostendit dicens. dictū est a dn̄o in numeris ad Moysen et Aaron sacerdotes vos ponite nomen super filios israel ego dominus benedicam eis: vt gratie traditio pro ministerijs ordinate trāsfundatur hominibus: nec volūtas sacerdotis obesse vel prodesse possit: sed meritum benedictionem poscentis. Item tertio. Augusti.in libro de corpore christi obuiat predictis hereticis qui dicunt sacramētum altaris solum confici a bono sacerdote dicens. Intra catholicā ecclesiam in ministerio corporis et sanguinis domini nihil a bono magis: nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis: sed in verbo efficitur creatoris et in virtute spūssancti. quāta autem sit dignitas sacerdotis et ordinis hinc aduertimus. dicit enim Augusti.in libro questionum veteris et noui testamenti dictum est de nequissimo cayphа inter cetera:

hoc autē a seipso non dixit: sed cū esset pontifex anni illius pphetauit. Joh.xi. per hoc ostendit spiritum gratiarum non personā sequi digni vel indigni. sed ordinem traditionis: vt q̄uis aliquis boni meriti sit non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus: vt officiū ministerium exhibeat. Dei autem est effectū tribuere benedictiōis.

¶ De heresi eorum qui dicūt q̄ nō officium ⁊ ordo: sed meritum bone vite habet potestatem ligādi ⁊ soluendi consecrandi ⁊ benedicendi.



Nona heresis est eorūdem q̄ nō officium ⁊ ordo: sȝ meritum bone vite habet potestatem ligādi. soluendi. consecrandi. ⁊ benedicendi. Est ergo eorum conclusio q̄ magis operatur meritum ad consecrandum vel benedicendum: vel ad ligandum vel ad soluendum q̄ ordo vel officium. Unde ipsi q̄uis ordinati non sint: quia se iustos esse fingunt ⁊ merita apostolorum habere presumunt benedicere mō sacerdotali. dicunt etiam se posse cōsecrare. ligare. ⁊ soluere: q᷑ meritū dat potestatem non officiū. Et iō quia se dicunt apostolorū vicarios per merita dicunt se habere eorū officia. in quo maxime contra ecclesiam nauigant: ⁊ se hereticos esse demonstrant. ¶ Istum autem errorem volunt munire auctoritate Esicij. qui ait: sacerdotes non propria auctoritate benedicunt. sed quia christi figuram gerunt. et propter eum qui in ipsis est benedictionis plenitudinem tribuant: nec solum is qui sacerdotium sortitus est. sed quicunq̧ christum in seipso habet et eius figuram gerit per conuersationem bonam sicut moyses ydoneus est: vt benedictionē prestet. Ecce hic habes q̄ non solum sacerdos. sed omnis cum quo christus inhabitat: benedictionem prestet. ¶ Solutio predictorū est s̄m Alanum in libro suo de hereticis q̄ sacerdotes in quibus christus habitat plenitudinē benedictionis tribuere dicuntur. Predictis ergo respondentes dicimus q̄ alia est benedictio: que congruit solis sacerdotibus. Alia que ab omnibus bonis communiter exigetur. deniq̧ illi sacerdotes in quibus christus inhabitat benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur. non quia illi soli. sed illi soli licite et digne id agant: nec subditos mala vita sacerdotis ledit: si bona faciunt que ille dicit. Unde Gregorius papa. Multi dum plus vitam sacerdotum q̄ suam discutiunt in erroris foueam dilabuntur: minus considerantes: q̄ non eos vita sacerdotum ledet si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

¶ De heresi eorum qui dicunt q̄ non est vera indulgentia vel relaxatio episcopi in consecratione ecclesie vel alias indulgentias dādo.


Ecima here sis est eorūdē q̄ nō est vera indulgentia epi vel relaxatio in consecratiōe ecclesie vel alias indulgentias cōcedendo q̄ sic nitūtur ꝓbare. Iste tenetur ad satisfactionem triuꝫ annorum. vnus eps in vnius ecclesie dedicatione relaxat tertiam partē Eadem ratione alius tertius et reliquus tertiam partem: quia tantā potestatem relaxandi habent secūdus ꝛ tertius quātū primus: quod si ita est pro tribus obolis relaxabitur pena triennis. Preterea indiscreta videtur ista relaxatio: nec equa satisfactionis compensatio si pro vno obolo vel nūmo relaxatur vnius anni satisfactio. ¶ Solutio ad premissa q̄ eps relaxat in absolutionibus penam purgatoriā non temporalem. ¶ Ad argumentū dicitur q̄ ille cui iniungitur satisfactio aut habet charitatem aut non si charitatem non habet nihil ei ab epo relaxatur. Si vero in charitate est hoc dictat ei charitas: vt penitentiam sibi iniunctam perficiat nec palpet seipsum corporalem declinans penam quin agat penitentiam sibi iniūctam si potest: qꝛ ipsa charitas reddit ipsum paratū: vt non solum illam: verūetiam vt maiorem compleret si ei iniuncta fuisset. talis si illud adimpleret ꝓ quo facta est relaxatio ab epo non relaxande pene intentione. sed ꝛ charitatis feruore ꝛ decedit ante pactā penitentiam remittetur ei tantū de pena purgatoria q̄tum in hoc presenti seculo relaxauit episcopus. Dicimus etiam q̄ licet cōmutari penā corporalē in penā pecuniariam q̄ in plerisq̄ longe grauior ē corporali: nec isti qui ex charitate accedit fit cōmutatio pene q̄tum ad ipsum: qꝛ non hac intentione facit illud pro qua fit relaxatio vt relaxetur ab iniuncta penitentia: sed solo ītuitu charitatis nec vult vt relaxetur: sed propositū habet perficiendi penitentiam si concesserit ei vitā: quia ergo habet ꝓpositum perficiendi penitētiam ꝛ in ipsa non remanet quin perficiat si ante peractā penitentiā decedat. Et ipse eps hac intentiōe relaxat in purgatorio aliquid de penitentia relaxetur isti si morte preuent⁹ fuerit tm̄ de pena purgatorij relaxabitur q̄tum in hoc seculo de pena tēporali relaxatū esse videbat.

¶ De heresi eorū qui dicūt q̄ orationes ꝛ suffragia pro mortuis ab existētibus in peccato mortali nō proficiunt.


Ndecima here sis est q̄ orationes vel suffragia pro mortuis ab existentibus in mortali factis non proficiūt mortuis quod sic ꝓbare nitūtur. Quomodo enī pōt ꝓdesse alijs cū non pōt prodesse sibi. Oratio q̄ fit in orantis perniciem quomodo in alteri⁹ salutem erit. Itēꝫ. iij. q. vij. in grauioribus dicitur sic. Cū is qui displicet ad intercedendum mittitur animus irati iudicis ad deteriora

pvocatur. Item qui indeuote orat iudicium sibi postulat. Sed qui sibi in oratione postulat iudiciū quō alijs in oratione postulat remediū. Itē oratio eius fit in peccato quō ergo fit pro salute aliquorum. Itē qui meref offensam apud deū quia orat: quō p alio orat. peccatori eñi dixit deus. ps. xlix. quare tu enarras iusticias meas ⁊ assumis testamētū meū per os tuū. i. pollutum.

¶ Ratiōibus idē pbare conantur sic. Sacerdos ī mortali existēs dū celebrat diuina orat oratio illa que actio est mala est. ac meretur sibi penā eternā ergo eadem non meretur alij pene relaxationē. nulla eñi actione pōt quis mereri bonū ⁊ malum. Item dicit auctoritas de cohabi. cle. ⁊ mulierū vr̄a duxit. q illius sacerdotis missa audiēda non est de quo indubitanter constat q habeat cōcubinā. Alia etiā clamat auctoritas. q ille qui ī mortali peccato ē nec in ecclesia orare nec psalmos debet dicere. ¶ Solutio oīm predictorum et determinatio ſm Alanū vbi supra est q oratio que fit ab ecclesia a quocūq proferaf pdest et mortuis ⁊ viuis: ⁊ sic ad pdicta facilis potest dari responsio. Verū est q si is q ad intercedendū mittif deo per peccatum mortale displicet et ipso q orare psumit deterior fit diuina celebrando maxie si in notorio crimine fuerit qꝛ in eo peccat quod presumit q alijs occasio scandali fit: sed tamē quod orat in persona ecclesie dicens oremus ipsum significatū orationis siue ipsa significatio prodest alijs non ex virtute ipsius orantis sꝫ ex virtute ecclesie ad hoc orationem instituētis vt psit viuis vel mortuis. Peccat ergo qui in peccato mortali existens psumit celebrare: prodest tñ oratio quantum ad sui significationem nō quantū ad actionē orātis

¶ Sciēdū tñ q duplex est deuotio. Est deuotio nature ⁊ deuotio gratie. Deuotio nature est quando quis ex naturali pietate orat ⁊ ex quadā humilitate q̄uis sit in peccato. peccat enim sub deo quia dolet se esse in peccato talis si orat ex eo q orat non peccat qꝛ non indeuote orat quantū ad deuotionē nature: huiusmodi oratio ipsi orāti nō obest et illi pro quo orat quantū ad virtutē orationis pdest. Deuotio gratie est quando aliquis ex charitate orat: sensus ergo est q qui indeuote orat. i. sine deuotione nature vel gratie iudiciū sibi postulat idem peccat: ille autē qui peccato notorio laborat et prebet alijs scādalum oratio fit ei in peccatum nō alijs pro quibus orat. Actio inq̄ orantis nō est virtus orationis sic ergo meretur offensam apud deū actione praua. apud deū tamē per orat virtus oratiōis p alio. ¶ Cū autem dicitur peccatori dixit deus ⁊c. peccator dicitur ille qui gloriaf cū malefecerit qui laborat ī publico crimine vel qui conuictus vel confessus est in iure: talis enim nō peccat sub deo sed in deū. talis si in publico in ecclīa orat vel pdicat vel psalmos cātat et vt dictū est si ille cui⁹ crimen notoriū est diuina celebrat quātū in se ē peccat: virt⁹

tamē orationis alios adiuuat. Si vero hereticus ab ecclesia diuisus pro alijs orat iam nō orat in persona ecclesie: et ideo nec ipsi nec alij pdest oratio. Ex pdictis pz q pec catoris oratio qua orat mala ē nec ei nec alij prodest. Sed ipsa significatio orationis q ad hoc instituta est in ecclesia dei vt alijs psit et sic alijs pdest vt non est mala sed bona. ¶ Quod autem dicitur q illius sacerdotis missa nō est audiēda de quo indubitanter constat q habeat cōcubinā intelligendū est de sacerdote qui conuictus vel cōfessus est in iure cuius missa nō est audienda non eo q mala sit s3 hoc faciendum est in verecundiā vel confusionem sacerdotis vt sacerdos peccatū suū recognoscat et peniteat. ¶ Quod autē oratiōes ab ecclesia constitute psint cum in ecclesia pferuntur siue a bono siue a malo rationibus probatur sic. Si merita ministrorū non augent vel minuunt vim sacramentorum videtur q nec vim orationis sed hoc patet quia vis baptismi non augetur vel minuitur a quocūq detur vel vis eucharistie vel alterius sacramenti a simili nec vires orationū ecclesiasticarū habent in se quādam virtutem sacramentalem puta si merita ministrorum augerent vim orationum vel minuerent vnitas ecclesie nō staret immo scisma fieret. quia quidā sequerentur sacerdotem quem crederent meliorē et fugerent deteriorē et sic quidam sequerentur vnū quidā aliū. Paulus contra illos qui gloriabant de baptismis dicit vnū esse baptismū vnū esse qui baptizat. A simili enim nō debemus gloriari de orationibus aliquorū. tanta enim est vis orationis prolata ab vno quanta ab alio quantū ad ipsius orationis significationē non quātum ad ipsius orantis deuotionē. Una est enim vis orationis sed non vna deuotio orātis. Deuotio enim pōt esse efficatior quanto maior sed oratio quātū in se est non erit fructuosior verbis aūt inesse virtutem varie clamant scripture et diuine et humane. Nōne vis est in his verbis. Baptiso te in nomine patris et filij et spiritussancti amē. et in his. hoc est enim corpus meum. Et hic est enim calix etc. Quare ergo ī ecclesiasticis orationibus non inerit vis si proferātur in persona ecclesie non quātū ad proferentem sed quantum ad instituentem.

¶ De heresi eorū qui negant purgatorium esse.

Duodecima heresis est eorum qui negāt purgatoriū esse dicendū. Unde dicūt q propter auariciam ecclesia ponit esse purgatorium post hanc vitam vt. s. pro animabus dentur elemosyne et oblationes et fiāt obsequia et talia. Cōtra hunc errorem procedet tripliciter. primo auctoritate doctorum secūdo rationibus inquisitorū. tertio auctoritatibus sacre scripture. hoc modo pcedit franciscus de maronis di. xxiij. q. x. vbi mouet questionē vtrū post hāc vitā sit neces

sariũ põere purgatoriũ. ¶ Prio er go auctoritate arguit Jhero. q in canone hec expresse dicit. z Augu. Grego. etiam in epistola ad bonifacium z in multis aliis colis. Respõdẽt heretici z dicũt q isti docto res fuerunt ex parte ecclie. z ideo assentiẽtes eius auaricie cõforma uerunt se cũ ea. ¶ Jdeo secũdo ali qui inquisitores arguũt sic contra eos, primo sic. Moriatur vnus ho mo oino iustus et innocens. moria tur etiam ali9 qui fuit semper pec cator penituit tamẽ i fine quõ erit q ambo simul vadãt ad paradisuz nũquid innocẽs debet statim euo lare. z ille qui semper peccator an te z tũc penituit. sed pro peccatis nullã penã sustinuit oz post hãc vi tam puniri Respondẽt heretici q nõ sed ambo debent ire ad paradi suz sed ille qui p peccatis penam non sustinuit diminuetur de gloria ¶ Secũdo arguũt inquisitores sic Quia si purgatoriuz nõ est frustra timemus peccata et abstinem9 q possemus penitere in finez sic euo lare. Respõdent heretici q nõ fru stra timemus et abstinemus q: vt dictũ est minus de gloria habetur. ¶ Tertio arguunt inqsitores sic. nullum malum impunitum sed si purgatorium nõ esset non puniren tur omnia peccata eoz qui saluan tur cum hic non puniantur qui i fi ne penitent. Quarto q de9 aliquos malos pũit in vita ista aliquos nõ Dicit francisc9 q ille rõnes nõ cõ uincũt sed sunt cõtra nos sicut cõ tra illos. ¶ Jdeo arguit aliter cõ tra pdictos hereticos sic. aliqs nõ vult baptisari baptismo flaminis vsqz ad mortẽ. z sic si abstineat vs q ad finez eque euolabit sicut alij q semp bñ agũt. Rñdẽt q tãta vir tus ẽ in sacramẽto pnie ad delẽdũ peccata sicut ẽ i sacramẽto baptis mi. Ex hoc arguitur cõtra eos sic primo q: si hoc esset veruz aliquis puniretur de veniali peccato eter naliter. ex multitudine enim pecca torum venialium si nõ punitur in purgatorio sibi subducitur aliquis gradus glie quo priuatur propter peccata venialia et sic carentia il lius grad9 glorie qui sibi alias de beretur cũ sit perpetua erit pena il lius peccatis venialibus corespõ dens. ¶ Secundo arguitur sic sup pono q maior pena z maius malũ est priuatio visionis diuine q pẽa sensus sed tantũ est in malo caren tia visionis quantũ est in bono vi sio diuina. Tunc arguo sic. Quãdo cũqz mala sic cõparantur q vnum ẽm naturam excedit reliquũ quicũ qz gradus mali excedẽtis excedit totum aliud malũ sed carentia vi sionis diuine ẽm naturam excedit in malo penã sensus ergo quicũqz gradus priuationis visionis diui ne excedit totã penã sensus infer ni. sic ergo pz q negato purgato rio aliqs puniret perpetuo de ve nialib9 in paradiso. ¶ Respõdẽt heretici q iste rões sũt pñice z sub tiles z apostolus dicit ad Colo. ij. Nemo vos seducat p inanẽ pñiaz. Jdeo isti heretici petunt auctori tates sacri canõis. dicunt eñi q in sacra scriptura nõ inueniẽ q post hanc vitaz sit necessarium ponere

purgatorium. ¶ Ideo adduco contra eos auctoritates sacre scripture Prima auctoritas est. ij. Mach. xij. vbi dicitur q iudas ꝯsiderabat q hi qui cū pietate dormitionē acceperant optimā haberēt repositā gratiā: et obtulit pro eis. xij. milia dragmas argenti. Ista autē oblatio non potuit esse pro his q̄ sunt i inferno q: ibi nulla est redemptio nec ꝓ his qui sunt in paradiso q: redemptione non indigent. nec de eis pōt dici illud quod sequit. sancta ergo et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluentur: q: ibi peccata nō habēt ergo fuit illa oblatio ꝓ his qui sunt in purgatorio: ad illud argumētum dicūt heretici q liber Macha. nō est de canone. Cōtra accipio ergo verbū xpi. math. xviij. Iratus dñs tradidit seruum tortoribus quousq reddderet vniuersum debitum. hoc autē non potest intelligi in hac vita nec in iferno q: illi semper sunt in debito: ergo hz intelligi de his qui sunt in purgatorio. Secūda auctoritas euāgelij ē Math. v. Esto consentiēs aduersario tuo etc. Et sequitur Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Istud exire non intelligit de paradiso nec de inferno ergo de purgatorio. Sed contra. istud donec qn̄q accipitur cum exclusione actus sequētis: sicut Ge. viij. dicit. Coruus quem emisit noe nō reuertebatur donec siccarentur aque super terrā: et tamen nunq̄ postea est reuersus. et similiter de nr̄a domina et sponso suo Joseph. Math. ij. dicitur q nō cognouit eā donec peperit filium suū primogenitū: nec ex hoc sequitur q fuerit cognita postea. Similiter ergo in predicta auctoritate intelligendum est donec reddas etc. sed nō faciēdo vim de li donec: pro presenti arguo sic q: in predicta auctoritate saltē est redditio debiti sed illi de inferno nunq̄ reddūt debitū ergo licz non posset argui per li donec tñ potest argui per redditionē debiti. ¶ Sz ne hoc calumnietur adducā adhuc septem auctoritates quarum pria est Math. xij. Quicunq peccauerit in filium remittetur ei: qui aūt peccauerit in spiritum sanctū non remittetur ei nec in hoc seculo nec in futuro: hic supponitur q remissio fiat in futuro seculo non in iferno quia ibi nulla est redemptio. nō in paradiso qui ibi nullus intrat cum peccato: ergo hoc erit in purgatorio alias non esset verū verbū xpi. ¶ Secunda auctoritas ē Luce. xij. Seruus qui cognouit volūtatem domini sui et non fecerit eā plagis vapulabit multis: et ergo alius paucis qui nec cognouit nec fecit eam sed in inferno nō est multum nec paucum sed infinitum ergo hoc habet intelligi de purgatorio. ¶ Tertia auctoritas est apostoli. i. Cor. iij. Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem saluus erit si tamen quasi per ignē Certum est q non loquitur de igne huius mundi nec de igne inferni quia non saluat ergo loquitur de igne purgatorij. ¶ Quarta auctoritas est apostoli. i. Cor. xv. q̄ vult

pbare resurrectionē dicēs. si mortui non resurgunt vt quid baptizātur pro mortuis. supponit autez φ aliquis baptizatur pro mortuis aliquis ergo act⁹ bonus pro mortuis exhibetur vel baptismus lachrymarum vel aliquid tale nullus autem debet exhibere aliquid tale p mortuis de paradiso nec de inferno. ergo talis actus debet exhiberi p mortuis ī purgatorio. ¶ Quinta auctoritas scribitur Actuum secundo Hunc deus suscitauit a mortuis in die tertia solutis doloribus inferni. Certum est autē φ xps nō soluit dolores inferni inferioris. nec limbi qui dicitur synus abrahe. qz ibi erat magna cōsolatio sicut dicitur Luce. xvi. de lazaro existente in limbo ꝛ de diuite existēte in inferno. hic consolatur tu vero cruciaris: ergo hoc intelligitur de doloribus purgatorij. ¶ Sexta auctoritas scribitur Apoca. xv. vidi in dextera sedentis super thronum librū ꝛc. et nemo inuentus ē dign⁹ aperire librum nec in celo. nec ī terra nec subtus terraz. Ex hoc habetur φ aliqui credebantur digni in celo ꝛ in terra ꝛ subtus terram. sed non in inferno qz ibi nulla dignitas ibi nullus est dignus. ergo in aliqua mansione subtus terrā que non est infernus ꝛ hec vocatur purgatorium. ¶ Septima auctoritas habetur ibidem. omnes cantabāt in celo ꝛ in terra ꝛ subtus terram hoc non pōt intelligi de existentibus in inferno qz illi non cantant nec laudant deum sed sunt in sempiterna blasphemia. Ex istis auctoritatibus habet veritas determinata ab ecclesia catholica quod est dare purgatoriū ꝛ ptz falsum esse ecclesiam illud instituisse propter auaritiam. Quicūqz ergo pertinaciter affirmauerit tenuerit vel dogmatizauerit φ post hanc vitā nō est dare purgatoriuz hereticus est dicendus quia militat cōtra sacrā scripturam et contra determinationez ecclesie. ¶ Et si queras ex quo est dandum purgatoriuz in quo loco est situatū. Respondent doctores in. iiij. φ de lege cōi locus purgatorij est sub terra. ꝛ est tertia mā sio inferni qz infima vocatur īfernus inferior vbi sunt dānati in culpa actuali qui patiuntur penā sensus et dāni. Secunda vocatur limbus qui est locus paruulorꝫ non baptizatorum ꝛ isti sunt in culpa originali qui patiuntur penā dāni tm̄ q̄ est carentia visionis diuine. Tertia vocat purgatorium qui ē locus electorum non perfectorꝫ qui sunt in gratia et in pena. Quarta vocatur synus abrahe vel limb⁹ patrū in quo erant sancti patres ante aduentū xpi in grā et consolatione. Sic ergo de cōi lege locus purgatorij est sub terra. De lege tm̄ speciali siue ex priuilegio seve anime purgantur in locis alijs super terram sic narrat Grego. in libro dyalogorum de quodam epō qui apparuit in quodam balneo ꝛ ibi prestabat obsequiū ꝛ hoc erat sibi purgatoriū. ꝛ de anima cuiusdam que in glacie purgabatur quod potuit eē ex aliqua speciali causa. s. vel p cōfirmanda fide nostra de alia vita

vel vt anime illius subueniretur a fidelibus quibus apparet vel propter aliquid reuelandū vel ꝓpter aliquam viuentium edificationem De dispensatiõe ergo dei est ꝙ anime purgantur in illis locis quib⁹ peccauerunt. De acerbitate ignis purgatorij et quomodo punit animas ꝛ an per demones vel seipso doctores latissime loquūtur ĩ quarto ideo pretereo.

¶ De heresi eorū qui negant aliā vitam post separationem anime a corpore.



Tertiadecima heresis est eorū qui negāt aliam vitam ꝛ imortalitatē anime ꝛ resurrectionē Negata enim anime immortalitate ꝯsequenter negant aliam vitā fore ꝛ resurrectionem huiusmodi opinionis fuerūt quidam phi vocati epicurei. isti enim dixerunt ꝙ mortuo homine perit aīa ꝛ ꝙ nihil substantie eius remanebat. opinionem istorum introducit Seneca tragedia. vi. vbi introducit chorū. Quod si queratur vbi aīe defunctorū sūt dicit ꝙ vbi sunt res que nate non sunt vult dicere ꝙ sicut illud quod natū nō est non hꝫ esse. nec aliquam substantiā: sic eodē modo dicet de aīabus defunctorum ꝛ dicit ꝙ dicunt isti ꝙ illud quod cōiter dicit ꝙ est infernus quoqꝫ ibi puniuntur mali ꝙ sunt vani rumores similes somnio quod facit hominem sollicitum meditatione propter aliquod malum quod somniauit et cum excitatur nihil inuenit de quo timeat Ita dicere ꝙ est infernus et ꝙ ibi puniūtur mali istud ponit timorem ꝛ pauorem ꝛ dicebant isti ꝙ nihil horum erat. hāc opinionem introducit Salamō Eccl. iij. c. prope finem. vbi dicitur ꝙ erat opinio aliquorum ꝙ vnus et idem esset finis et mors siue interitus hominum et iumentorum et equa vtriusqꝫ cōditio ꝛ ita isti. ſm hoc nō credebant immortalitatē anime. nec aliam vitam. ex quo dicebāt equalē esse finē ꝛ mortem hominum ꝛ iumentorum Et sicut spiritus siue anima bestiarum tendit in nihil sic spiritus hominis quod nullus credere debet hoc de mente Salomonis fuisse sicut notat Nicolaus de lyra ꝛ apparet manifeste in fine dicti libri scꝫ Ecclesiastes. xij. vbi dicit ꝙ cūcta q̄ fiūt adducet deus in iudiciū pro omni errato siue bonū siue malum sit. quod esse nō posset nisi aīa esset immortalis. Et expressius ꝙ nō ex persona sua sed impiorū dicit ptꝫ p hoc qd in fi. li. eo. ca. quasi determinādo subiūgit donec reuertatur puluis ĩ terrā suam vñ erat et spūs redeat ad illum qui dedit illum. ꝛ dato ꝙ illud esset de mente Salomonis. s. vnum esse interitum hominis ꝛ iumenti referendū est ad spiritū phisophorū nō ad spiritū rationalem. Est enim in homine duplex spiritus. scilicet spiritus rationalis et incorporeus. qui non perit cum corpore. Alius qui dicitur phicus seu naturalis quo mediante anima rationalis vnitur corpori et ille corporeus est subti

lior aere minus subtilis igne quo mediante fit sensus ꝛ imaginatio: et iste perit cū corpore talis spūs est in corpore bruti animantis et illud vegetat ꝛ corpore pereūte perit ꝛ ꝭm hoc ait Salomō: ꝙ vnus est interitus hois ꝛ iumēti ꝗtū ad corpus ꝛ spiritū phisicū. ¶ Illius etiā predicte dānate opiniōis fuerunt illi ex quorū persona dicitur. Sapiē. ij. ex nihilo nati sumus et post hoc erimus tanꝗ̄ si non fuerimus. Huius ꝑuerse ꝛ dānante opinionis fuerūt saducei: qui q꞉ credebant ꝙ aīe nō erāt immortales negauerūt resurrectionē. sicut patet Act. xxiij. Hec etiā dānata opinio istis tēporibus etiā in multis malis xp̄ianis inuenit regnare: quia ad hoc vigilāter intēdit dyabolus Unde dicit albinus in sua dicta ꝙ dyabolus querendo omnes alios modos quibus possit hominē ad dānationē deducere. Inuenit specialiter vnum subtilissimū ꝑ quem si potest homini nocere paucū vel multū per hoc ipsum prosternit et leuiter ad dānationem deducit. et est iste ꝙ vulnerat hominem in occulto vere credulitatis ꝛ facit eū dubitare in veritate fidei catholice et specialiter iuxta posse suum laborat ꝙ faciat eum dubitare ꝙ non sit altera vita: nisi hec. ꝛ ꝙ debeat fieri resurrectio mortuorum: quia si hoc facit eum credere vel in hoc dubitare: statim homo sic deceptus dimittit se cadere ī omīe peccatum. et elongatur ab omni virtute et perdit omnē timorem ꝛ amorem dei ꝛ viuit desperatus qui perdidit totā fidē ꝛ spem dei: ꝛ singulariter anhelat dyabolus viribus suis ad decipiendū: per hanc viā oēs homies qui sunt magis pctōres: ꝛ specialiter supbos: ꝛ pōposos: ꝛ nimiū amatores diuitiarum mūdi. ꝛ deliciarū carnaliū: ꝛ tenet hunc modū: q꞉ pimo ponit ante oculos eorum magna crimina que fecerunt ꝛ magnas penas que ꝭm sanctas scripturas ꝑpter illa sunt eis preparate: et cum illi miseri: hoc considerant ponit eos in desperationem dicens eis ꝙ ꝭm hoc damnati erunt quādo morientur: ꝛ tenendo eos in tali cognitione. dicit eis postmodum quasi dās aliquam consolationem ꝙ non timeant: immo ꝙ fortificentur ꝛ letentur ꝛ habeāt bonū cor: ꝛ dent sibi bonū tempus: ꝛ ꝙ faciāt quicquid eis placuerit: quia nunꝗ̄ deus resuscitabit eos nec iudicabit: quia nō est altera vita nisi hec presens Et hinc inoleuit illud erroneū pꝛuerbium qđ in nostra lingua dicitur En este mundo non me veas malpasar. e. en el otro non me veras penar. Et adhuc dicit eis ꝙ non est aliquis deus: ꝛ ꝙ nostra mors ꝛ natiuitas est sicut bestiarum: quia sicut bestie nascuntur et moriūtur: ita erit de nobis ꝛ dicit predict⁹ doctor ꝙ specialiter dyabolus mouet ꝛ auget hanc tentationem tempore mortis: quia videt ꝙ ille passus est valde strict⁹: et periculosus: ꝛ ꝙ ducit secū magnū pauorē: ꝛ propterea poterit citius prosternere ꝛ decipere hominē nisi timeat a deo ꝑpter bona

quis ibi ministraret. Respondent iudei quod ibi seruirent sacerdotes de leui. et de sadoch. Sed contra hoc est Isa. in. c. eodē vbi loquēs de messia dicit. et declinauit sup eam sicut flumē pacis. sequitur et mittet agētes in affricā et lydiā et italiā et greciā. etc. et faciet ex eis in sacerdotes et leuitas. dixit dominus. quod impletū est in iesu nazareno tempore apostolorum. Sacerdotiū enim antique legis figura fuit sacerdotij noue legis. et ideo presente sacerdotio noue legis cessare debet antiquum: iuxta illud. i. Reg. ij. vbi sic ait deus. Nunquid nō aperte reuelatus sum domui patris tui cū esset in egypto et elegi eū ex omnibus tribubus israel mihi in sacerdotē vt ascēderet in altare meū sequitur. Ecce dies veniūt et precidā brachiū tuū et brachiū domus patris tui: vt nō sit senex in domo patris tui. i. presbyter vel sacerdos. et quasi in fine capituli cōcludit. et suscitabo mihi sacerdotē fidelem qui iuxta cor meū et aīam meā faciat. et edificabo eius domū fidelē et ambulabit corā xpo meo cunctis diebus. vbi euidēter ostenditur quod iudeorū sacerdotiū erat finaliter consummādū et erat aliud cōsurgēdum cunctis diebus perduraturis corā xpo dño. iuxta illud. ps. Tu es sacerdos ineternū sm ordinē melchisedech. ¶ Nec valet fuga infidelis iudei si vellet fugere per institutionē sadoch et expulsionē abyathar a sacerdotio. iij. Reg. ij. c. quia cum illa exclusione hāc etiā generalē intellexit ppheta sicut apparet ex modo loquēdi: quia dixit quod cūctis diebus certū est autē quod cunctis diebus sadoch nō ministrauit: nec volo tacere quod sequitur in eadē pphetia futurū est autē: vt quicunque remāserit in domo tua veniat vt oretur pro eo et offerat nūmū argenteū et tortam panis: dicatque dimitte me obsecro ad vnā partē sacerdotalē vt comedā buccellā panis. hic est textus noster. littera vero hebraica sicut habui a quodā perito conuerso de iudaismo reuelante mihi hoc secretū hic habet sic. Ego suscitabo mihi sacerdotē fidelē sicut cor meū et voluntatē meā faciet. et veniet ad adorandū me in domo mea in calice argenti et in placentula panis et dicēt cōiunge me nunc vni istorū sacerdotū ad comedendū hāc placētulā panis. littera hebraica vbi nos habemus nummū argēteū habet agorath que seph quod sonat in calice argenti. Ex quibus manifeste patet nō solū mutatio sacerdotū. sed etiā nouū sacrificiū fiendi in calice argenti. et torta panis que vt clare patet impleta sunt in aduentu xpi: et suorum sacerdotū: de ista materia latius dicetur infra in. xxiiij. argumento. ¶ Ad quintū scilicet si daretur tertium templū que dies illud solēnizaret. Rñdet iudeus quod dies magis solēnis in illo tēplo erit sabbatū. Sed cōtra hoc est Isayas caplo vbi supra erit mēsis ex mēse. i. solaris ex lunari. et sabbatū ex sabbato. quasi dicat dies dominicus ex sabbato quod totū impletur in nostra hierusalem ecclesia militanti tempore veri messie. nō enim debebat manere festiuitas sabbati: nec quecunque alia

iudeorū. Unde Isa. i. Neomenia & sab
batū & festiuitates alias nō feram.
iniqui sunt cetus vestri. kalendas
vestras & solēnitates vestras odi-
uit aīa mea facta sunt mihi mole-
sta. Tēplum ergo & hierusalē quod
debuit edificare tpe messie est spi-
rituale. scz ecclesia vel paradisus
nō materiale qd impletū est .i. iesu
nazareno. ¶ In cōfirmatione oim
predictorū. s. q non sit dandum ter
tium tēplum sicut legimus in chro
nicis imperatorū & summorū pon-
tificū. Julianus apostata odio fi-
dei xpiane pcepit iudeis: vt tēplū
suū reedificarent. qui ex oibus mū
di partibus cōgregati opus face-
re inceperunt. sed qd cū magno la-
bore & per multa tēpora fecerāt su
bito corruit terremotu. hec ibi.
Iste iulianus suscitauit .xij. perse-
cutionē xpianorū. Itē tēpore mar
tini pape primi. Humar⁹ princeps
sarracenorū veniēs hierusalē vbi
olim fuit templū iudeoꝝ quod per
tytum destructū fuerat diligenter
iubet inquiri. loco vero reperto et
diligenter mūdato cepit templum
edificare & structura nō stabat: im
mo repente corruebat. sciscitās q̄
cur hoc accideret per quosdam iu-
deos reperit. q nisi crux dñi q̄ erat
in monte oliueti de medio tolleret
edificare non possit qd factuz fuit
sublata eni cruce dñi structura te-
nuit & humarus supra sepulchruz
dñi vnā ecclesiā rotundā edificauit
pro eo q machometus dñm nostrū
iesum xpm tanq dei summū pphe
tam nō autē tanq deū adorari mā
dauit. Dicit eni in alchorano iesuz
christū verū fuisse pphetā natū de
virgine conceptū de spiritusancto
sed nō deū. & si queratur cur cruce
dñi existente in monte oliueti stru-
ctura illa nō stabat. Ratio esse po-
tuit qz non patiebatur deus ibi tē-
pluz fieri blasphemie preciosa do
mini cruce ibi existente in quo tem
plo dū humarus sacrificaret a quo
dā persa interfectus est: hec in col
lectura hystoriarum.

¶ Contendit iudeus probare q ie
sus non est verus messias: qz in ei⁹
aduentu non est saluata iuda.



Uintūdeci-
mū argumentū iu-
deorū contra xpm
accipitur per illud
Hiere. xxiij. Ecce
dies veniunt dicit dñs & suscitabo
dauid germē iustū translatio chal-
daica habet. i. messiam iustū. sequi-
tur. In diebus illis saluabitur iu-
da: & israel habitabit cōfidenter &c.
Sed nunq tot miserie acciderunt
iudeis sicut post mortē iesu nazare
ni sicut ptz in destructione ciuitatꝭ
et templi. ergo non est ipe messias.
¶ Ad illud argumentū respondet
q illa pphetia est impleta qtū ad
illos qui fuerūt veri filij israel & iu
da. qui saluati sunt spūaliter nō so
lum qtum ad aīas. sed etiā corpo-
raliter: qz vt dicitur in ecclesiastica
hystoria imminēte destructiōe ciui
tatis per tytū & vespasianū admo-
niti sunt fideles qui erant in iudea
per angelū: vt trāsirēt in regnū re
gis agrippe q̄ erat cōfederat⁹ roma
nis in pace. Infideles autē qui ibi

erant nō credentes in xp̄m suā miseriam de suo peccato meruerunt. Huic ꝯcordat rēspōsio venerabilis magistri petri alfonsi in suo dyalogo titulo .ix. vbi dicit ꝙ ꝓmissio eis dūtaxat est facta qui crediturí erāt de israel. atq; iuda vnde ꝛ incredulis nō est cōpleta quēadmodū populo israel de egypto educto quidā: qꝛ peccauerūt ꝛ a ꝓceptis dn̄i recesserūt. terrā ꝓmissionis non intrauerūt. quā ꝓmisit dn̄s moysi dicēs. Descēdi vt liberarē populum meū de manu egyptiorū: vt educerē de terra illa in terrā bonā ꝛ spaciosam. sed oēs in deserto mortui sunt. hec ille. Impleta est ergo prophetia nō in infidelib⁹ q̄ non sunt ꝓprie filij israel ꝛ iuda: sed infidelibus. Fuit etiā impleta in domo secūda. qꝛ de ea loquitur ꝓpheta. ¶ Uel pōt dici ꝙ illa saluatio ꝛ cōfidentia est de gloria celesti. qꝛ ibi habitant confidenter. ꝛ sunt perfecte saluati.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias: quia nō habuit filios neq; semen.



Extūdecimum argumentū faciūt iudei ex illo Esa. liij. Uidebit semē lōgeuū. qd̄ intelligitur de messia. ꝛ in ps. Bonā in seculū seculi semē eius. Nūc autē nō legitur iesum nazarenū habuisse filios: nec semē. ergo ipse nō est messias. ¶ Ad istud argumentū respōdetur ꝙ iesus nazarenus habuit filios ꝛ semē nō corporale: sed spūale. ꝛ hoc sufficit ad verificādū illā prophetiā. qꝛ verus messias iesus descendit de semine spūali nō corporali. qd̄ ptꝫ qꝛ prima ꝓmissio facta d̄ messia fuit facta Abrae Geñ. xv. in semine tuo inquit fibi ōēs benedicētur oēs gētes. ꝛ subditur ꝙ sibi dixit dn̄s. In Isaac vocabitur tibi semē. ꝛ tn̄ cōstat ꝙ Isaac cōceptus est ſm spiritū nō ſm carnem sicut Ismael. vt dicit ap̄ls ad Gal. iiij. A fortiori igitur ꝛ multo magis xp̄s qui non ex virili semine: sꝫ mystico spiramine. qꝛ ergo verus messias iesus fuit natus totaliter ſm spiritū de virgine sine viro sufficit sibi ꝙ habeat filios spūales ꝛ glosa hebraica sup illo: in Isaac vocabitur tibi semē. Dicit hic notantur duo secula. vnū legis. aliud xp̄i et messie. in seculo legis fuerūt semē ꝛ filij carnales. in seculo xp̄i spūales sicut Isaac ſm spm̄ natus est. ꝛ de istis filijs loquitur dauid. ps. xliiij. qui ad litterā etiā ſm expositores iudeorum exponitur de rege messia. in quo dicitur sic. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij ꝛc. sicut em̄ ipse non debebat hereditare regnū a patre carnali. sic nec debebat regnū tēporale dimittere filio carnali ꝙ ostēdit humilitatē ꝛ mundiciam ipsius. ꝛ forte ratione istius fuit ꝛ est ꝯsuetudo inter christianos ꝙ papa qui est vicari⁹ xp̄i non est heres regni sui patris: nec dimittit hereditatē filio suo. quia ipsum habere non potest.

¶ Contendit iudeus ꝓbare ꝙ iesus non est verus messias. quia lux lune non est facta vt sol. nec sol vt septem dierum.


Ecimūseptimū argumentū iudeorū est de sole ꝛ luna: qm̄ i diebus messie. vt pꝫ Jsa. xxx. erit lux lune sicut lux solis. ꝛ lux solis erit septēpliciter sicut lux septē dieruꝫ in die qua alligauerit dn̄s vulnus populi sui. ¶ Rn̄det ſm peritū virum Petrū alfonsi in dyalogo tit. ix. ꝙ non est gēs in mūdo stolidioꝛ iudeis q̄ putāt ꝙ coꝛpus vel lumē lune de⁹ augeat siue solis. Sol eīm si quātus nūc est maioꝛ esset dupliciter totū ꝓfectuꝫ hoim cōbureret nedū si septēpliciter ꝙ si ꝛ lumē septēpliciter magis esset oculos nimirū nostros nimio splēdoꝛe obtōderet. lumē etiā lune si splēdoꝛi solis par fieret nemo iaꝫ vltra quiesceret. semꝑ eīm dies esset. Per lunaris igit̄ lucis siue solaris augmētū voluit ꝓpheta intelligi fidem ꝛ gloꝛiā in xp̄o credituroꝛū. ac si diceret fides illoꝝ ꝛ gloꝛia multipliciter maioꝛ erit ꝛ ꝑlucidioꝛ q̄ modernoꝝ. ꝛ ꝙ nō de luna vel sole isto visibili. sed de xp̄ianoꝝ credulitatis gloꝛia et splēdoꝛe ꝓpheta loquat̄ in sequētibus testat̄ cū subiungit. Nō erit tibi amplius sol ad lucēdū per diē: nec splendoꝛ lune illuminabit te. sed erit tibi dn̄s in lucē sempiternā. ꝛ deus tuus in gloꝛiā tuā ꝛ nō occidit vltra sol tuus ꝛ luna tua nō minuetur. qꝛ dn̄s erit in lucē sempiternā. Nā si de sole vel luna ꝓpꝛie diceret hoc quidē qđ dicit nō erit tibi amplius sol ad lucēdū per diē: nec splendoꝛ lune illuminabit te illi quod supꝛa dixerat contrariū eēt erit scꝫ lux lune sicut lux solis: et lux solis erit septēplr. Patet ergo ꝙ de splēdoꝛe ꝛ gloꝛia fidei ꝓpheta sancte ecclesie hic loquitur qđ ex cōsequentib⁹ designatur cū subditur. sed erit tibi dn̄s in lucem sempiternā: ꝛ dn̄s de⁹ tuus in gloꝛiā tuā. ac si diceret nequaq̄ vlteri⁹ luce credulitatis vestre huius qui est similis solis istius trāsitoꝛij vel lune idigebitis fulgoꝛib⁹ Gloꝛia q̄ppe lucis sue vos eternaliter illuīabit dn̄s. sed ꝛ qđ sequit̄ non occidet vltra sol tu⁹ ꝛ luna tua non minuetur si hoc inq̄ ita vt est intelligeretur: scꝫ vt solis splēdoꝛ ac lune foꝛet cōtinuus nō esset iaꝫ dies vel nox mēsis vel annus q̄ oīa solis ꝛ lune ꝓueniunt vicissitudinibus. ergo non immerito de luce et gloꝛia fidei nostre q̄ nec minuetur nec occidet spiritualiter dictū intelligimus. Hec ille. Nonus conuersus bene locutus est. ¶ Uel aliter ſm nicolaū de lyꝛa dicēdum est ꝙ loquitur ꝓpheta de aduētu xp̄i ad iudiciū tunc mutabūtur ꝛ innouabūtur quodāmodo coꝛpoꝛa celestia: ꝛ tūc saluabitur vulnus populi ꝛ pꝛessura plage eius: qꝛ destruetur moꝛtalitas ꝑ peccatū pꝛimoꝝ parētum inducta: qꝛ oēs hoīes resurgent ad vitā immoꝛtalē. vtraq̄ expositio videt̄ necessaria vt perfectio gl'ie xp̄ianoꝝ ostēdat̄. s. in pꝛesenti quo ad pꝛimā: ꝛ in futuro seculo quo ad secundam.

¶ Contēdit iudeus pꝛobare ꝙ iesus non est verus messias: quia in eius aduentu non est sublatuꝫ sceptrum ab israel.



Ecimūoctauum argumentum iudeoꝝ est. messias nō est ventur⁹ quousqꝫ sceptrū israel sit ablatū sed nondum est ablatū sceptrū israel ergo nondum venit messias. maior patet Geñ. xlix. non auferetur sceptrū de tribu iuda ꝛc. minor probatur ꝙ adhuc manet potestas seu dominiū iudicandi causas et determinādi apō capita transmigrantiū q̄ sunt in babylonia que locum regis tenent super totum populum israhheliticum vt habetur a rabimoyse egyptio libro de iudicibus in determinatiōibus suis de canhedrin. iiij. c. vbi sic dicit. Capita transmigrationis que sunt in babylonia locum tenent: et p̄nt dn̄ari in hierusalē et vbiqꝫ terrarum et iudicare super eos siue velint siue nolint sicut scriptuꝫ est. Nō auferetur sceptrum de iuda. p istud enim sceptruꝫ intelliguntur capita transmigrationis q̄ sunt in babylonia hec ille. Rn̄detur ꝙ minor hui⁹ argumēti scꝫ ꝙ sceptrum israel nōdum est ablatum non solū est manifeste falsa s̄m euidentiā facti sꝫ est etiam notorie ficta seu mendosa et per cōsequens contra propheticam veritatem. vt notat magister Paulus in suo dyalogo dis. iij. c. ij. Primum patet ex hoc. nam babylonia in qua asserūt iudei esse capita trāsmigrātiū habētiū tales potestates ꝛ dn̄ia sup totū populū iudaicū manifestū ē ꝙ iā a magnis tp̄ib⁹ citra est destructa ꝛ īhabitabilis reddita ꝛ hoc fuit pphetatū de ea Esa. xiij. vbi sic habetur. Et erit babylon illa ciuitas gloriosa in regnis inclyta in superbia caldeorum sicut subuertit dominus zodomā ꝛ gomorrā. nō habit abitur vsqꝫ in finē ꝛ nō fundabitur vsqꝫ in generatione ꝛ generationem: cōstat ꝙ in terra inhabitabiliter destructa nullus cōmorat: ꝛ multominus est credibile ꝙ sint ibi talia capita. Est etiam notorium inter iudeos ꝙ a magnis temporibus retroactis nūꝙ in partibus babylonis nec aliquod iudicium nec determinatio: nec solum rumor aliquis de illis ptib⁹ ad istas ptes europe venit Unde notoriū est s̄m euidētiam facti ꝙ non sunt ibi iudei dn̄antes sup totam israel sicut asserūt iudei. ¶ Secundū aūt. s. ꝙ minor illa sit ficta seu mendosa pꝫ ex hoc nā s̄m predictuꝫ rabimoysen ꝛ cōiter s̄m oēs doctores iudeoꝝ extra terraꝫ pmissionis non pōt nec lꝫ nec aliquando licuit alicui iudeo iudicare iudicia criminalia: de quibus. s. est mutilatio mēbri humani aut occisio. Constat autē ꝙ q̄ non hꝫ iurisdictionem in talib⁹ non pōt iudicare nec capitaliter punire blasphemū vel ydolatrā: homicidā: adulterū: nec aliū quēcūqꝫ icurrenteꝫ talia crimina que grauissima sunt s̄m legem mosaycam. Et sic exceptis illis ꝛ similibus cetera sunt leuia. Ex q̄ sequit̄ ꝙ illa capita trāsmigrationū que iudei dicūt eē in babylonia nō possunt iudicare de grauib⁹ seu capitalibus criminib⁹ cum sint extra terrā pmissionis: sꝫ tm̄ de leuib⁹ ꝛ puis quoꝝ respectu nō possunt dici habere sceptrū nec potestatē regalē put dicūt iudei: nec pōt dici ꝙ tenent sceptrū seu locū regis sꝫ

tales essent sicut iudices inferiores habētes modicā ptātē. Manifestuȝ ergo ē ꝙ rabimoyses ⁊ aliȷ rabini q̄ asserūt ꝙ in babylone sunt capita trāsmigrationū habētia potestateȝ regiā super totū pplm iudaicū manifeste mentiunẜ cū illud asserūt qḋ est ꝯ mentē suā. oēs eñ concorditer tenent ꝙ extra terrā ꝓmissiōis nulli iudeorū pertinet talis potestas. ❡ Est etiā secūdo ṗdicta minor cōtra ꝓpheticā veritatem. legiẜ enim Osee. iiȷ. c. sic. Dies multos sedebūt filiȷ israel sine rege: et sine principe ⁊ sine sacrificio ⁊ sine altari. que quidē auctoritas tam ẜm expositores iudeorū q̄ꝫ nostros intelligiẜ de statu iudeoꝝ ⁊ captiuitate hodierna. Et sic ptȝ ꝙ asserere in babylonia vel alibi tpe huius captiuitatis principē vel regē: seu aliqḋ huiusmodi est cōtra ipsam euidētiā rei fictiūum ⁊ mēdosum ac cōtra ꝓpheticam veritatem.

❡ Contendit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias quia non venit in tempore quo fuit sceptruȝ ab israel sublatum.



Decimumnonuȝ argumentū iudeoꝝ est. si iesus nazarenus fuisset ver⁹ messias debuisset venire tpe q̄ fuit ablatū sceptrū iuda. sȝ nō venit in illo tpe. ergo nō est ipse messias. maior ptȝ ex auctoritate allegata supra. minor ꝓbaẜ qꝛ si sceptruȝ iuda fuit ablatū hoc fuit prio ꝑ machabeos q̄ nō erāt de tribu iuda sed de tribu leui. Erāt eñ sacerdotes ⁊ totū pplm gubernabāt illi. i. tēplo secundo quod fuit per tricentos annos ⁊ vltra ante aduentum iesu nazareni vt patet in hystoriȷs Josephi ⁊ aliȷs. Cū igiẜ iesus nazarenus natus sit tēpore herodis regis qui machabeis successit in regno iudeoruȝ constat ꝙ non venit in tpe prenūciato per patriarchā: naȝ longe ante tēpus herodis in quo tempore xp̄s natus est iam erat ablatum sceptrū de iuda; vt dictum est ⁊ transierat in machabeis qui erant tribus alterius. ❡ Hic datur duplex responsio. Prima est ꝙ lȝ machabei fuerunt sacerdotes ⁊ per consequens de tribu leui. tamen ẜm lineam maternam erāt de tribu iuda. Et ideo per gubernationem eorum non erat ablatum sceptrum de iuda: tamen quia hoc non posset clare ꝓbari. ideo ad argumētum cōcessa maiore. Respondeẜ ad minorē ẜm alios planius. Ad quod sciendū vt habeẜ Nume. xi. c. tēpore moysi de mādato dei fuerunt cōgregati. lxx. seniores israel vt essent coadiutores in regimine populi cū ipso moyse: ⁊ extunc ẜm oēs doctores iudeoruȝ semp fuit in iudaismo collegiū seu cōsistoriū quod dicebaẜ cāhedri ad quod oēs difficultates seu dubia fidei ⁊ legis perueniebant et similiter omnia magna et summa iudicia seu controuersia de quibus intelligitur cōmuniter illud Deutro. xvii. Si difficile ⁊ ambiguum apud te iudicium esse ꝑspexeris inter sanguinem ⁊ sanguinem crimē ⁊ crimē ⁊c. et infra surge et ascende ad locū queȝ elegit dominus et sequeris sententiā eorum nec declinabis ad dexterā vl' ad sinistrā: qui quidē cāhedri a tpe dauid ⁊c. citra residebāt princi

Paliter sub regib⁹ ⁊ ducib⁹ iude in hierusalem: ⁊ postea in babylonica captiuitate. Du3 ibi essent reges vel duces de iuda: consequenter in reditu dicte captiuitatis residebunt in hier̃l3 sub ducib⁹ d̃ tribu iuda dũ cẽnt ⁊ durabat ptãs eoꝝ etiã nõ existente rege vel duce d̃ iuda prout potestas alicuius capituli vacante sede durat ⁊ sic auctoritas ⁊ potestas canhedri durauit etiam tempore machabeoꝝ ⁊ vsq3 ad.xl. annos ante destructio-ctionẽ templi secũdi in quo tempo-re cessauit ex toto eorũ potestas seu iurisdictio eo q tunc tpis interfecit herodes omnes rabinos seu magi-stros illius collegij ꝑut habetur in libro cãhedri hierosolymitano in.c. de iudicijs pecuniarum. Item habetur in libro abundasar.c.j. vnde pro tunc ꝓprie fuit ablatum non solum sceptrum de iuda: sed etiam scriba de filijs eius: quod quidem tempus concurrit cum tempore passionis iesu christi domini nostri: qui ẽm omnes per.xlij. annos ante destructionem templi secũdi fuit passus sicut regnu3 herodis qui fuit alienigena in cuius tempore titul⁹ regius a toto genere iudeorum fuit ablatũ fuit valde ꝓpinquum tempori natiuitatis christi iesu. Ex qbus patet q tẽpore herodis vt dictum est in quo tẽpore verus messias venit ex toto sceptrum iuda fuit ablatum ⁊ ꝓphetia adimpleta. ¶ Et si forte dicat iude⁹ q in p̃dicta responsione videnꝭ assignare duo tempora. sc3 quãdo ablatum fuit sceptrum iuda herode regnante qui alienigena erat. Et tpe quando ablatus fuit dux seu scriba de filijs eius quod vt dictum est fuit impletum quando herodes occidit rabinos seu magistros legis qui dicebantur canhedrin qui non videntur fundare in aliqua auctoritate autẽtica: nec cõcordare verbis patriarche supradicti iacob: cum ipse non assignauerit duo tempora: sed tãtu3 vnum dicens donec veniat qui mittendus est scilicet messias secundu3 quod dicunt christiani ⁊ scd̃m translationem chaldaica3. Respondetur scd̃m hystorias thalmudicas quas iudei tenentur tanq̃ autenticas habere duo fuerunt ablata de tribu iuda in diuersis temporibus licet non multum abinuicem remotis: vnum est sceptrũ regni: quia herodes ascalonita cum esset non solum alienigena: sed etia3 seruus de domo machabeorum ⁊ de facto regnasset in iudea ⁊ hierusalem. Idcirco timens q cũ regnum ei non competeret de iure eo qd̃ legitur Deutero.xvij.capi. de medio fratrum tuoru3 pones super te regem nec poteris ponere super te alienigenam posset pro tempore aliquis consurgere de stirpe dauid ⁊ eum de regno expellere. Ideo interfecit omnes quos potuit habere de genere regio in q̃ occisione ablatum fuit sceptrum de iuda presertĩ secundum estimationem populi cõmunem: ⁊ ipsius herodis qui credebat nullum de stirpe regia in iudea remansisse. Sed sceptro ablato modo predicto adhuc remanebant canhedrin: qui dicuntur doctores seu scribe qui residebant sub herode sicut alias residebant sub regibus seu ducib⁹ israeliticis s3 postea fuerũt ab herode interfecti cãhedrĩ oẽs ⁊ tũc ꝓprie fuit ablat⁹ scriba de filijs

iuda que omnia supradicta in libro qui dicitur babraca.c.i.et in libro cā hedrin hierosolimitano et in libro abodasera super allegato habentur Patriarcha igitur Jacob spū dei ista precognoscens proprie pdixit. non auferetur sceptrum de iuda in hoc assignans primam ablationem predictā ad titulū regium ptinētē. Consequenter dixit et scriba de filiis eius in hoc presignans secūdā ablationem canhedrin predictam. Que quidem duo in diuersis temporibus contingerunt ab herode seu herodianis. ¶ Et attendendum q de prima ablatiōe sumus certificati per hystorias thalmudicas preallegatas non tamen de tempore quo contingit per eas certificamur. Per hystorias autem nostras scilz euangelicas certificamur nō solum de occisione sed etiam de ipsius tēpore. tradūt enim herodem occidisse quos cūq potuit in bethleem a bimatu et infra et hoc cum natus eēt iesus in bethleem iuda. Mathei.ii. De secunda vero occisione.s.canhedrin et de tempore quo contingit sumus certificati per hystorias in libris preallegatis quod fuit per.xl. annos ante destructionem templi secundi. Et sic patet ex predictis q non fuit ablatum sceptrum de iuda per herodem nec dux seu scriba de filiis eius modo predicto donec venit messias vt predictum est. hec ex predicto dyalogo magistri Pauli vbi supra.

¶ Contendit iudeus probare q iesus non est verus messias quia in eius aduentu non venit in nubibus celi.



Vicesimū argumentū iudeorū ē acceptū ex illo qđ habet Daniel. vii. aspiciebā in visu noctis et ecce in nubibus celi quasi filius hois veniebat etc. Et sm oēs doctores catholicos loquit ibi de aduentu xpi. sed iesus nazarenus nō venit in nubib9 nec in tali potestate qualis ibi describit ergo nō fuit xps. ¶ Rñdet hic nicolaus de lyra q scriptura loquit de duplici aduētu xpi.s.in mundum et ad iudicium. Prim9 aduentus xpi describit cū humilitate. et secūdus cū maiestate. Daniel aūt loquit de secundo aduētu. Unde ibidem dicit. Aspiciebā donec throni positi sunt et sequit ibidē. iudicium sedit et libri aperti sunt. Judei autē excecati nesciunt hunc duplicē aduentū distinguere et ideo errāt multipliciter qr aliqui expectāt xpm in aduētu suo statim apparere in tāta virtute et potestate q possit sibi oia terrena subiicere et eos liberare et regnum suū restituere. ppter quod et discipuli christi post ei9 resurrectionem qrebāt. Actuū.i.c. Dñe si in tēpore hoc restitues regnū israel etc. Alii autē ppter scripturas q manifeste loquunt de xpi hūilitate et passione et ppter illas q loquūtur de ei9 eminentia expectāt duos messias. vnum q dicit filius Joseph et iste passurus est et occidēdus. Alius q dicitur filius dauid q messiam filiū Joseph resuscitabit et regnū israel restaurabit. sed illud dictū de scripturis nō hz auctoritatē. licet enim plures dicti sunt messie siue vncti quod idē ē participatiue vt dauid et

saul et alii predicti nullus tamen dicitur in scriptura venturus ad salutem populi nisi vnus. Item istud dictum propter quanto habet apparentiam impletum est in xpo qui fuit filius Joseph putatiuus et sic vocatus vt patet in euangelio. Est etiam filius dauid secundum carnem sicut patet ex predictis.

¶ Contendit iudeus probare quod iesus non est verus messias quia adhuc manet regnum romanorum.



Vicesimumprimum argumentum iudeorum contra xpm sumitur ex quarto regno quod nominauit daniel. in.c.vii. Super quo sicut dicit magister alfonsus conuersus in libro bellorum ti.xiii. Aliqui glosatores iudeorum dixerunt quod illud quartum regnum est regnum romanorum ex quo arguunt quod adhuc non venit messias quia vident regnum romanorum stabile et ipsi vocant xpianos romanos ex nomine ciuitatis romane que caput est regni sui ibi est sedes pape et caput ecclesie. Et tenent iudei quod rex messias habebat venire in fine regni xpi cuius regnum sempiternum erit vt patet cap.eodem et quia credunt quod gens romanorum est gens edom.et. quia Julius cesar fuit de edom et sic alii omnes reges qui fuerunt post eum in roma. Iungunt etiam cum hoc prophetiam Jeremie Trenorum.iiii.gaude et letare filia edom: que habitas in terra hus: ad te quoque perueniet calix inebriaberis atque nudaberis completa est iniquitas tua filia syon non addet vltra vt transmigret te. Ex omnibus his inferunt iudei quod non debebant redimi completa receptione postquam scilicet nulla captiuitas sequeretur quousque fieret contritio et destructio illorum de edom. quos ipsi dicunt esse romanos qui seruant legem iesu nazareni. Et super predicta auctoritate Jeremie dicit rabisalomon quod ibi Jeremias prophetat destructionem romani imperii eo quod destruxit templum et captiuauit populum iudeorum tempore tyti et vespasiani. et sic per filiam edom intelligunt romam seu populum romanum cum dicitur gaude et letare filia edom: quasi dicat istud gaudium quod habuisti in destructione ciuitatis et templi in tristiciam conuertetur. quia ad te veniet calix vindicte diuine. Quia ergo nondum est destructum romanum imperium. ideo dicunt quod nondum messias venit. et istud argumentum est inter cetera in quo magis se firmant iudei expectantes quotidie destructionem romani imperii. quo facto dicunt statim messiam venire et ideo quotidie orant pro destructione romani imperii et presertim pro destructione ecclesie xpi et discipulorum eius. vt patet per quandam orationem que quotidie ab eis dicitur in suis synagogis in qua inter quedam alia expresse dicitur. Omnes heretici subito pereant que verba rabisalomon et rabi moysen et ceteri sic exponunt. Isti heretici sunt discipuli nazareni. Ad istud argumentum respondetur secundum predictum magistrum Alfonsum eodem libro et ti. Primo declarandum falsum esse romam siue populum romanum esse filiam edom pro eo quod regnauerit super eos homo qui fuit de edom sicut ipsimet iudei non vocantur romani nec edomite ex eo quod regnauit super eos herodes qui fuit

de gente edō ꝛ de terra rome. Itē qꝛ edō alio noīe dict⁹ ē esau. Gen̄.xxv. et sic edō descendit de sem filio noe per Isaac cuius filius fuit esau. Tota enim europa in qua est roma dicit populata fuisse a filijs Japhet ꝓpter quod nō videt rōnabiliter dictum ꝙ p edō significet romanū imperiū. Sepe eñ accidit ꝙ diuersa loca eodē noīe noīant ꝓpter quod multi decipiunt exponētes de vno quod de alio itelligit. verbi gratia. certum est ꝙ terra edō fuit ad ptē meridionalē versus mare andalusie p quā filij israel trāseūtes p desertū cū exierūt de egypto venerūt ꝛ in eadē terra edō fuit mons synai et mons or. vbi mortuus est aaron. ꝛ ibi erat frācia quā dicūt iudei in hebraico carphat que nomiat in terra edō in ꝓphetia abdie vbi dicit trāsmigratio exercitus huius filiorum israel oīa loca chananeorꝫ vsqꝫ ad sareptā. littera hebraica hꝫ vsqꝫ carphat in qua stetit helyas quādo dixit sibi dn̄s. surge ꝛ vade in carphat que est in sydone. et iterū surrexit ꝛ fuit in carphat. Et patet manifeste ꝙ p hoc quod dicit carphat que ē in sydone in terra de edō dat intelligi ꝙ est alia carphat alibi sita ꝛ ista est regnū frācie quod est ad aquilonē. ecce ergo habemus vnam frāciam in terra edō. Itē hispania que dicitur in hebraico capharat et de qua dicitur abdie. in. c. eo. infra transmigratio hierusalem que est in buffro littera hebraica dicitur capharat. erat etiam prope illaꝫ franciam que dicebatur carphat. que erat in sydone in terra edō in qua hispania siue capharat mortu⁹ fuit antipas fili⁹ herodis in vinculis tiberij cesaris ſm ꝙ dicit iosephus ꝛ sic vocauerūt aliqui sapientes hispaniā terre edō in quo dederunt intelligi ꝙ non est illa hispania que vocatur in parte andalusia ꝛ que ꝓpinqua alteri frācie que est ad partem septētrionis que non est de terra edō. Inuenitur enim scriptum in libris erarij egyptiorum ꝙ terra andalusie fuit vocata hispanie nomīe primi regis quo habuit hoc nomen hyspan: quia venit de hispania que est in terra edō. Sic etiam dicendū de roma que in hebraico dicitur bosra que est terra edō ſm illud Isa. lxiij. Quis est iste qui venit de edō tinctis vestibus de bosra est vltra mare prope terram israel. Et dicit in libro zorobabel ꝙ bosra erat magna ciuitas niniue. et sic non est ista roma in qua est apostolicus quia illa roma que in terra edō iam fuit deserta quando fuit destructa babilonia: quia edō et moab et ammon ꝛ multe alie gentes venerunt cum rege babylonie ad destruendum israel ꝛ ideo reperierunt penam cum eo. ¶ Dico ergo respōdēdo sicut dicit Nicolaus de lyra. ꝙ p filiā edō intelligitur ipsa ydumea ab ipso esau ꝓut dictus est edō denominata. ꝛ inuehit hic specialiter propheta contra ydumeos qui debuerant diligere filios israel eo ꝙ descendebant a duobus fratribus vterinis. s. iacob et esau. et ipsi magis econuerso habuerunt eos odio et in destructione hierusalē fuerunt cum chaldeis vt dictum est gaudētes de illa destructione. Ideo dicit in auctoritate. gaude et letare filia edō. quasi dicat. ista leticia tanꝙ in

iusta in tristiciam conuertetur que habitas in terra hus. ista hus nõ est illa de qua natus fuit iob. vt habetur iob.i. sed illa eiusdem nominis ciuitas in regno ydumee: quia sicut dictum est frequenter in scriptura reperitur ꝙ due ciuitates ⁊ loca in diuersis posita eodem nomine equiuoce nominantur. ¶ Judei moderni dicunt ꝙ inuenerunt in quadam glosa chaldaica ꝙ grecia est terra hus. Constantinopolis vero filia edom et quia predicta ciuitas est capta a turcis. Dicunt ꝙ iam est completa iniquitas filie syon ⁊ sic nunc expectant messiam venturum. Istud etiam est falsum scilicet ꝙ hus sit grecia et consequenter alia. ꝙ probatur sic: quia vt scribitur Genesis capitulo. xxij. nunciatum est abraham ꝙ melcha filios genuisset nachor fratri suo hus primogenitum et buz fratrem eius chamuelq́ʒ patrem syrorum et sunt tres prouincie coniuncte denominate ab istis tribus fratribꝰ. Caput terre hus fuit reblata que postea fuit vocata antiochia et iste prouincie sunt remote a grecia vltra. xxv. dietas. ⁊ sic consequenter patet ꝙ grecia non est hus. Item caput grecie est constantinopolis. et iudei in suo hebraico vocant greciam yenam ⁊ sic non possunt dicere ꝙ yenam est terra hus sm ꝙ declarant predictam prophetiam. ⁊ sic patet manifeste falsuʒ cũ dicant ꝙ constantinopolis ciuitas est terra hus et discurrentes per deuia quecũq́ʒ retorquentes textꝰ scripturarum facti ceci dixerunt terminum signatũ adimpletionis huius pphetie in anno dñi. M.cccclviij. qui est sm eos a creatione mundi quinq́ʒ milia ducenti decem ⁊ octo. Unde dixit rabi abrahã filius rabi hya q̇ habitabat brachinone declarando in quodam libro quem fecit qui vocatur meglina a megala qđ interpretatur littera discooperta ꝙ messias debebat venire anno a creatione mũdi quinq́ʒ milia cẽtum decem et octo quem numeruʒ ipsi ponunt in cõputo litterarum sui Abecedarij numerando quia ⁊ cũ venit predictuʒ tempus inuenerũt falsuʒ dictum illius. Et ideo dicũt moderni iudei ꝙ ille errauit: qꝛ vbi posuit quia debuit ponere ria que facit in numero ducenta decem et octo. qꝛ q. vel cof quod idem est in suo alphabeto facit centum: et ria quod idem est ꝙ. r. vel res facit ducentos ⁊ cuʒ iste sit annus vt dictum est sm cõputum eorum a creatione mundi quinq́ʒ milia ducenti decem et octo. Jdẽ affirmabant venturum esse messiaʒ anno predicto quod patuit et patet esse falsum. Unde bene dixit de eis dauid. In circuitu impij ambulãt. sicut bestie molẽdini oculis velamine coopertis que nihil aliud inueniunt de sero quando cessant ambulare in profectu vie quam quando inceperunt. patet ergo falsitas istius expositionis ꝙ grecia sit terra hus et constantinopolis filia edom sed secundum veritatem vt dictum est filia edom et regnum ydumee ab eodem denominatum et hus est ciuitas in eodem regno quod regnũ dr̃ habitare in terra hus qꝛ illa terra ẽ famosa in regno illo cuiꝰ metropolis siue caput erat reblata. s. ãtiochia. ¶ Sʒ dicet hic forte iudeꝰ

et quo filia eodem est regnū ydumee
et tu xpiane dicis q̄ ista ꝓphetia est
cōpleta quando ergo fuit completa
inebriata et nudata. Responsio q̄ il-
la prophetia īpleta fuit tempore re-
gis hircani qui fuit potētior rex ma
chabeorꝫ q̄r tunc fuit destructa tota
terra ydumei et eduxit. xxx. milia illo
rum quasi captiuos qui custodierāt
muros hierusalem: et dicit Josephus
q̄ in illā die facta fuit magna leti-
cia: q̄r. s. fuit destructa et punita tota
terra ydumei. Et dicit hic rabi vsua
filius leui glosando sup̄ hoc passu
q̄ illa die fuit facta maior leticia in
templo q̄ vnq̄ fuerit facta. Dicendo
q̄ beth seau terra sua et oēs alie terre
ydumee que non fuerant subiugate
subiectioni tempore Josue nec alio
rum iudicuꝫ nec in tempore regum
israel et iude fuerunt victi et captiua
ti tempore huius regis hircani: et di
cit q̄ in illa die completa fuit ꝓphe-
tia abdie ꝓphete vbi dicitur ascen-
dent saluatores in montem syon iu-
dicare montē esau et erit domino re-
gnum. Et dicit etiam Josephus q̄
illi de edom filij esau conuersi sunt
ad iudaismū tempore predicti regis
hirchani et fuerunt circūcisi et non re
cesserūt ab eis tempore tyti et vespa
siani: sed q̄ semper manserunt iudei
deinceps. Et ideo fuit rememoratū
peccatum iudeorꝫ filiorꝫ esau et ceci-
derunt in captiuitatem quando fuit
cōpleta iniquitas filiorū iuda qui p̄-
manserunt iusti in aduentu messie ie
su nazareni s̄m q̄ ꝓphetauit Jere-
mias vbi supra dicens: completa est
iniquitas tua filia syon non addet
vltra vt transmigret te: visitabit ini
quitatem tuam filia edom et non in
uenitur gens malicie que sit in ira
dei tanto tempore s̄m q̄ dictum fuit
de edom nisi iudei ꝓpter quos fuit
dictum q̄ semper deberēt esse in ira
dei. Et ideo coniunxit deus has duas
gentes. s. edom conuersorum et iudeo
rum qui debebant perdi et semper eē
in ira dei sicut dixit Jere. in. c. vj.
Cadent inter corruentes tēpore visi
tationis sue corruent dicit dominus
et fuit ꝑdita memoria nominis edō:
et mansit memoria nominis iudeorū
quia illi de edom conuersi fuerunt
ad legem iudeorum. Et quia inueni
mus edom bis punitum esse: primo
in tempore nabuchodonosor ante ꝓ
phetiam malachie. Secundo post ꝓ
phetiam malachie tēpore regis hir-
cani. De prima fuit dictum Mala-
chie primo: q̄ si dixerit ydumea de-
structi sumus: sed reuertētes edifica
bimus que sunt destructa: hec dicit
dominus exercituū isti edificabunt
et ego destruam quia dixit destructi
sumus sicut si esset iam preterita il-
la punitio quā primo habuerunt tē-
pore nabuchodonosor secūduꝫ q̄ di-
cit etiā. c. eo. esau aūt odio habui et
posui seyr montes ei᷒ in solitudinē
et propter eum etiam dixit in ꝓphe-
tia abdie: legatum ad gentes misit
surgite et consurgamus aduersus eū
in prelium: quod dixit de futuro pro
pter secundam punitionem quam
debebant habere tempore hircani
regis et propter ipsum dixit in pro-
phetia abdie: et erit dominus iacob
ignis: et domus Joseph flamma: et
domus esau stipula et succedentur
in eis et deuorabunt eos: propter q̄d
intelligitur q̄ non debebant illi de
edom habere destructionem tertiaꝫ

quia in secunda debebant esse in ira dei in perpetuum cum aliis iudeis consociis eorum qui simul permanserũt tempore tyti. ¶ Et dato ꝙ adhuc regnum romanorum esset de numero illorum quattuor regnorum de quibus dicitur in libro danielis vt in argumento fuit dictum ⁊ ꝙ romani essent regnum edom quia regnauit super ipsos romanos homo qui fuit de terra edom non sequitur ꝙ est hoc per vim habet dici ꝙ quia adhuc illud regnum est stabile sicut cogitant iudei ꝙ propterea adhuc debet venire rex messias quia non fuit intentio prophetarum in destructione regni babylonie que fuit dicta in prophetia danielis ⁊ in ꝓphetia Ieremie ꝙ post septuaginta annos captiuitatis iuda nunꝙ amplius esset homo qui regnaret super regnum cazdym et super ciuitatem babylonie et terram circa iacentem: quia ille ciuitates et terre sue in suis locis permanserunt et si alique ville illarum fuerunt destructe nõ tamen omnes fuerunt deserte: et adhuc ille q̃ fuerũt deserte pro maiori parte omnes fuerunt populate. Sed intẽtio prophetarum fuit ꝙ non esset vltra super cazdym et super babylonem nec super suam terram aliquis rex qui esset de genere nabuchodonosor nec de gente sua. Item in tempore futuro regni medie erat intentio prophete ꝙ nõ esset vltra rex qui eẽt de genere darij nec de gẽte sua. Itẽ in tempore quo fuit postea regnum ꝑsie erat intentio prophete ꝙ non esset amplius rex de genere tyti. nec de gente sua. Item in tempore in quo habebat esse regnum Ianam id est grecie erat intentio prophete ꝙ non esset vltra rex de genere alexandri nec de gente sua et similimodo tempore quo in futurum deberet eẽ regnum romanorum ſm ꝙ ipsi dicunt deberet esse intentio prophete ꝙ non haberet ibi amplius esse rex de genere Iulij cesaris primi: et Bay et Tyti. nec aliorum qui crediderunt in eorum fidem. Et quo ergo reges romanorum non credunt modo in fide Iulij cesaris Bay nec Tyti quia ipsi seruiebant ydolis: ⁊ etiã quia Constantinus cesar dimisit regnum romanorum seruis iesu nazareni et apostolicus qui est dominus Rome non fuit vocatus deinde cesar nec venit de genere cesaris: oportet necessario dicere ꝙ iam transierunt omnia illa regna dicta in libro danielis excepto regno iesu nazareni veri messie quod firmissime durat et habet durare sine fine. Et ideo oportet dicere necessario ꝙ iam venit rex messias qui venturus erat tempore illorum regum: et ꝙ iam receperunt iusti transmigrationem et tribulationem qua debebant recipere quando finita essent illa quattuor regna secundum ꝙ dicitur danielis. xj. populus autem sciens deũ suum obtinebit: et faciet et docti in populo docebunt plurimos: et ruent in gladio et in flama et in captiuitate et in rapina dierũ. Sequitur et de eruditis ruent vt conflentur et eligantur et dealbentur vsꝙ ad tempus prefinitum: receperunt etiam mali et peccatores de israel finem captiuitatis perpetue sicut dicitur Danielis. vij. vsꝙ ad consummationem et finem durabit de-

solatio et iterum capi. eodem: an ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo et finis erit vastitas: et post finem belli statuta desolatio: et hoc est quod debebat esse in aduentu messie: scilicet quod finem acciperet peccatum et deleretur iniquitas et adduceretur iusticia sempiterna et sic vngeretur sanctus sanctorum vt patet in capitulo eodem clarissime. ¶ Ergo patet sicut sol lucet ex omnibus istis predictis falsam esse expositionem iudeorum in prophetia Iere. supradicta: et in prophetia abdie. quibus se fundant multum iudei expectantes destructionem imperii romanorum et tunc aduentum messie et quomodo etiam falsum est quod christiani descedunt de edom: sed quod ipsimet iudei sunt illi de edom qui fuerunt conuersi et ipsi qui mali sunt et peccatores simul cum eis receperunt punitionem perpetuam in qua nunc sunt et erunt vsque ad finem: et quod christiani sunt filii syon et boni iudei qui conuersi sunt ad christum in quibus completa fuit iniquitas id est in quibus iam cessauit peccatum et captiuitas et imperpetuum erunt liberi sicut patet in predicta prophetia. Iere. quia illis de edom conuersis et aliis iudeis negantibus christum dicit propheta. ad te quoque perueniet calix. i. pena diuine vltionis inebriaberis. i. ad penam punieris atque nudaberis. s. honore et aliis bonis sicut manifeste factum est per tytum romanorum principem. ¶ Sed et de bonis iudeis qui receperunt iesum christum verum messiam qui dicuntur filii syon. Dicitur in textu. completa est iniquitas tua filia syon. scilicet in aduentu christi quia amplius populus ille syon credens in xpm non fuit subiectus alicui captiuitati loquendo de totalitate populi sicut ter iam factum est de populo iudeorum. Ideo dicit non addet vltra vt transmigret te: scilicet a libertate in seruitutem. Sequitur de malis iudeis filiis edom. Uisitabit iniquitatem tuam filia edom eam: scilicet iuste puniendo discooperuit peccata: scilicet penam manifestam omnibus inferendo quia publica est eorum captiuitas et seruitus in toto mundo vbicunque sunt iudei siue inter sarracenos sunt captiui et in abhominatione habiti. Patet ergo solutio ad argumentum iudeorum que aliquantulum dilatata fuit propter magnam vim quam faciunt iudei in eodem.

¶ Contendit iudeus probare quod iesus non est verus messias quem xpiani affirmant ipsum esse deum.



Uicesimumsecundum argumentum iudeorum est ad probandum christum non esse deum sicut christiani affirmant. Arguunt autem sic scriptum est Exodo. xx. non assumes nomen dei tui in vanum. In vanum nomen dei assumit qui hominum nomini cultum diuinitatis attribuit. Nam vanitas est omnis homo qui hominem deum credit et deum appellat homini nouum cultumque diuinitatis ascribit. Item in psal. scriptum est non erit in te deus recens neque adorabis deum alienum. Item in lege scriptum est quod qui fecerit se deum occidatur: nullus ergo homo est

deus. Mirum ergo est quomō xpiani ausi sunt iesum nazarenum nominare deum etiā concesso ꝙ esset messias cum sacra scriptura sit in oppositum vt dictū ē. vel si dicant ꝙ messias debet esse deus: ostendant christiani. Unde in sacra scriptura talis assertio potest notari. ¶ Licet tamen in primo libro sit sufficienter declaratum quadruplici examine ꝙ iesus christus est verus filius dei et consequenter verus deus quia tamē iudei petunt auctoritates sacre scripture. Ideo in presenti duo sunt fiēda. Primo soluetur argumētum Et secundo assignabuntur auctoritates expresse ad propositum ostendēdum ¶ De primo ergo dicitur ꝙ nomen dei assumeretur i vanum si alicui puro homini attribueretur: sed si attribuitur alicui qui nō sit purus homo sed verus homo et cum hoc etiam sit verus deus tunc non assumitur in vanum: talis est iesus dominus noster qui nō tantum homo sed etiā verus deus affirmatur: et sic deus ⁊ homo vnus est christus: nec est recens vel recenter deus qui eternus est et ab eterno deus: nec ipse se facit deum quia substantialiter est deꝰ Ille enim facit se deum qui fingit se esse deum cu3 non sit: nec est deus alienus quia vere est deus: dīj vero gentium alieni dīj dicuntur quia nū cupantur dīj. ¶ Circa secundum: tollent iudei velamen de cordibus suis legant sacras scripturas quas et non alias pro presenti allegare intendo que communiter non solu3 secundum catholicos doctores: s3 etiā ꝭm antiquos hebreorum rabinos de messia exponuntur. Et primo quidē abraham pater fidei nostre adducit in medium: qui accepta promissione ꝙ in semine suo benedicerentur omnes gentes: intelligens ex hoc deu3 nasciturum secundum carnem humanam ex genere suo cum esset senex et dierum multorum vocauit ad se seruum seniore3 domus sue Gen. xxiiij. et dixit ei Pone manum tua3 subter femur meum: vt adiurem te ꝑ deum celi et terre: vt non accipias vxorem filio meo de filiabus ⁊c̄. Cū enim sit consuetudo apud colentes deū ꝙ iurans ꝑ deū ꝑstat manū sua3 sup aliqd habēs specialē relatione3 ad ipm propter qd Exod. xxij. dicit ꝙ qū aliqs iurabit applicabitur ad deos nullomō pater abraha3 fecisset manū serui sui poni subt ꝑpriū femur quando iurabat per deum celi nisi specialiorem relationem haberet femur suum ad deum ꝙ alia mēbra corporis sui qd quidem veru3 est inquantum illa pars specialius ordinatur ad actum generationis per quem ꝙtum ad matrem de genere abrahe nasciturus erat xp̄s. ¶ Secundo potest adduci illud. Isa. ix. paruulꝰ natus est nobis ⁊c̄. Sequit et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis. paruulus dixit quia verus homo: admirabilis ⁊c̄. quia verus deus. Hec enim nomina omnia non videntur alicui posse competere nisi sit deus. ¶ Tertio potest adduci illud Isa. xxv. Et dicit in illa die: ecce deus noster iste: expectabimꝰ eum: ⁊ saluabit nos. Super quo dicit venerabilis petrus alfonsi in suo dyalogo ti. viij. hunc certe versum aliter non curamus expla

nare q doctores vestri illū dudū ex-posuere: p illū nāq docuerūt ventu rū fore tēpus quo et mūdus dnm esset visurus: et digito sibi adinuicem po pulus ostēsurus hoc vero fieri nulla tenus posset nisi hō fieret quis et de? hec ille. ¶ Quarto pōt adduci illud Esa. li. posui verba mea in ore tuo: et in vmbra manus mee ptexi te: vt plā tes celos et fundes terrā et dicas ad syon populus meus est tu siue plāta tio celoꝝ siue fundatio terre accipia tur spūaliter siue ad litterā: certum est q talia nō possunt verificari nisi de illo qui est deus: xpi em humani-tas pmittit cū dicitur: posui verba mea i ore tuo: ita em dixerat domin? moysi vt habet Deutro. xviij. pphe-tam suscitabo de medio fratrū tuo-rum similē tui et ponā verba mea in ore eius q verba eius que loquetur in noie meo audire noluerit ego vl-tor existā. Istud aūt nō pōt intelligi de iosue: nec de aliquo q fuerit sub lege mosayca: q et vltimo capi. eiusdē libri dicitur. Nō surrexit vltra pphe ta in israel sicut moyses: sed verifi-catur de xpo qui fuit sibi filiis inquā tū dedit legē sicut patuit supra li. i. in apertioue tertij thesauri: s3 post ea tangitur eius diuinitas cum ad-dit vt plantes celos et fundes terrā et c. Ita em pmiserat se personaliter venturum. Eze. xxxiiij. Ecce ego visi tabo oues meas sicut pastor visitat gregem suū. Differentia est inter do minum et pastorem: tunc em domin? ouium est pastor earum quando im-mediate nō p alios sed per se pascit eas. In veteri testamento deus erat solum dominus et mittebat pastores suos ad pascendum oues qui dice-bant hec dicit dominus sed visitans sicut pastor gregem suum nobiscum est domin? Esa. lij. Ecce ego qui lo-quebar in veteri scil3 testamento: as sum in nouo. ¶ Quinto adducitur alia auctoritas Esa. in ca. xl. que non minus confirmat propositum. Re-uelabit gloria domini et videbit om nis caro pariter quod os dñi locu-tum est: potest quippe vox rei spūa-lis audiri sicut filij israel vocem do mini audierunt in monte synai: lo-quentem vero non videbis nisi fue-rit res carnalis. ¶ Sexto introdu-citur auctoritas baruch in tertio. c. vbi inquirens in toto cap. que sit ve ra sapientia et qui adinuenit eā sub dit: hic est deus noster et non estima bitur alius ante illū hic adinuenit omnē viam discipline et tradidit eā Iacob puero suo et isrl' dilecto suo: et post hoc i terris visus est et cū homi-nibus conuersatus est. Certū est q deus sm diuinitatem videri non po test quia dicitur Exo. xxxiij. non vi-debit me homo et viuet: non poteris videre faciem meā: nec etiam con uersatur cum hominibus inquantū est deus vt dicitur Dañ. ij. immo con uersatio ppie est inter illa que sunt eiusdem speciei. Et ideo ista verifi-cantur de deo secundum naturam as sumptam. ¶ Septimo hanc dupli-cem naturam ostendit Micheas in c. v. dicēs: et tu bethleē effrata puu-lus es in milib? iuda ex te em egre-dietur qui sit dñator in israel. et egres-sus eius ab initio a diebus eternita tis eius. Nam egressus christi s3 hu manitatem debebat fieri in bethleē s3 egressus a diebus eternitatis nō potuit esse nisi secundum diuinita-

tem. de quo egressu dicitur Esa. liij. generationem eius quis enarrabit. Super predicto etiam verbo petr9 alfonsi in suo dyalogo titu. viij. pulchre loquitur dicẽs. Hoc quippe qd est ex te mihi egredietur qui sit dnator in israel ẜm corpus dictũ est ẜm ꝙ princeps ille adventurus erat in tpe. Quod autez sequitur ⁊ egressus eius ab initio a dieb9 eternitatis ꝑpetuitatez insinuat deitatis: hoc em̃ diuinitati attribuitquod homini puro non conuenit: hec ille. Ista ẜm ꝑdestinationez non possunt esse dicta tum qꝛ significatum vocabulorũ hoc non patitur: tum qꝛ nimis insciẽter loquerentur ꝓphete ita studiose ad laudandum messiam per ea que non magis competunt sibi ꝙ̃ lapidi.

¶ Octauo dauid in ps. xliiij. dicit. Sedes tua deus in seculum seculi virga directiõis virga regni tui. Dilexisti iusticiaz ⁊ odisti iniquitatem ꝓpterea vnxit te deus de9 tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Eũ hoc inq̃ dicit: eum ad quem loquitur deũ esse ⁊ hominẽ ostendit dicens enim. Sedes tua deus in seculũ seculi virga directionis virga regni ⁊c. nunqd non manifeste eum appellat deum. Deinde cũ dicit. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatem ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ad hominem eum loqui percipimus neq3 em̃ vel deũ vel consortem habet deus. Item dauid in ps. Deus iudicium tuum regi da qui ad litteram etiam per doctores hebreos exponitur de christo i lege promisso dicit ⁊ permanebit cum sole ⁊ ante lunaz in generationem ⁊ generationem: ⁊ sit nomen eius benedictum in secula ante solem permanet nomẽ eius. Et illud: ⁊ adorabũt eum oẽs reges oẽs gentes seruient ei. Uideamus inq̃ si de puro homine dicta sunt hec omnia: ⁊ patet manifesta ꝙ nullo modo conueniunt nisi soli deo: ergo sequitur ꝙ christum confiteri debemus esse hominem ⁊ deũ. Quod etiam dauid spũ reuelãte cognouit ⁊ miracula que facturus erat preuidit. Ideo huiusmodi finẽ psalmista fecit psalmũ. Benedict9 dominus deus israel qui fecit mirabilia solus: ⁊ benedictum nomen maiestatis eius ineternũ: ⁊ replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat: vidisti ergo iudee ꝙ̃ clare ex factis scripturis patet ꝙ messias in lege ⁊ prophetis ꝓmissus verus deus et verus homo eẽ debeat: quare merito iesus nazarenus quem verum messiam supra ostendimus verum deum ⁊ veruz hominem confitemur. ¶ Et vt amplius perfidia iudaica cõfundatur tribus rationibus ostendaz sicut deducit magister Bernardus oliuerij in suo tractatu contra cecitatem iudeorum. c. viij. Quarum prima talis est. Ille homo vere erat deus cuius pena temporalis sufficienter satisfecit ꝓ peccatis totius populi. Sed mors christi plene deleuit oĩa peccata: ergo christus vere est deus. Maior patet. qꝛ sufficientem satisfactionem pertinet ꝙ pena respõdeat culpe: culpa aũt que est pctm̃ mortale ẽ infinita eo ꝙ cõmittit̃ contra deum infinitũ. Uidemus em̃ eũdẽ actũ eẽ culpabiliorẽ ⁊ grauiorem cõtra insigniorẽ ⁊ maiorẽ ꝑsonã cõmissum ꝙ̃ contra ignobiliorẽ vel inferiorẽ. Si ergo ad augmentum obiecti sequit̃

augmentum culpe: cum deus exce-
dat omnem personam in infinitum
culpa commissa directe cōtra eū qua
lis est quodcūq; peccatū mortale in
quo formaliter est auersio a deo dicē
da est infinita. ergo pena p tali cul-
pa debet eē infinita: sed nulla pena
que non durat in infinitū potest eē
infinita nisi sit in supposito infinito
vt sic finiret pena ex subiecto sicut
culpa ex obiecto. Pena igitur tēpo-
ralis sufficienter satisfaciens p quo
cunq; pctō mortali necessario est in
supposito infinito: sed suppositū in
finitum est nullum nisi diuinū: ergo
vera est prima ppositio q cuius pe-
na temporalis sufficiēter satisfecit
p oībus peccatis vere est deus. Sz
minor patet Esa. per totum. liij. capi
tulo vbi dicit vere lāguores nostros
ipe tulit: ⁊ dolores nostros ipe por-
tauit ⁊ nos reputauimus ipm quasi
telligendi gratiam diuinitus inspiratam. quia si nō crederet donec intelligeret essꝫ possibile ꝙ ex difficultate legis nulla intellectio sequatur. et sic nec fidem nec fidei cōmodum quis haberet: ꝛ talis esset similis homini existi in mortis periculo propter famē et dabatur ei panis et comedere renuebat donec sciret prius instrumenta ad hoc necessaria et formas ꝛ talia huiusmodi. ꝛ erit possibile ꝙ antequā comederet moreretur ille debuisset comedere vt periculum euitaret et postea inquirere de supradictis. Et ideo sapientes dixerunt communes homines esse cecos ac ipsos esse itinerantes ligatos adinuicem quasi per funem ꝛ vnum ducem perenium habentes quem licet non videant incedūt tamen via recta ipsos duce preuio dirigente. ¶ Et sic dico ꝙ ista dubia et alia cōsimilia sunt imaginati nō intelligentes nomina. quibus significatur messias apud catholicos et fideles. Nam aliquādo deus tm̄. aliquādo iesus christus solum. et vtrūqꝫ nomē deum significat. Nam xp̄s erat animal rationale mortale q̄tū ad humanitatem. et erat deus ex parte diuinitatis qui carnem humanāꝫ assumpsit. Et ista duo simul faciunt messiam in lege promissum ad redimendum genus humanum. Et sicut in deo est vna essentia et tres distincte persone sine augmento aliquo essentie vel diuinitatis: sic est ī messia vnum suppositum et tres substātie distincte. s. deitas anima rationalis. et corpus humanum. et ista tria faciunt vnum messiam. quia ex partibus hūanitatis solū nō poterat saluare vt in psalmo. Da nobis auxiliū de tribulatione q2 vana salus hominis: ꝛ aliquando vocabitur deus tantum: aliquando iesus tantū: ꝛ vocatur deus non ex parte humanitatis: ꝛ vocatur homo non ex p̄te diuinitatis sꝫ ex parte humanitatis: ꝛ corpus cum anima afficiunt hominem s̄m ipsius diffinitionē que est animal rationale. Aliquādo textus legis vocat eum nomine corporeitatis non nominādo animam vt Leui. i. qui obtulerit ex vobis homo: in hebraico dicitur filius adam. i. terra ꝛ non nominauit animaꝫ: ꝛ aliquando anima nominatur sine corpore. vt Exodi. xxi. dabit animā pro anima: ꝛ talia huiusmodi variare non nocet ex vno ad alterū ꝛ sic in euangelio aliquādo vocatur xp̄s filius hominis. aliquādo filius dei: vt diuinitas ꝛ humanitas in eodem homine demonstretur. ꝛ quādo vocatur iesus xp̄s in operibꝰ corporalibus illa referuntur ad humanitatem euoniam diuinitas inquantum diuinitas non suscipit ista accidentia corporalia. ¶ Et doctores xp̄iani dicunt ꝙ deus assumpsit humanitatem non humanitas diuinitatem: licet ista sit vera propositio. homo est deus. ꝛ deus est hō: ꝛ sic humanitas ad honorē altissimū exaltatur cū iūcta sit diuinitati. Accedet homo ad cor altum et exaltabitur deus: ꝛ si talia velint intelligere iudei istud debet sufficere pro responsione oīm dubiorꝫ in ista materia: ꝛ ad oīa argumenta que fecit iudeus in libro quē composuit contra fidem xp̄ianorum queꝫ nominauit librum litis dei vbi declarat multa īpossibilia esse in lege xp̄ianorꝫ ꝛ cōtra probatiōes prophe

tariu per ipsos inductas: et hoc est quia ipse non distinguit inter omnia ista supradicta ex parte diuinitatis vel humanitatis: et arguit contra illa que referuntur ad humanitatem ac si dicerentur de diuinitate. vt Esaie.lij. Ecce intelliget seruus meus. et loquitur de messia et dicit quomodo vocat eum deus seruum: et cum xpiani dicunt ipsum esse equalem diuinitati: et sic in alijs multis textibus et glosis vel eisdem adherentibus: et isto modo processerunt illa que scripta sunt in libro illo: et sic videtur quod argumentantes respondentes non erant multum profundati in lege christi et moysi: et non est vera disputatio: nec concordia inter christianum et iudeum nisi vterque sit sufficientissime litteratus et in lege sua prouide; profundatus aliter vtrique alterius dicta impossibilia viderentur. hec predictus doctor. Patet ergo quod si christo attribuimus esse in loco determinato quod conuenit corpori. non ei attribuimus vt deus: sed vt homo est. Licet deus vt deus non sit corporeus. ille tamen qui est deus et homo est corporeus non vt deus sed vt homo. Non est ergo impossibile christum qui verus deus est concedere eum esse corporeum et in loco determinato. cum talia ad ipsius humanitatem referantur vt satis late dictum est.

¶ Impossibile est quod tota diuinitas staret in vtero marie: quia tunc totus mundus fuisset priuatus diuinitate.



Nonum impossibile est. Vos xpiani dicitis quod maria concepit iesum nazarenum quem erat deus: et sic habetis dicere de necessitate quod tempore nouem mensium sue conceptionis in eius ventre fuit tota diuinitas vel pars diuinitatis. Vtrumque est impossibile quia si tota diuinitas in illis nouem mensibus fuit in eius ventre: sequitur quod totus mundus fuit priuatus diuinitate in illo tempore: et sic tunc non fuit qui moueret celum nec qui gubernaret mundum: et ista est magna fatuitas dicere illum quem totus mundus capere non potest concludi in vnius vtero virginis muliercule. Si vero dicant xpiani quod in illis nouem mensibus vna pars diuinitatis fuit in ventre marie: et alia in celo. ergo xpiani non debent ipsum vocari deum sed partem dei. ¶ Respondetur sicut supra dictum est quod quando nos xpiani nominamus xpistum cum illis que significant corporeitatem ista referuntur ad humanitatem: quia non recipit mutationem ex parte diuinitatis nec aliquod accidens corporale et sic in diuinitate non est partitio quam dixisti. Item cum res simplex et spiritualis non comprehendatur loco non potest dici de eo quod determinat sibi locum nec potest dici de eo intus nec extra quia iste sunt differentie loci: et deus nec est in loco nec sub differentia loci eo modo quo corpora sunt in loco et illa talis partitio non est nisi in corporibus. Res autem spiritualis infinita sicut non concludi potest loco. sic nec habet partes. nec inde potest sumi pars: quia si inde acciperetur pars posset minui et augeri. quia omnis pars est minor suo toto. et sic vna res infinita esset maior alia re infinita quod est impossibile secundum Aristo. et alios philosophos. iij. phisi. Item ista ratio partitionis est directe contra iudeos sic arguentes. Unde habetur exo. xxv faciantque mihi sanctuarium et habita

ho in medio eorũ. sed cuʒ dei gloria sit ꝑ totum mundum diffusa. quomodo erat possibile deũ eẽ inter duas tabulas sanctuarij. nõ eñ est magis inconueniens esse in vẽtre vnius virginis ꝙ inter duas tabulas sanctuarij. Item dixit tertius. Exod. xxxiiij. Cunqꝫ descendisset dominus ꝑ nubẽꝫ stetit moyses corã eo quomodo determinate nõ poterat esse alibi. Item Exod. xx. ca. In omni loco in quo fuerit memoria nois mei veniã ad te ⁊ benedicaʒ tibi. Et si ipsi⁹ memoria eẽt apud mille homines quo modo eẽt possibile venire ad oẽs mille in vno instanti in locis distinctis. quia si ad vnum veniret ad alterum venire non posset in eodem instanti. Et sic de necessitate isti iudei habent dicere istas ꝑtitiões nõ esse nisi in rebus corporalibus quia deus benedictus ex parte diuinitatis non determiat sibi locũ vt dictũ est et sic est text⁹ Hiere. xxiij. capi. Celum ⁊ terram ego impleo. Et vt dicit ꝑdictus magister Johãnes cõuersus libro de cõcordia legũ. ti. li. ca. xxvij. ꝙ dixerunt sapiẽtes super illo verbo Baruch. iij. O israel ꝙ magna est domus dei et ingens loc⁹ possessionis eius magnus et nõ habet finẽ excelsus et imensus q̃ dicit benedict⁹ de⁹ de loco suo et ipẽ est locus mũdi ⁊ mũdus nõ est loc⁹ su⁹. ¶ Itẽ dicũt ꝙ istõ vocabulũ seqna significat i hebraico ꝑñtiã dei ⁊ ꝑm chaldeũ vbi dicit̃ appuit deus dicitur appuit sequina dei qui est in oĩ loco et ꝙ non est ab eo locus vacu⁹. Item dixerunt ꝙ si duo homines sunt laborantes in lege: sequina est cum eis. Et sic xp̃s in euangelio dicit vbi duo vel tres sunt cõgregati in nomiẽ meo: in medio horuꝫ sum. Et sic dicunt sapientes thalmud nimis deus diligebat israel quia reuelat israeli in loco immundo et polluto ad redimẽdum eos. Et est simile de quodam sacerdote qui petebat panem sanctificatũ et cecidit panis in cimiterio vbi ipse intrare nõ poterat ꝑm legem suã et dixit q̃d faciã quia polluetur corpus meũ si intro pro illo pane cimiteriũ hoc non est cõueniẽs. Et ꝙ dimittã illũ panem sanctificatũ ibi nõ est etiã ꝯueniẽs. Melius est corpus meũ pollui vna hora et postea redibo et mundificabor ⁊ nõ dimittã panẽ sanctificatũ. Et scripsit alescãdal nomine aristotelis: ꝙ vera intelligẽtia opatrix est in omnibus corporibus licet sit per se sepata. Et ostẽditur ꝑ opa varia ⁊ distincta. et ipsa nõ recipit aliquam mutationem in se. Et sic dixerũt sapiẽtes thalmud ꝙ sicut deus replet mũdum ita anima replet corpus. et anima apparet in mẽbris distinctis corpis ꝑm diuersitatẽ mẽbrorũ naturalium actionũ et magis apparet in cerebro ⁊ in corde ꝙ in ossibus et in carne. nõ tñ dicit̃ de aĩa ꝑtitioneꝫ recipere. ¶ Et si iudei intelligere vellent ista spũalia vt ipsa sunt nõ ponerent istas impossibilitates in lege xp̃ianorum. Et lꝫ sint inter eos aliqui sapientes q̃ si intelligere possent nõ possunt ad hoc ducere seipsos propter malã consuetudinem ⁊ rebellionem in qua a pueritia sunt nutriti. vt ait Aristo. in methaphisica sua in rebus assuefactis et ꝑuitate virtutis. Posito ꝙ sit aliqua lenitas que informat imaginationem a

consuetudine nō possunt relinquere a pueritia vsitati. Supposito q̄ intelligant veritatem rei aliter se habere quāto magis iudei qui naturaliter est populus dure ceruicis et rebelles prout de eis dixit moyses Deutero.xxxi.c. Adhuc viuente me et egrediēte vobiscum semper cōtētiose egestis cōtra dominum: quāto magis cum mortuus fuero. hec ille.

¶ Et sic patet ad argumētū q̄ vere christus est deus et q̄ non fuit pars deitatis in ventre virginis et ps in celo. sed christus qui est totus deus: fuit in illo vtero virginco. Determinatio vero loci refertur nō ad deuz sed ad corp⁹ christi verū. nec ex hoc sequitur q̄ illo tempore nō esset qui moueret celum et regeret mundum cum ipse sit vbiq̄ inq̄tum de⁹: licet esset tūc in vtero virginis non per motum localem descendens sed per nouum effectum in virgine qui est cōiunctio diuine et humane nature sicut dictum fuit supra argumento xxiiij. quite ɔsideratiōis hu⁹ tercij.

¶ Impossibile ē q̄ in sacramēto altaris est verum corpus christi cū locutus sit christus signatiue et nō realiter dicens hoc est corpus meum.



Decimum Impossibile ē circa sacramētum corporis et sanguinis xpi. Dicunt enī iudei. Uos xpiani dicitis in illo sacramēto esse realiter corpus ⁊ sanguinē xpi hoc est impossibile. q̄z cū dixit vester xp̄s demōstrato pāe. h̄ ē corpus meum. significatiue locutus est et non realiter. ac si diceret. hoc est signuz vel figura corp̄is mei ſm quem modum paulus dixit. i. Cori. x. Petra autem erat christus. i. christi figura. et patet clarissime q̄ ista fuerat intētio christi vestri. quia cū de sui corporis cōmestiōe et sanguinis potatione loqueretur vt discipulorum scandalum quod abortum fuerat sopiretur quasi seipsum exponens dicit. verba que locut⁹ sum vobis spirit⁹ et vita sunt. quasi ea que dixerat nō ad litteram sed ſm spūalem sensum intelligenda essent. Et cum christus dixit hoc est corp⁹ meū tenens panem in manibus ītellexit q̄ ille panis erat corpus suuz in potentia propinqua. s. postq̄ comedisset illud quia tunc conuerteretur in corpus suum siue in carnem suam ⁊ similiter de vino. Et isto modo nos iudei facimus illa die azimorum q̄z accipimus panem azimuz in memoriam illius tp̄is: quādo educti sunt patres nostri de terra egypti et non fuit p̄missi ibidē remanere p̄ tm̄ tp̄s q̄ possit panis fermentari qui pascatus erat ⁊ dicimus iste est panis quē comederunt patres nostri. lz ille panis p̄ns non sit cum fuerit preterit⁹ et sic vt iste panis azimus rememorat panem egypti et iste panis non est ille sic iste panis de quo fit istud sacrificium in altari. Dicere sufficeret xpianis q̄ esset in memoriam illius panis xp̄i. licz iste panis non sit ille. Et quō est impossibile q̄ seruaretur vnum frustrum carnis ad sui memoriam. Mandauit q̄ fuit fieret ille panis et istud vinū qui erat caro sua et sanguis in potētia propiqua ad exeūdum in actu sicut nos iudei facimus in paschate de azimo pane sicut dictuz est. cum ergo xp̄s vester

in mēsa accepit panē et calicē ⁊ dedit discipulis suis. nō mādauit eis credere panem et vinum in corpus et sanguinem suum trāsmutari. Sȝ ꝙ q̄tiēscūꝗ hoc facerēt ī meōriā suā facerēt. s. in memoriam illius panis preteriti. ⁊ si sic vos xp̄iani ītelligeritis nullū sequeretur impossibile. Sed dicere oppositū sicut asseritis dicitis rem impossibilē ⁊ cōtra mētem xp̄i vestri vt patuit. ¶ Rn̄detur ꝙ traditio ecclesie catholice de hoc sacramēto vera est. s. ꝙ in hoc sacramēto est realiter et nō significatiue verum corpus ⁊ verus sanguis xp̄i sicut declaratū fuit supra. xxiiij. argumēto cōsiderationis quarte huius tercij. Sed quia argumētum iudei videtur fundari sup v̄bo dn̄i dicētis ad discipulos suos q̄ de hac doctrina scandalizari videbātur. verba q̄ ego locutus sum vobis sp̄us et vita sunt. dico ꝙ per hoc nō dedit intelligere. ꝙ vera caro sua ī hoc sacramēto māducanda nō traderetur sicut putat iudeus. Sed quia non traditur manducanda carnaliter. vt. s. sicut alij cibi carnales in propria specie dilacerata sumeretur. sed q₂ quodaȝ spirituali modo sumitur preter consuetudinem aliorum ciborum carnalium v̄ba sunt sancti thome in summa contra gentiles. c. lxviij. ¶ Iteȝ aliū heretici similes iudei predictis voluerūt dicere ꝙ ista locutio. hoc ē corpus meum: fuit figuratiua. sicut illa Iohānis. xv. Ego sum vitis vera. sed istud est oīno cōtra intētionē saluatoris: quia vt ait augu. in libro lxxxiij. questiōꝝ. q̄stione. lxvij. solet circūstātia scripturarum illuminare scripturam. Nam ex p̄cedentib⁹ vel ex sequētibus pōt colligi an loquatur figuratiue an non. Unde cū xp̄s dicit ego sum vitis vera: statim subiūxit ⁊ vos palmites. Sed cōstat ꝙ discipuli nō erāt palmites naturales sed tm̄ figuraliter. igitur loquebatur figuratiue. Sed cū dicit Luce. xxij. hoc est corpus meum. statim subiūxit: quod pro vobis traditur. Sȝ ista traditio nō erat figuratiua sed realis et vera: igitur realiter ⁊ vere dictum est. hoc est corpus meuȝ. ¶ Ad illud autem quod iudeus allegat de pane suo azimo ⁊c. ⁊ ꝙ sic sufficeret xp̄ianis ꝙ facerent in memoriā xp̄i sui. Respōdet magister Iohannes cōuersus in libro de cōcordia legū ti. iij. c. iiij. Dicens. Respōdebo tibi iuxta illud Prouer. xxvi. c. rn̄de stulto iuxta stulticiam suam ne sibi sapiens videatur. Scias ꝙ si xp̄iani ponerent dubia in miraculis factis ī lege sancti messie. sicut faciūt sapientes iudeorū in miraculis factis in legē sua glosantes per noīa equiuoca et false vt extorqueāt sensum textus legis. bene possent glosare xp̄iani subtilius et meli⁹. Sed scias ꝙ oēs xp̄iani sapiētes et cōitas simplicium credūt vniformiter miracula sue legis vt est rei veritas et vt credit sctā mater eccl'ia. ⁊ credunt in hoc mereri gloriā paradisi. iuxta illud Geñ. xv. Credidit abraham deo et reputatū est ei ad iusticiam. Nam in hoc ꝙ credūt simpliciter nihil hesitantes reputatur eis ad iusticiam. Sequitur. ꝙ quilibet de lege credere tenetur dicta p̄phete licȝ ītelligat nō fieri posse naturali causa: q₂ aīa p̄phete meli⁹ ītelligit ꝙ aīa alteri⁹ sapiētis. et potius attin

git et speculatur spiritualia que sunt subtiliora naturalibus. et si sic est in aliis prophetis quorum anime itelligũt singulariter et limitate. quãto magis credere debemus miracula iesu xpi qui itelligit infinite omnia et presentia et preterita et futura q est vere et perfectus deus et perfectus homo et sic credendo xpiani viuunt cum honore et sperãt cum deo gloriari perpetuo. hec ille. Nõ est ergo simile de memoria panis azimi iudeorum ad panem azimum liberationis egypti. et de memoria hui⁹ altissimi sacramẽti respectu passionis xpi. quia i illo pane quem iudei manducant nullum est miraculum. In hoc vero sacramẽto miraculose virtute verborum verum corpus et sanguis christi inuisibiliter cõtinetur: sicut firmiter credimus et fideliter confitemur.

¶ Impossibile est q corpus xpi sit in sacramẽto altaris per miraculũ cum ad oculum nõ apparet.



Undecimũ Impossibile est. Uos xpiani dicitis in sacramẽto altaris esse corpus et sanguinẽ xpi p miraculũ hoc pbo esse impossibile qz si esset miraculum ad oculum appareret sicut qñ moyses cõuertit virgã in serpẽtẽ. qz illud factũ fuit euidẽter ad oculũ lz nescirẽt hoies qualiter factũ fuerit. Sic etiã de archa testamẽti olim fuerũt maxima miracula nõ solũ sensibilia sed etiã publica et toti populo patẽtia fiebãt. itãtũ q de talium miraculorum fama infideles terrebãtur vidẽtes ad oculũ diuinam potẽtiam in reuerẽtiã arche sui federis relucẽtem: sicut patz in diuisiõe aquarũ iordanis populo israelitico p aridã trãseunte. et aqua ex vna pte itumescẽte ad instar mõtis et ex altera vsqz ad mare mortuũ fluẽte. donec sacerdotes cum archa alueũ iordanis exiuerũt q facto iordanis rediit in cursum suũ. Reges vero amorreorũ et chananeorũ audientes tãmagnũ et publicũ miraculũ terrore dei cõfusi ita fuerãt q nõ remansit in eis spirit⁹: que historia plene habetur Josue. iij. et. iiij. ca. et sic de plurib⁹ aliis miraculis euidẽtissimis q causa breuitatis omitto enarrare. et tamẽ in illa archa nec cõtinebatur deus realiter nec xps sed solum tabule lapidee pcepta decalogi cõtinentes. et vrna mãne quam deus pceperat reseruari in testimonium generatiõibus futuris vt habetur. Exod. xvi. Similiter et virga aaron que floruit i domo leui vt habetur Nume. xvii. Si ergo p archã predicta corpora inanimata tãtũmodo portãtem quãtũcũqz sacra essent deus tam euidẽtia miracula et tam diuulgata et publica fecit in ipsius reuerẽtia. mlto ergo forti⁹ facere debuisset si verũ esset q in vestro sacramẽto altaris ver⁹ de⁹ seu xps realr cõtineretur qui sup oia in ifinitum asseritis q ẽ colẽdus et venerãdus. Cũ ergo nihil tale ibidẽ ad oculũ appareat. Seqtur q ipossibile ẽ ibi miraculũ eẽ cũ hoc sit cõtra rõnem miraculi. ¶ Ad istud iudaicũ ipossibile rñdet magr paul⁹ burgẽs. eps i suo dyalogo distictiõe. iij. c. v. dicẽs q ad obstruẽdũ os loquẽtiũ iniqua cõsiderare debem⁹ q miracula diuina q cõ cursum nature a deo istitute

diuina virtute fiunt se habent quantum ad eorum proximos fines in duplici differentia. Quedam eorum sunt a deo ordinata ad fidei approbationem sicut de primis signis seu miraculis que deus fecit per moysen coram populo facta sunt ad fidem in eis causandam seu ad probandam. Unde Exod. iiii. cum dixisset et fecit signa. s. predicta coram populo sequitur statim credidit populus. Similiter et diuisione maris rubri et de egyptiorum submersione visa per populum israeliticum secutum est quod credidit populus domino et moysi seruo eius. c. xiiii. et sic de quamplurimis veteris testamenti miraculis que a deo fuerunt ordinata vt fides eius in cordibus populi causaretur seu confirmaretur. Que quidem miracula oportuit esse manifesta communiter toti populo: vnde Deutro. vlti. commendatur moyses in signis et portentis qui diuina auctoritate fecit coram vniuerso israel. ¶ Quedam vero sunt diuina miracula que non ad fidem causandam seu corroborandam a deo facta sunt: sed potius vt credendo talia miracula que occulta sunt et omnino abscondita fideles mereantur: vnde et huiusmodi miracula non disposuit deus manifesta esse per sensum seu per naturalem cognitionem sed occultat vt eorum fides meritoria esset. Que quidem miracula. s. occulta et abscondita precipue fuerunt in nouo testamento: in cuius tempore fides credentium communiter validior fuit vt est miraculum virginei partus et dominice resurrectionis. Que quidem miracula per fidem solum proprie cognoscuntur et eorum occultatio a quacunque nostra cognitione naturali nostrum meritum efficit vel auget. Unde de resurrectione domini legitur Johannis. xx. ca. Beati qui non viderunt et crediderunt. Et de isto modo miraculorum scilicet occultorum tenendum est esse sacramentum altaris: non enim hoc sacramentum fuit institutum ad hoc vt sacramento viso populus crederet sed vt credendo veritatem huius sacramenti merito proficeret. Unde Augusti. de hoc sacramento dicit. Crede et manducasti Et ideo quanto miracula in hoc sacramento contenta: que maxima sunt occultiora sunt: et nec ab intus vel ab extra visibiliter circa ipsum sacramentum vlla miracula apparent tamen in nobis auget meritum. Unde nullum inconueniens sequitur nec admiratione dignum ex hoc quod publica seu visibilia miracula non fiunt communiter circa hoc sacramentum: sicut olim consueuerunt fieri circa archam testamenti dei prout allegat iudeus quod ibi miracula ordinabantur ad fidelium fidem confirmandam seu causandam vt dictum est: et quandoque ad incutiendum infidelibus terrorem. Hic autem queruntur miracula ad meritum credentium augendum quod quidem meritum euacuaretur vel saltem diminueretur si talia signa visibilia apparerent: hec ille. ¶ Sanctus thomas vero dicit in summa contra gentiles libro. iiii. c. lxiii. quod ratio potest assignari quare corpus christi occultatur accidentibus in sacramento quantum ad fidem que est de inuisibilibus et eius meritum quod circa hoc sacramentum tanto maius est quanto inuisibilius agitur corpore christi sub panis accidentibus occultato et propter comodiorem et ho

nestiorem visum huius sacramenti: esset enim horrori sumentibus & abhominationi videntibus. s. si corp⁹ xpi in sua specie a fidelibus sumeretur: vnde sub specie panis et vini quib⁹ cōmunius vtūtur homines ad esum & potum corpus xpi proponitur mā ducandum & sanguis potandus: nec etiam est negādum quin aliqñ in sacramēto altaris appareat forma pueri: vel caro vel sanguis que sunt signa visibilia: sicut in nōnullis hystorialibus antiquis libris legitur. Sz talia nō dicunt facta fuisse sic cōiter et publice sicut miracula allegata et miracula que fecit xps tempore quo predicabat et miracula que fecerūt apostoli & alij sancti in primitiua ecclesia. Et ideo talia miracula que sic aliquando accidunt circa sacramentum non videntur apud ecclesiā vniuersalem solemnizari: sed forte priuatim in aliquibus particularibus ecclesijs: qz non fiunt nisi raro quo ad certas personas quibus deus q̄ vniuersas mentium cognitiones intelligit singulari modo singulis prouidet secundum dictamē diuine sapiētie: a quibus non est trahenda consequentia in vniuersali. ¶ Unde dicit magister iohannes conuersus in libro de concordia legum. ti. iij. c. iiij. sepe diuina gratia apparuit ad oculum multorum hominum et mulierū quoniaz respiciendo in illam hostiā consecratam: alique persone viderunt ocularitcr vnum puerulum pulcerrimum vltra modum: & auus me⁹ qui erat valde litteratus in lege dixit mihi. ꝙ in domo fratrum minorū in valle oleti cum respiceret a casu illam hostiam consecratam vidit vt

predicitur illum puerū pulcerrimū vltra modum: & hoc fuit illis temporibus publicatum nimium et famosum. ¶ Et idem accidit vxori mee et interrogauit alias mulieres si hoc videbant. Responderunt non: & prona cecidit in terra viribus destituta ꝑut legitur de manue Judi. xiij. capi. Morte moriemur quia vidimus dominum. et est quasi simile de sole qui licet luceat super mundum debilitat tamen visum: hec ille. ¶ Ut communiter igitur in hoc admirabili sacramento non videtur miraculum: sed vt dicit beat⁹ Gre. in omelia paschali. Aliud est quod cernitur & aliud qđ creditur: illud quod cernitur est species panis in hostia: et species vini in calice. Sed id quod creditur ē veritas carnis & sanguinis xpi. ¶ Itē isti iudei incidunt in errorem illorū qui nihil credunt nisi quod vident. Si ergo non fuisti rome non credas quod est in mundo roma. et si non vidisti cete non credas ꝙ in mari est talis piscis magnus: et si nescis loqui grece non credas ꝙ est in mūdo grecia: et si non vidisti embrionem in vētre matris quousqz nat⁹ fuit nō credas ꝙ fuit in ventre matris. Et quia tu non vidisti animam intrantē nec exeuntē in corpore humano non credas ꝙ homo habeat animam. Nunq̄ vidisti aerem non credas esse aerem Nunq̄ vidisti vocem ergo non credas ꝙ est vox: que omnia quanti nōn dico solum erroris sed q̄ magne fatuitatis sunt manifestum est: licet ergo non videamus ad oculum verum corpus christi sed accidentia illa sub quibus latet non debemus negare ibi veraciter esse presertim miracu-

lose vt dictum est.

¶ Impossibile est q corpus christi incipiat esse in altari: quia nec per motum localem nec per conuersationem alterius in ipsum.

Duodecimum Impossibile est. Vos christiani asseritis q verum corpus christi esse incipiat in altari. hoc videtur impossibile quia aliquid incipit esse vbi prius non fuit dupliciter: vel per motum localem vel per conuersionem alterius in ipsum: vt patet in igne qui alicubi esse incipit vel quia ibi de nouo accenditur vel quia ibi de nouo apportatur. Manifestum est autem verum corpus christi non semper in hoc altari fuisse quia vos christiani asseritis christum in suo corpore ascendisse in celum: videtur etiam impossibile dici quod aliquid hic de nouo conuertatur in corpus christi: quia nihil videtur conuerti in preexistens: cum id in quod aliud conuertitur per huiusmodi conuersionem esse incipiat. Manifestum est autem corpus christi preextitisse vtpote in vtero marie conceptum: non igitur videtur esse possibile quod in altari de nouo esse incipiat per conuersionem alterius in ipsum. ¶ Similiter nec per mutationem loci: quia omne quod localiter mouetur sic incipit esse in vno loco q desinit esse in alio in quo prius fuit: oportebat ergo dicere q cum christus incipit esse in hoc altari in quo sacramentum peragitur desinat esse in celo quo ascendendo peruenerat. ¶ Amplius nullus motus localis terminatur simul ad duo loca. Manifestum est autem hoc sacramentum simul in diuersis altaribus celebrari ergo impossibile est q per motum localem corpus christi ibi esse incipiat. ¶ Respondet sanctus Thomas in summa contra gentiles. libro iiii. c. lxiii. dicens q licet diuina virtus sublimius et secretius in hoc sacramento operetur quam ab homine perquiri possit: ne tamen doctrina ecclesie circa hoc sacramentum ab infidelibus impossibilis videatur conandum est ab hoc vt omnis impossibilitas excludatur. Considerare ergo oportet per quem modum verum christi corpus esse sub hoc sacramento incipiat. Impossibile est autem q hoc fiat per motum localem corporis christi: tum quia sequeretur q in celo esse desineret quandocunque agitur hoc sacramentum tum quia non posset simul hoc sacramentum agi nisi in vno loco cum vnus motus localis non nisi ad vnum terminum terminatur. tum etiam quia motus localis instantaneus esse non potest sed tempore indiget. consecratio autem perficitur in vltimo instanti prolationis verborum. Relinquitur ergo dicendum q verum corpus christi esse incipiat in hoc sacramento per hoc q substantia panis conuertitur in substantiam corporis christi et substantia vini in substantiam sanguinis eius. ¶ Licet hoc sit bene dictum et per hoc possit satisfieri iudeo et cuilibet infideli non proteruienti. Aliter tamen propter instantias que fieri possint motu locali dicendum est secundum scotum in. iiii. dist. iiii. q. i. et sequitur eum franciscus de maronis in suo. iiii. dis. iiii. q. i. q necessario est ibi aliqua mutatio localis quia impossibile est q fiat transitus de contradictorio in contradictorium sine aliqua mutatione facta in aliquo extremorum: sed hic corpus christi transit de non presente ad esse presens: ergo necessario est ibi aliqua mutatio: dicunt ergo isti doctores q ibi est aliqua mutatio que corpus christi

accipit respectū p̄sentialitatis ad locum hostie facta transubstātiatione Ad cuius euidētiā notat doctor subtilis ibidē q̄ qñ corp⁹ mouet localiter ⁊ expellit aliud sunt q̄ttuor mutationes ⁊ octo termini: et illarū mutationū due sunt depditiue. ⁊ due acq̄sitiue. sicut cū nauis mouetur de loco ad locū aliquod corp⁹ expellit ⁊ illud expulsum habet quattuor terminos: q̄r amittit vnū vbi ⁊ priuationē eius acquirit. ⁊ a priuatione alteri⁹ vadit ad ipsum. Sz si corp⁹ moueretur de loco et aliud nō expelleret essent in eo due mutatiōes ⁊ quattuor termini. vnde eēt ibi vna depditiua prioris vbi ⁊ alia acq̄sitiua noui vbi sicut quando aqua frigida fit calida ⁊ de frigido fit nō frigidū et de non calido fit calidū. Sed si corpus non motum de loco suo acquireret nouū vbi ⁊ respectū extrinsecū aduenientem ad aliud corpus tunc esset in eo vna mutatio acquisitiua a priuatiōe illius vbi ad habitationem: et talis mutatio est in corpe x̄pi de nouo hic existe necessario: q̄r sicut dictum est impossibile est fieri transitum de cōtradictorio ad contradictorium sine aliqua mutatiōe. Et nota q̄ simplex presentia corporis christi proprie nō est vbi cum non sit hic localiter: sed sacramētaliter: sed reducetur ad genus vbi. ¶ Tunc ad propositum corpus christi in celo habet priuationē istius vbi in altari. Et ita non est ibi mutatio depditiua sed acq̄sitiua. q̄r solum est acquisitio presentialitatis quam non habebat. Sic ergo christ⁹ si deperditione vbi prioris in celo acquirit nouum vbi in altari. Resoluēda ergo hāc materiā dico q̄ mot⁹ siue motio localis est duplex: quedam depditiua ⁊ quedā acquisitiua: sicut quādo quis mouetur de vno loco ad alium aliquid deperditur ⁊ aliquid acquirit: talis eñ primo ordine nature mouet ab habitu in priuationē puta ab vbi qd̄ pri⁹ hēbat ad vbi qd̄ prius nō habebat: ⁊ hec mutatio dicitur deperditiua termini a quo ⁊ dicitur acquisitiua termini ad quem. Nūc autē hec due mutationes licet cōcurrāt simul in omni motu locali cōtinuo tamen distincte sunt: ⁊ vna pōt absolui ab alia sicut acquisitiua a deperditiua. sic q̄ aliquid acquirat nouū locū non dimittendo priorē: et sic est in ꝓposito. q̄r sicut dictū ē corpus x̄pi absq̄ hoc q̄ dimittat ꝓpriū vbi qd̄ habet in celo acquirit nouū vbi in sacramēto. Et ideo est hic mutatio localis nō deperditiua sed acq̄sitiua. ¶ Et sic pz responsio ad primum pūctū de motu locali: q̄r corp⁹ x̄pi incipit ibi eē p motum siue p mutationem localem non deperditiuā sed acquisitiuam. ⁊ sic nō optet q̄ dimittat primum vbi cū acquirit secūdum. Nec etiam est censendum q̄ cū corpus x̄pi incipit esse in altari q̄ accipiat esse simpliciter sed accipit eē sacramentale quod eē f̄m predictos doctores nihil aliud est q̄ ordo corporis x̄pi ad substātiā panis quē ordinem habet vbicūq̄ fit trāsubstantiatio. Ad alterū vero punctū scz si ē ibi corpus x̄pi per cōuersionem alterius in ipsum hoc cōcesso nullū seq̄tur impossibile. Et cū arguis q̄ imo sequitur impossibile. q̄r impossibile est q̄ aliquid cōuertatur in p̄existēs Rn̄detur q̄ falsum est q̄r in nutrimēto naturali videmus oppositū: quia

ibi, cibus couertit in cibatū p̄existēs suppositū. Et iō nō oꝫ mirari iude⁹ si in ꝓposito virtute diuina fiat conuersio i p̄existēs. ¶ Quod vt plani⁹ videat notat sctūs Tho. in summa cōtra gētiles quo supra ꝙ p̄dicta cōuersio panis in corp⁹ xp̄i alteri⁹ modi est ab oib⁹ cōuersiōib⁹ naturalib⁹ Nam in qualibet cōuersiōe naturali manet subiectū in quo succedūt sibi diuerse forme: vel accidētales sicut cū albū in nigrū cōuertit: vel substātiales: sicut cū aer in ignē: vnde conuersiones formales noiant: sꝫ in cōuersione p̄dicta subiectū trāsit i subiectum ꝛ accidētia manēt: vnde hec cōuersio substātialis vocat ꝙ autem subiectū ꝯuertit in subiectū natura facere nō pōt: ois eñi nature opatio materiā p̄supponit p quā ꝛ substantia indiuiduat: vnde natura facere nō pōt ꝙ hec substātia fiet illa sicut ꝙ hic digitus fiat ille digit⁹. Sꝫ materia subiecta est virtuti diuine cum p ipm ꝓducat in esse: vn̄ diuina virtute fieri pōt vt hec indiuidua in illā p̄existentē substātiā cōuertant: sicut eñi virtute naturalis agētis cuius opatio se extendit tm̄ ad imutationē forme existētia subiecti supposita hoc totū in illud totū cōuertitur scđꝫ variationē speciei ꝛ forme vt pote hūc aerē i hūc ignē generatū. ita virtute diuina q̄ materiā nō p̄supponit sꝫ eā ꝓducit ꝛ tm̄ hec materia cōuertit in illā ꝛ p cōsequens hoc indiuiduū in illud. Indiuiduatiōis eñi principiū materia est: sicut forma est principiū speciei. ¶ Hinc aūt manifestū est ꝙ in conuersione p̄dicta panis in corpus xp̄i nō est aliqđ subiectum cōmune permanens post conuersionē cum transmutatio fiat secūdum primū subiectum quod est indiuiduationis principium: necesse est tamen idem manere vt verum sit qđ dicitur: hoc est corpus meum. Que quidem verba sunt huius conuersionis significatiua ꝛ factiua: ꝛ qꝛ substantia panis non manet nec aliqua prior materia vt ostensum est: necesse est dicere ꝙ maneat id quod est p̄ter substentiā panis: huiusmodi autem est accidens panis: remanēt igitur accidentia panis etiam post conuersionem predictam. ¶ Inter accidentia vero quidam ordo considerādus est. Nam inter omnia accidētia propinquius inheret substantie quātitas dimensiua: deinde qualitates in substantia recipiuntur quantitate mediante sicut color mediante superficie: vnde ꝛ per diuisionem quātitatis per accidens diuidunt. Alterius autem qualitates sunt actionū ꝛ passionum principia ꝛ relationum quarūdam vt sunt pater ꝛ filius dñs ꝛ seruus ꝛ alia huiusmodi. Quedam vero relationes immediate ad quantitatē cōsequunt: vt maius ꝛ minus duplum ꝛ dimidium ꝛ similia: sic igit accidentia panis post conuersionē predictam remanere ponendum est vt sola quantitas dimensiua: sine subiecto subsistat et in ipsa qualitates fundentur sicut in subiecto: et per consequens actiones passiones ꝛ relatiões. ¶ Accidit igitur in hac conuersione cōtrariū ei quod in naturalibus conuersionibus accidere solet in quibus substantia manet vt mutationis subiectum. Accidētia vero variantur. hic autem e cōuerso accidens manet ꝛ substantia tran-

fit. Huiusmodi eni conuersio non potest dici motus proprie sicut a naturali consideratur vt subiectum requirit: sed est quedam substantia et successio sicut in creatione est successio esse et non esse. Hec igitur est vna ratio quare accidens panis remanere oportet vt inueniatur aliquod manens in predicta conuersione. Est autem et propter aliud necessarium si eni substantia panis in corpus christi conuerteretur et panis accidentia transirent non sequeretur quod corpus christi secundum suam substantiam esset vbi prius fuit panis: quia nulla relinqueretur habitudo corporis christi ad locum predictum. Sed cum quantitas panis dimensiua remanet post conuersionem per quam panis hunc locum sortiebatur substantia panis in corpus christi mutata fit sub quantitate dimensiua panis: et per consequens locum panis quodammodo sortitur mediantibus tamen dimensionibus panis: hec thomas. ¶ Patet ergo quod non est impossibile diuine virtuti panem transubstantiari in preexistens corpus christi: nec habet mutatio similitudinem in naturalibus mutationibus: sed est alterationi quasi contraria: quia vna substantia hic mutatur in aliam: et manent accidentia. Sed in alteratione est econuerso: quia ibi mutantur accidentia et manet eadem substantia. vt patet in corporalibus quando de albo fit nigrum: et in spiritualibus quando de iusto fit impius vel de ignorante fit sciens: vt ergo tu iudee de iniusto efficiaris pius: de ignorante sciens: crede verum corpus christi in opere esse in altari non simpliciter: sed sacramentaliter: crede quod cum acquirit vbi sacramentale non relinquit vbi celeste. Crede sine mutatione locali deperditiua presens fieri in altari: et crede substantiam panis in verum christi preexistens transubstantiari: crede a deo omnia possibilia fieri. Inquit August. et nihil tibi videbitur impossibile: vnde et dicitur Luce. j. Non erit impossibile apud deum omne verbum.

Quod corpus christi sit integrum et quod caro et sanguis manent in locis separatis sub speciebus panis et vini.



Ertiumdecimum impossibile est. Vos christiani dicitis quod christus vester est integer sub speciebus panis et vini in sacramento hoc: probo impossibile: quia nunquam partes alicuius in diuersis locis continentur ipso integro permanente. Manifestum est autem in hoc sacramento seorsum esse panem et vinum in locis separatis. Si igitur caro christi sit sub specie panis et sanguis sub specie vini: videtur sequi quod christus non remaneat integer: sed semper cum hoc sacramentum agitur eius sanguis ab eius corpore separetur. ¶ Ad istud argumentum patet solutio ex his que dicta sunt in precedenti solutione: dictum est autem quod locus in quo agitur hoc sacramentum attribuitur corpori christi ratione dimensionum panis remanentium post conuersionem substantie panis in corpus christi. Secundum hoc igitur ea que christi sunt necesse est esse in loco predicto secundum quod exigit ratio conuersionis predicte. Considerandum est ergo in hoc sacramento aliquid esse ex vi conuersionis predicte. aliquid autem ex naturali concomitantia. Ex vi quidem conuersionis est in hoc sacramento illud ad quod directe conuersio terminatur sicut sub speciebus panis

corpis xpi in qd substãtia panis cõuertit vt pverba cõsecratiõis pz cũ dr. Hoc est corpus meũ. Et silr sub specieb' vini est xpi sanguis. vñ dicitur hic est calix sanguis mei ꝛc. Sed ex naturali cõcomitãtia sunt ibi oĩa alia ad q̃ cõuersio nõ terminatur: sz tñ ei in qd terminatur sunt realiter cõiũcta. Manifestũ est eñi q conuersio panis nõ terminatur in diuinitate xpi nec in ei' aĩa: sz tñ sub specie panis est aĩa xpi ꝛ ei' diuinitas propter vnionez vtriusq ad corp' xpi. si vero in triduo mortis xpi hoc sacramẽtũ celebratũ fuisset nõ fuisset sub specie panis aĩa christi: q2 realiter nõ erat corpi eius vnita. Et silr sub specie panis nõ fuisset sanguis nec sub specie vini. fuisset corpus ꝑpter separationẽ vtriusq in morte. Nunc aũt q2 corpus christi i sua natura nõ est sine sanguie sub vtraq specie cõtinetur corpus ꝛ sanguis: sz sub specie panis cõtinetur corpus ex vi cõuersionis. Sanguis aũt ex naturali cõcomitãtia: sub specie aũt vini ecõuerso. verba sunt sancti thome libro quo supra ca. lxiij. ¶ Et sic pz solutio ad argumẽtũ q lz sepate sint species panis ꝛ vini. tñ corpus xpi integer est sub vtraq specie. ¶ Sz forte dicet iude': si ergo sub specie panis est totus xps ita q ẽ ibi corp' ꝛ sanguis vt tu dixisti: frustra ergo iteruz sub specie vini integer reperitur. Ad hoc rñdet Nyco. de lyra sup verbo cenãtib' aũt illis Mat. xxvi. dicẽs q sub duplici specie institutuz est hoc sacramẽtum scz panis ꝛ vini: q2 panis cõuertitur in corpus christi ꝛ vinum in sanguinem: et iste conuersiones sunt separatim: q2 sanguis christi fuit separatus a corpore vel carne in passione. Hoc autem sacramẽtum institutum est quasi quoddã memoriale illius passionis. ꝛ ideo cõsecratio carnis ꝛ sanguinis fit sub speciebus distinctis. ¶ Cõsiderandum tamen q sub vtraq specie est totus christus: q2 sub specie panis est totũ corpus ex vi conuersionis vel sacramenti. Sanguis autem ꝛ aĩa ꝛ diuinitas sunt ibi ex cõcomitantia naturali. Similiter sub specie vini sanguis ex vi sacramenti cetera vero ex concomitantia. hec ibi. Patet ergo q licet sub specie panis sit caro et sanguis xpi non frustra separatim sub specie vini ꝛ sanguis ꝛ corpus cũ hoc fiat in memoriam passionis xpi: in qua fuit sanguis a corpore separat'.

¶ Quod corpus xpi in tã parua hostia cõtineatur cum maius in minori non capiatur.



Uartũdecimum impossibile est ait iude'. Uos xpiãni dicit' q i illa parua hostia corpus xpi cõtinetur hoc ꝓbo impossibile esse: q2 impossibile est q maius corpus in loco minoris includatur. Manifestum est autem q verũ corpus xpi est maioris quãtitatis q panis qui in altari offertur: igitur impossibile videtur q verum corpus christi totum ꝛ integrum sit vbi videtur ẽẽ panis. si autem ibi non est totum: sz aliqua pars eius redibit inconueniẽs supradictum q semper cum hoc sacramentũ agitur corpus christi per partes discrepatur. ¶ Ad istud argumentum quod tangit inequalitatem

corporis christi ad locum panis du-
pliciter respondetur. Primo exclu-
dendo impossibilitatem. Secundo
applicādo similitudines. Circa pri-
mum dicitur ꝙ substantia panis di
recte conuertitur in substantiā cor
poris christi. Dimensiones autē cor-
poris christi sunt in hoc sacramento
ex naturali concomitantia non autē
ex vi conuersionis cum dimensiones
panis remaneant. sic igitur corpus
xpi non comparatur ad hunc locum
mediantibus dimensionibus ppriis
vt eis oporteat adequari locum: sed
mediantibus dimensionibus panis
quibus remanētibus locus adequa
tur. hec Thomas vbi supra. ¶ Quo
modo autem possunt esse dimensio-
nes corporis xpi cum dimensionib⁹
hostie vnus alius doctor sic declarat
Nam cum ibi prius erat substantia
panis et facta sit substantia corporis
xpi: sicut cum dimensionibus panis
vel erat substantia panis ante cōuer
sionem factam sic conuersione facta
simul cum eisdem dimensionib⁹ erit
substantia corporis xpi. Rursum qr
dimensiones corporis xpi proprium
subiectum non deserunt et oportet di
mensiones esse vbicunque ipsum corpus.
Ideo ex quo ipsum corpus est simul
cum dimensionibus panis: oportet
dimensiones corporis xpi esse cū di-
mensionibus panis. Sed quomodo
hoc possit esse ē videre difficile. Ar-
guit enim philosophus. iiij. phisi. con
tra ponentes vacuum et dicentes lo-
cum esse dimensiones separatas: qr
si in hominis dimensionibus recipe
retur corpus contingeret duo corpo
ra simul posse existere quod habet p
impossibili. tota igitur causa quare
duo corpora non possunt simul esse
est resistentia dimensionum. ¶ Scien
dum igitur ꝙ sicut calor et alie qua-
litates actiue duplicē habēt cōpara
tionē sic dimēsiōes. calor aūt hȝ vnā
comparationē ad subiectū ꝑm quā
dat sibi esse calidum: et aliam ad ob-
iectum ꝑm quam est ratio calefaciē-
di: ita etiam quantitas prout compa
ratur ad subiectum dat esse quantū
prout aut comparatur ad quantita-
tem aliam dat sibi resistere: et esse lo-
cale. sicut ergo calor pōt dare esse ca
lidum et non calefacere: puta si deus
conseruet eum in esse et suspenderet
agere sicut fecit de igne in fornace
puerorum: et sic aliquid pōt esse cali-
dum absqȝ hoc quod calefaciat sic et
dimensiones poterunt dare eē quan
tum absqȝ eo ꝙ aliis dimensionibus
resistant quod patet. nam cum quan
titatis sit ratio quare quantum resi-
stat quanto: ideo oportet vnum quā-
tum alteri quāto comparare mediā
te quantitate: et quantitatem esse me
diā īter corp⁹ qđ resistit et corp⁹ cui fit
resistentia: sȝ sublata illa mediatōe:
scȝ ꝙ corpus sit alicubi non median
te quantitate certū ēst ꝙ sibi aliud
corpus siue alia dimensio nō resistet
Nam cū tota causa in resistentie sit:
quia comparatur ad ipsum median
te quantitate sublata causa iam non
resistet. ¶ Per hoc possent etiā sol
ui instantie de trāsitu corporis chri-
sti per corpus virginis ipso manen-
te clauso: et etiam de penetratione
celorum quando ascendit in celum:
cū igitur in sacramēto corpus chri
sti non comparetur dimensionibus
mediante quantitate: sȝ magis quā
titas mediāte substantia cum substā

tia cũ resistẽtie nõ sit. Adeo sicut nõ est cõtra rationem substãtie simul cũ dimensionibus esse: sic nõ est contra rationem dimẽsionum corporis xpi mediãte substãtia esse simul cũ dimẽsionibus panis. Et sic patet ꝙ nõ est impossibile dimẽsiões corpis xpi cũ dimẽsionibus panis esse. cũ ibi sint mediãte substãtia que simul põt cum dimẽsionibus esse. ¶ Aliter soluit ꝓdictum impossibile doctor subtilis in.iiij.suo. Dicit eñ ꝙ est duplex ordo: scꝫ ordo ptiũ i toto: ⁊ ordo ptiũ i loco. Ordo aũt partiũ in toto est differẽtia quãtitatis nõ ꝓprie cũ sit respectus: sed aliquo modo accedens ad differentiã eius essentialẽ. Ordo aũt ptiũ in loco est de genere situs ⁊ ab isto respectu sine ordine partium in loco põt absolui. Ordo eñ partiũ in toto est prior ordine partiũ in loco. Prius autem potest absolui a posteriori sibi accidẽtaliter coniuncto. Cũ ergo ordo partiuꝫ in loco accidẽtaliter cõiũgatur ordini partium in totum. igitur corpus xpi in eucharistia habebit ordinẽ partium in toto absqꝫ illo respectu qui est ordo partium in loco. ¶ Adducuntur secũdo similitudines alique cõtra iudeos ⁊ infideles. Et primo Augu. in lib. de quãtitate aie. ꝓbat aiam maiorẽ esse ꝙ corpus: qꝛ totam mundi magnitudinem infra se cogitari põt ⁊ infra se cõtinere ⁊ sicut aia cũ sit maior corpore tota est infra corpus: modo cõsimili corpus xpi cum sit maius hostia totum est infra eam nõ coartatũ sed ita magnum ⁊ perfectuꝫ sicut in celo cõtinetur. Item in parua oculi pupilla maximi montes continẽtur per species suas; cur ergo sic corp⁹ xpi in parua hostia. Item videm⁹ in paruo speculo solis ⁊ lune maximarũqꝫ rerum diuersitates. Item intellectus hominis paruus est ⁊ tamen in ipso magna celestium ⁊ terrestriũ sapientia ⁊ scientia cõtinetur. quid ergo impossibile putas xpm qui est dei sapiẽtia increata sub parua forma hostie iueniri: nunquid vides in paruo lapide ꝓcioso magnas ⁊ multas virtutes. nonne vides in paruo corpore pricipis magnã potentiam ⁊ in paruo corpore pape magnaꝫ auctoritatẽ. Quid ergo impossibile est xpo in parua hostia latere. nunquid sub paruis signis magna signata cõprehẽdũtur. Nõne vides quõ in hac parua dictiõe deus tota trinitas cõtinetur: scꝫ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹: quantomagis sub parua hostia põt seipm xps cõcludere si vult. immo ꝙ amplius est videmus ꝙ sub hac parua dictiõe ⁊ sub hoc paruo signo omne duarum syllabaruꝫ ⁊ quatuor litterarum cõtinetur ois creatura celũ ⁊ oia celestia: infernus ⁊ oia infernalia: et breuiter oia creata. Quid igitur impossibile ꝙ in vna hostia comprehendatur totus xpus cum in tam parua dictione compꝛhendatur tot⁹ mundus: qm igitur hec in creaturis creduntur iudei erubescãnt similia fieri in creatore: licet supradicta nõ inducunt omnimodam similitudinẽ sunt tamen aliquales cõformitates que deuoto animo considerate mirã delectationem adducunt in animo contemplantis.

¶ Quia vnicum corpus christi fit simul in diuersis altaribus cũ nõ possit vnum corpus simul esse in diuersis locis.


Uintūdecimum impossibile est. vos xpiani dicitis ait iude⁹ q xps veciter simul est in pluribus altaribus vbi misse celebrātur hoc videt impossibile. q2 impossibile est vnuz corp⁹ in plurib⁹ locis existere. Manifestū est aūt hoc sacramētū in pluribus locis celebrari. īpossibile igit videt q corp⁹ xpi in hoc sacramēto veraciter cōtineatur. nisi forte qs dicat q ſm aliquā pticulā ē hic et ſm aliaz alibi ad qđ iterū sequitur q p celebrationē huius sacramēti corp⁹ xpi diuidatur in partes. cum tn̄ nec quātitas corpis xpi sufficere videatur ad tot pticulas ex eo diuidēdas in quod locis hoc sacramētum peragitur. ¶ Ex his que dicta sunt superius pt3 solutio ad hoc qđ obijcitur de pluralitate locoꝝ q corp⁹ xpi p suas dimensiones existit tm̄ in vno loco. sed mediantib⁹ dimēsionibus panis in ipm trāseuntis ē in tot locis in quot huiusmodi cōuersio fuerit celebrata. nō quidem diuisuz per partes s3 integrū in vnoquoq3. Nā quilibet panis cōsecratus in itegrū corpus xpi ꝯuertitur. hec est solutio thome vbi supra. ¶ Alij vero soluētes dixerūt q nō est incōueniens q vnū corpus sit in diuersis locis si in vno est p se ⁊ in alijs p accidens. sic autē est in ꝓposito q2 corp⁹ xpi ē in celo ſm ꝓprias dimensiones ⁊ sic p se. In sacramēto aūt per dimēsiōes alienas sc3 p dimēsiōes panis ⁊ sic per accidēs. Sed isti difficultatem nō euadūt. Diceret eīn iudeus ⁊ p se et per accidēs esse impossibile ide3 corpus eē in diuersis locis propter hoc ostendo q corpus xpi potest esse simul in diuersis locis sic. omne corpus quod est alicubi ratione substantie non ratione quātitatis potest eē in pluribus locis simul sed corp⁹ xpi est sub dimensiōibus panis ratione substantie non ratione quantitatis ergo potest esse in pluribus locis simul. Maior ꝓbatur quia quod non ē in loco p quantitatem non diffinit nec determinat sibi locum: sed quod non determinat sibi locum potest eē in pluribus locis: ergo quod non est in loco p quantitatem potest esse in pluribus locis simul. ¶ Ad maiorez euidentiam istius prosilogismi notādum q diffiniri est idem q finiri siue terminari ꝓpter quod phs. v. meta. vocat diffinitionez terminū q2 in ea ponuntur rei principia inter que velut inter primos terminos ⁊ inter proprios fines res diffinita cōcluditur. Hec autem diffinitio siue determinatio est duplex: vna que respicit rem vt est substantia: alia que respicit eā vt ē quanta. Naz quelibet res creata siue sit corpalis siue spūalis inquātum est substantia finitur sic q determinatur ad certuz genus et ad certaz spēm ⁊ ad certū indiuiduationis modū: ⁊ ideo solus de⁹ q2 est substātie infinite non determinatur ad genus neq ad spēm nec p se nec per accidens: nec etiam ad modum indiuiduationis: cum ipse sit singularitas quedam formaliter. Res autem quanta sicut per hmōi quantitatem respicit aliam sic competit sibi determinatio loci. non enim res creata determinatur ad locum siue diffinitur loco inquantum est substantia q2 substantie vt substantia est non de

Sextum bellum inter arabes et xpianos vt narrat generalis hystoria hyspanie accidit circa annū domini sexingentesimuз sexagesimūoctauū. Imperante constantino predicti constantis filio. Hic cōgregauit plusq mille naues τ transiuit maria vt bellaret cū moabin rege arabū. Ille vero cognito eius aduentu misit cōtra ipsum quēdā militem strenuū nomine andallā et cōmisso duro certamine vict⁹ ea imperator. τ relicto cāpo fugit ad naues et regressus est constantinopolim cum paucis: q multi de suo exercitu perierāt et captiuati sunt in hoc imperatore nō minus admirandum est iudicium dei q in pcedentibus. quia illi suo peccato puniti. hic vero non: quia malus vict⁹ est ab infidelibus: sed vt in dei timore conseruaretur τ malis prebe ret exemplum ne desperent in tri

bulationibus qui bonos permittit tribulari: vt de iob ꝛ thobia sacra scriptura exemplariter ostēdit vel forte quia indiscrete se cōmisit pre dicto certamini non tantuꝫ de deo ꝙtum de sua potētia confidēs. Unde predictus imperator bonus ca tholicus fuit ꝛ modestus. Primuꝫ quoqꝫ qd̄ fecit iusta ꝛ debita vindi catio patris sui: qm̄ omnes quos in mortem patris conspirasse com perit: crudeliter interfecit. ꝛ eccle sias que a tēpore eraclij proaui sui imperio ab hereticis destructe fue rant reparauit contra omnes cleri cos ꝛ laicos principes et prelatos achephalorū ꝛ monachilatarū he resi maculatos tanꝙ verus catho licus ꝛ zelator fidei catholice sue si ne repromissione ꝑcessit: ꝛ per istū ꝰm omēs hystorias reparata est fi des in grecia: que tempore patris sui tota corrupta fuerat et integra ta est etiā pax ꝛ fides inter latinos et grecos extirpatis hereticorū zi zanijs per principem memoratuꝫ. In quo est mature ac ꝓuide atten dendū ꝙtum facit bonitas princi pis ad soliditatem fidei: ꝛ bonum ꝛ quietem statuꝫ ecclesie ꝛ econtra malicia ꝛ infidelitas principis ꝙ tum nocet. quod ostendunt isti duo principes pater ꝛ filius. pater em̄ quia malus ꝛ infidelis fuit ꝛ vilis hereticus fidem in oriēte corrupit statūqꝫ ecclesie annihilauit. Filius vero quia bonus iustus verusqꝫ ca tholicus erexit ecclesiam et fidem catholicam reparauit.

¶ Uincunt sarraceni ꝛ perdit to taliter nomē xp̄ianoꝝ in affrica.



Eptimū bellum inter arabes ꝛ xp̄ianos circa idē temp9 accidit in affrica. in qua licꝫ sar raceni nimium essent multiplicati xp̄iani tm̄ nondum erant totaliter deleti. Unde supradictus abdalla. de quo in precedenti bello fecimus mentionē veniēs in affricam: vt eā subiugaret imperio moabie regis sui. exiuit in occursum eius comes Gregorius qui tunc ibidē moraba tur. ꝛ bellauerūt simul ambo: sed fi naliter victus fuit comes perdidit ꝙ ibi multos de suis ac relicto cā po fugit. ꝛ extunc perdiderūt xp̄ia ni honorem suum qui in affrica ha bitabāt et tota illa terra fuit posi ta sub infideli potestate.

¶ Uincunt christiani ꝛ sarraceni efficiuntur tributarij.



Ctauū preliū iter sarracenos ꝛ chri stianos accidit circa annū dn̄i sexingētesi mū septuagesimū se ptimū tempore predicti imperato ris. Tunc em̄ sarraceni ꝛ romani vt in generali hystoria hyspanie con tinetur: magnū prelium habuerūt ꝛ cesa sunt de sarracenis tria milia pugnatoruꝫ. quo anno mortuus est papa deodatus. Sarraceni autem eo tempore posuerunt treugas cuꝫ romanis p. xxx. annos sub hac ta men conditione ꝙ sarraceni darent romanis tria milia libras auri. et quinquaginta equos bonos.

¶ Uincūt xp̄iani ꝛ cremant naues sarracenorum sub rege bambla.


Onuz prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa annū dñi septingētesimū octuagesimū quartū. Imperāte iustiniano pdicti imperatoris filio et regnante in hyspania virtuosissimo rege bāba tunc enim applicuerūt ad littora hyspanie.cclxx.naues sarracenorū et percurrentes terrā illā maritimā fecerunt magna dāna. et plurimos xpianos occiderunt. Sed statim vt cognouit predictus rex bamba misit velocissime suos exercitus et ceperūt naues.et ignibus concremauerunt:ac maiorē partē arabū occiderunt ense. Aliosqꝫ captiuos duxerunt.et sic regressi sunt cū honore ad predictum regem bambam.

¶ Uincūt xpiani multis militibus sarracenorum occisis in syria.


Ecimum bellū inter sarracenos et christianos accidit circa annum dñi octingētesimū tricesimū. Imperante supradicto iustiniano:et sedēte in cathedra petri sysinnio.tunc enim romani syriaꝫ peruagantes bello terribili multa milia sarracenorū occiderunt vt in chronicis imperatorum continetur.

¶ Uincunt sarraceni in hyspania et occiditur consobrinus regis roderici.


Ndecimū bellū inter sarracenos et christianos accidit in hyspania imperante leone.iii. et sedente in cathedra Petri Constātino primo.et regnante in regno castelle rege Roderico.tunc muca rex affrice precepit Cariph cuidā capitaneo suo qꝫ auxiliū et fauorem proditori comiti iuliano daret contra xpianos q.xii.milia electorꝫ ad pugnā ei tradidit.et ipse secrete in nauibus mercatorū hyspanie trāsduxit.postqꝫ ergo oēs fuerūt in hyspania congregati sunt in quodaꝫ monte qui ab illo sarraceno arabice dicitur gibla cariph:et lingua nostra nominatur gybraltar.qꝫ cū rex rodericus sciuit misit illuc quēdaꝫ consobrinū suū qui dicebatur mingo cū magno exercitu qui sepe bellauit cuꝫ supradictis sarracenis:sed semper fuit victus et finaliter interfectus est a sarracenis qui discurrētes p beticā puinciā .q est terra hyspalen.ciuitatis multa dāna fecerūt et nō potētib⁹ gotthis bella sustinere terga sunt coacti ostendere inimicis suis:nec ex fuga liberati sunt:sed fere ibi oēs perierunt.

¶ Uincunt sarraceni et perditur hyspania sub rege roderico vltimo rege gotthorum.


Uodecimū bellū inter sarracenos et xpianos fuit in hyspania circa pdictū tps. s. post supradictū bellū. Cū ei supradict⁹ muca viderꝫ strēnuitatē comitꝫ iuliani i victoria pcedētꝫ belli certificat⁹ d ei⁹ fidelitate iterū cū maiori exercitu ipm comitē vna cū cariph misit in hyspaniā qui cū applicuissent inceperūt statim destruere puinciā

betícam q̄ est gnadalquenir ⁊ prouinciam lucene. Cum ergo rex rodericus predicta cognouit omnem exercitum gotthoꝝ qui cū ip̄o erāt congregauit: quorum numerus vltra centum milia armatorū se extēdebat: ⁊ intrepide iuit contra eos. Inuenit prope flumē quod dicitur gnadalete: quod est ꝓpe ciuitatem assidonie: que nunc dicitur xerim ⁊ xp̄iani erant ante. Sarraceni vero vltra flumen. Aliqui tamē dicūt ꝙ illud bellum fuit in campo: qui dicitur desangonera que est iter murciam ⁊ lorcam. Rex vero Rodericus insedebat in curru siue in lecto eburneo indutus pannis pōderis aurei et corona aurea coronatus. sicut mos tunc erat regū gotthorum cōmissum est ergo bellum: ⁊ durauit dieb⁹ octo: sc; a die dn̄ica vsq; ad diē dn̄icam sine intermissione mortuiq; sunt de exercitu sarracenorum vbi precedebat cariph sexdecim milia hominū. Comes tamē iulianus ⁊ qui cum eo erant bellauerunt tam fortiter ꝙ confregerūt acies xp̄ianorum: cadentibus ergo plurimis ex vtraq; parte. ⁊ dispersis xp̄ianis ac rege roderico q̄ magni cordis erat: aliquando fugiēte aliquando furibundo impetu contra inimicos reuertente. finaliter xp̄iani non potentes sufferre prelium tergaverterunt inimicis suis fugientes. de morte autem predicti regis in eodem bello dubitatur Ueruntamen corona et indumenta ei⁹ ac calciamēta aurea equusq; eius qui dicebatur orelia inuenta sunt in quoddā tremedali apud supradictum flumē gnadalete absq; corpore nec postmodū de eo aliq̄d scitum est nisi ꝙ in regno portigalie in quadā ciuitate q̄ dicit̄ viseo inuētus fuit lapis vnius sepulchri in quo talis erat scriptura. Hic iacet rex rodericus vltimus rex gotthorum defecitq; in eodē bello tota nobilitas gotthoꝝ. Post hec sarraceni nō obstantibus viribus gotthorū totā hyspaniā ferro flāma fame attritam suo dn̄io mancipauerunt ⁊ gētem quā per p̄terita secula valde timuerūt ꝓstrauerunt. Si quis diligēter voluerit inuestigare cur deus ꝑmiserit tā grane flagellum in hyspania breuiter dici pōt ꝙ ꝓpter peccata principū Roderici: sc; ⁊ sui predecessoris vitise. Uitisa em̄ fuit ꝓbrosus et flagitiosus multaq; flagitia ꝑ hyspaniam semiauit ad voluptates carnis soluto pudicitie freno se fornicationibus multis cōtulit plebēq; suā ad lasciuiam ⁊ luxuriā inclinauit sed ⁊ ep̄i et ecclesie ministri aspernabantur ecclesiastica officia ⁊ clausis foribus ecclesiarū despiciebāt ecclesiastica sacramēta ⁊ ne aduersus eū parens vniuersalis xp̄iani progeniei insurgeret. Ep̄is ceterisq; ecclesieq; ministris vxores lasciuus rex habere precepit. Et ne romano obedirēt pontifici sub interminatione mortis prohibuit. Hec q̄dē causa pereūdi hyspanie fuit. tota em̄ gotthoꝝ nobilitas incōuiuijs libidinibus ⁊ vitijs immersa altissimū ad iracūdiam ꝓuocauit. Itaq; vitisa datus est in reprobū sensum intātū vt muros ciuitatū

vrbium sui regni subuerterit nec possūt ei resistere ciues paucis exē ptis quas nō ausus fuit destruere precepit etiam ꝙ destructis armis vomeres et falces facerent ad colendum terrā quod ipse dolose faciebat sub colore pacis ne contra ipsum possent insurgere: lȝ dicat Rodericus tudēsis in cronica sua ꝙ rex rodericus fuerat ille qui precepit arma destruere. Rodericus vero successor vicise fuit vir belliger et dirus: et ad omne negocium expeditus: vita tamē et morib⁹ vicise non dissimilis quia cum vxore vel filia comitis Juliani peccauit cū ipse suā i affrica faceret legationem. q2 ergo xp̄m reliquerant p̄dicti principes cum populo suo ꝛ cōcubinali luxurie fetore: se subderāt. Ideo merito deus pmisit eos dari in reprobum sensum et ꝙ p̄dictus comes iulianus pditorie se iūgeret sarracenis ꝛ totam hispaniā vt predictū est delerent. Hystoria aūt predicte destructiōis lati⁹ habet in generali hystoria hyspanie.

¶ Uincunt xp̄iani in aquitania et perimitur aldramānus cū. lxxv. milib⁹ sarracenoꝝ.

Terciumdecimuȝ bellum inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit in aquitania galliarum puincia. Cum eñ sarraceni hyspaniaȝ subiugassent accidit circa idem tēpus regnante in francorum regno theoderico rege quo virtuosus princeps karolus marcellus militabat ꝙ ipse karolus ligerim fluuium transiēs endo necꝫ ducem aquitanie bellando victum fugaret. Endo ergo dux per oīa se videns karolo inferiorem sarracenos ab hyspania cōtra karoluȝ inuitauit. Sarraceni aūt de tali inuitatione non modicū gaudētes cū omnibus eoꝝ familijs galeas habitaturi. fluuiū garenā transierūt oīaꝙ i ore gladij deuastātes ecclesias dei cremauerunt ꝛ omnia sine deletu etatis vel sex⁹ sanguine implent quibus karolus pnceps strēnuus dei fretus auxilio qui sperātes in ipsum nō deserit animose ac potenter occurrit et ex ip̄is sarracenis. ccclxxv. milia vna cū ipsorū regio aldramao victoriose perimit de suis vero nō nisi mille quingentos amisit. Tūc endo dux ad cor rediens karolo reconciliatus castra sarracenoꝝ dirupit eorūꝙ reliquas toto posse destruxit.

¶ Uincūt christiani et capitur ciuitas auinionēsis de potestate sarracenorum.



Quartūdecimū bellū iter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit post p̄dictū bellū Auiniōe: intim ei sarraceni p̄ualuerūt in occidētali plaga capta hyspania ꝙ ciuitatem ceperant Auinionem. contra quos p̄dictus princeps karolus marcellus veniens bellum maximum cuȝ eis habuit et ciuitateȝ Auinionēn. aggredit animose. Unde sicut de hiericho legitur cum strepitu et sonitu tubarum vrbem munitissimam cepit et hostes fidei nostre vsꝙ ad interfectionem contriuit: vt latius

continetur in hystoria regũ fracie.

¶ Vincũt xp̄iani peremptis duobus regib⁹ sarracenorũ et capitur narbona et plures alie ciuitates ⁊ loca a karolo marcello.



Quintũdecimũ bellũ inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit post p̄dictum bellum in vrbe narbona in qua presidebat achinunam rex sarracenoꝝ cõtra quem veniẽs p̄dictus princeps karolus marcell⁹ predictum regem obsidet. In cui⁹ obsessi regis subsidiũ amorrea rex ex hyspania cũ sarracenorum graui multitudine venit: cum quibus karolus strennuissimus animoso bello congreditur et ambob⁹ regibus bello pemptis captoq; virib⁹ ciuitate reliquias sarracenorũ vltimo contriuit exterminio. Hi enim qui euaserant karolo insequẽte fugientes in profundũ maris dimersi sunt. Demum karolus victoriosus princeps. Nemeansũ agothẽn. Aliasq; gothie regionis vrbes a sarracenis inuasas triũphando cepit et in totũ destruxit. Igitur arelatens. vrbe que a sarracenis capta erat et omnibus aliis in circuitu captis sarracenos extermiauit in totum et sic sarracenis qui pene totam asyam totam libiam maioremq; partem europe inuaserãt karolus strennuissimus princeps dei fretus auxilio ⁊ romana eccl'a sibi fauente oẽm spem sibi abstulit galeas inuadẽdi predictus etiã karolus marentinũ prouincie ducem qui sarracenos inuitauerant ad galeam inuadendum bellando deuicit totamq; prouinciã sue subdit ditioni.

¶ Vincũt xp̄iani et incipitur recuperatio hyspanie cũ mirabilibus dei occisis plusq̃. lxx. milibus sarracenoꝝ prope ouetum.



Sextũdecimum bellũ inter sarracenos et xp̄ianos accidit i hyspania prope ciuitatem ouetens. Licet eni deus pmiserit tam aspere hyspaniã flagellari q̃ tamẽ diuina pietas quos pcutit tãdẽ sanat surrexit quidam nobilis ex cãtabira nomine pelagius filius ducis sanille quem rex egitha baculo percussum in capite occiderat in ciuitate que dicitur Tup: predictũ pelagium deus sibi reseruauerat pro eleuatione populi sui qui eleuatus in astuciis cum illis paucis xp̄ianis qui ibidem remanserãt factus est eorũ rex et in secundo anno regni sui qui fuit anno ab incarnatione domini septingentitrigintasex imperante leone. iii. ⁊ sedẽte in cathedra Petri cõstantino. viii. multitudo quasi inumerabilis sarracenoꝝ venit cõtra eum quod cũ rex pelagius sciuit in quandã speluncam circa predictam ciuitatem ouetensẽ. que dicitur lingua nostra cueua douga cũ mille viris se reclusit cum plures capere non posset. Est autem predicta spelunca vndiq; ex rupa scisa naturaliter constructa taliter quod nullo ingenio hominũ potest debellari. Est enim locus ita securus: sicut si de⁹

fecerit ipsius scienter pro illo casu. Predictus ergo rex cum omni animositate de saluatione patrie et sponse christi agere festinauit credens facile esse deo multos concludi in manu paucorum. cum ergo circundaretur vndique a sarracenis in predicta spelunca et vellent ipsi sarraceni violenter speluncam intrare christianosque premere omnes lapides omnes sagitte et quecunque alia iaculabantur valde flamine venti retorta: mox reuersa iacientes sarracenos aliosque existentes vulnerabant sicque breui spacio vltra. xx. milia sarracenorum vnacum eorum duce opa propriis armis pro magna parte perierunt. Alii vero fuerunt ita excecati vt nescirent quid facere deberent. Uidens autem predictus rex pelagius miraculum tam manifestum exiuit confidenter a predicta spelunca cum suis et interfecit aldaman capitaneum sarracenorum et plures alios milites eiusdem. sed nec sexaginta milia que remanserant fugientes a bello vindictam diuinam euaserunt. Nam cum secus vnum flumen quod ibi prope est graderentur quoddam supercilium montis a fundamento corruens totam illam multitudinem sub aquarum vndis et sub rupibus oppressit. Post hec predictus rex pelagius fecit prelia multa et cepit ciuitatem legionensem. que a asturiis nimium est propinqua predictus rex pelagius regnauit. xiii. annis et mortuus est in loco qui dicitur cangas: et successit ei in regno fauilla filius eius qui solum regnauit duobus annis interfectus a quadam vrsa cum qua voluit solus pugnare: et successit ei in regno alfonsus primus gener regis pelagii qui fuit dictus catholicus vt infra dicetur loco suo.

¶ Uincunt christiani in aquitania et perimuntur. ccclxxv. milia sarracenorum.



Decimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit sub predicto leone imperatore et sedente in cathedra petri Gregorio. iii. Tunc innumerabilis multitudo sarracenorum cum vxoribus et filiis aquitaniam intrauerunt vt ibidem habitarent quibus occurrit karolus marcellus et ex eis. ccclxxv. milia interfecit nec fuerunt isti illi sarraceni quos alias in aquitania debellauerat de quo dictum est supra bello. xiii.

¶ Uincunt christiani perempta innumerabili multitudine sarracenorum et destructis tribus milibus nauibus quinque solum exceptis. liberatur constantinopolitana ciuitas.



Decimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus supra ciuitatem Constantinopolitanam tunc enim sarraceni ex egypto venientes cum magno exercitu videlicet cum tribus milibus nauium predictam ciuitatem obsederunt et triennio obsessam tenuere: constantinopolitani quoque ad auxilium a scitis vulgaribus contra sarracenos congrediuntur orationibus pro sanctis viris in re

gia ciuitate. xxxij. milia ex sarracenis sine suorum lesione prosternunt sarraceni quoque residui quorum erat innumerabilis multitudo per orationem sanctorum virorum fame frigore bello et pestilentia perierunt. Unde iiij. anno confusi ab obsidione recesserunt nauibus partim igne consumptis partim dimersis itaque ex tanta nauium multitudine vix quinque naues ad propria redirent infra ciuitatem tamen. xxx. milia hominum pestilentia perierunt quod deus fecit vt suam potentatem et clementiam hominibus ostenderet.

Uincunt christiani in aquitania et perimitur rex sama cordubensis cum suis.



Decimumnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit tempore supradicti imperatoris leonis circa circa ciuitatem tholosanam. Tunc enim sama rex cordubensis cum magno exercitu aquitaniam intrans terram destruebat et obsedit ciuitatem tholosanam quod cum francigene cognouerunt venerunt in succursum ciuitatis cum endone duce eorum. Rex vero sama contro eos exiuit et bello letali commisso cecidit sama sarracenorum rex mortuique sunt ibi plurimi sarraceni: alij vero fugientes euaserunt.

Uincunt christiani et perimitur abdarramen dux sarracenorum in aquitania a karolo marcello.



Uicesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit duobus annis post predictum bellum. Tunc abdarramen dux sarracenorum inuitatus ab endone duce contra regem karolum marcellum cum multitudine graui transierunt flumen garronam quod transit iuxta tholosam et ignibus combusserunt et destruxerunt magnam terram karoli regis francorum. Cum autem predictus rex karolus sciuit de misericordia altissimi confisus venit super eos et bello asperrimo commisso victi sunt sarraceni et rex karolus interfecit predictum abdarramen ducem sarracenorum pluresque sarraceni ibi ceciderunt Alij autem dare sunt terga coacti. Fuerat autem numerus sarracenorum qui ibi venerant tricentasexagintaocto milium captiuauit autem mille quingentos quos dimisit inter milites suos sicut narrat Sigebertus quod cum vidit predictus endo dux posuit se in potestate predicti regis petendo veniam humiliter de errore quem fecerat. Rex vero karolus qui erat piissimus clementer pepercit ei quo facto predictus dux insecutus est sarracenos fugientes qui euaserant in prelio et multos ex illis quasi sine numero interfecit.

Uincunt sarraceni fugato endone duce francorum et perempta multitudine christianorum in francia.



Uicesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimumtricesimum sextum. Tunc enim abdarramen rex sarracenorum collecto magno exercitu proposuit debellare terram regis

karoli francorum et fecit fieri pōtes in fluminibus in quibus non erāt et applanare vias que erant in ali quibus passibus difficiles et magnam partem fluminis rodanus per alueos extraxit vt posset leuius ipsum pertransire et veniens sup ciuitatem orlienensem eā obsedit cōtra quem veniēdo dux: de quo supra dictum est cum magna potestate francorum bellauitq; cū eo et ceciderunt multi ex vtraq; parte sed finaliter victi fuerunt christiani et fugierunt. Sarraceni vero insequentes eosvsq; ad rodanū peruenerūt ibi franci timore mortis cogitātes liberari flumen predictū intrauerūt et mortui sunt ibidem fere oēs excepto duce et paucis cum eovbi vsq; in hodiernū diez apparent sepulchra mortuorum.

¶ Vincunt xpiani et fugat secūdo endo dux in francia.



Vicesimūsecūdū bellum inter sarracenos et xpianos post pdictum subsequent accidit. Unde pdictus abdarramen cū esset nimium letus pter victoriam supradictā cogitauit vlterius pcedere et destruere terram francie: et pertransiuit flumina gorgodomā. quod cum sciuit endo comes pduxit iterum contra eū exercitum magnū et pugnauit cum eo scdo. Sed iterum deo pmittēte vict9 fuit et fugit et mortui ibi fuerunt multi francorū fideles.

¶ Vincūt xpiani et pimitur pdict9 abdarramē in frācia cū multitudine sarracenorum p karolū marcellum.



Vicesimū tertiū bellum inter sarracenos et xpianos post pdictum bellum subsequenter accidit. Cum enī predictus abdarramē elat9 in corde suo propter victorias habitas. quas sue attribuebat idustrie et potestati voluit vlterius pcedere per terram Francorum insequendo predictum endonem ducē vt eū interficeret. et pertransiuit petragoricam destruendo et cōburendo qcquid inueniebat. destruxit etiam et cōbussit ciuitatem que dicitur turres et ecclesiā sancte Marie ac regis palacia. Sed q2 deo nunq̄ placuit superbia et ipse ponit termios vite humane voluit q ibi veniret ille maledict9 abdarramen. Unde cum supradictus dux endo fugiēs a prelio veniret ad regem karolus qui erat vir belliger et sapiens i armis congregauit magnū exercitū germanorum et hepidarū et francorum venitq; animose cōtra abdarramē et pugnauit cū eo septem diebus in quibus neuter alterū vincere potuit sed bellū vltimū durauit p totam diem vsq; ad noctem et finalr mortuus est ibidem abdarramē et multi sarraceni. Alij vero nocte fugientes in galeam gotthicam se receperunt: mane aūt facto viderunt christiani tētoria sarracenorum homines vero nō videbant. Euntes ergo quasi ad pugnam dispositi et neminem inuenientes expoliauerunt cāpuz vbi maximas diuitias inuenerunt.

¶ Vincūt xpiani et fugat rex abde

malech cordubens. p francos pempta multitudine sarracenorum.



Vicesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimumquadragesimumprimum. Tunc enim abdemalech rex corduben. collecto magno exercitu proposuit debellare francorum regnum: et veniens non transiuit montes pyreneos. Franci vero cum audierunt quod abdemalech veniebat contra eos circa montes pyreneos preparauerunt se ad pugnandum. Uenientes ergo pugnauerunt cum eo et interfecti sunt multi sarraceni et rex abdemalech fugit et recollegit se in celsiberiam que est in littore yberi fluminis.

Uincunt xpiani in regno castelle et occiditur theban rex corduben. et omnes sarraceni qui cum eo venerant.



Vicesimumquintum bellum iter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimumquinquagesimum. Tunc enim theban rex corduben. habuit bellum cum christianis regni castelle et finaliter victus fuit et mortuus ibidem et omnes sarraceni qui cum eo venerant ibi perierunt.

Uincunt christiani et claret rex alfonsus catholicus



Vicesimumsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimum quinquagesimum tertium. Imperante supradicto leone et regnante in regno legionis rege alfonso catholico supra dicto qui ideo dictus fuit catholicus quod optime custodiuit precepta dei et ecclesie catholice: fuit etiam serenissimus zelator fidei et refector christianorum sancto exemplo: et iste fuit primus rex qui vocatus fuit alfonsus et fuit filius ducis petri de cantabria et gener regis pelagii. Eo ergo tempore predictus rex congregato magno exercitu intrauit per terram camporum que clauditur quattuor fluminibus scilicet deslacarrione. pisorica et doreo: et bellans cum sarracenis conquisiuit illam deuictis sarracenis ingressus est regnum portugalie. et obtinuit viriliter a sarracenis portum et beiambragam viseum et flamam. habuitque post hec plurima bella cum sarracenis semper victoriosus existens. lucratusque est vltra predicta a sarracenis ledisinam salmanticam numanciam que nunc dicitur samora et omnem maritinam terram galechie rediens in castellum bellauit cum sarracenis et diuicit eos obtinuitque senem septem mancas dominas saldanamque amaiam mirandam segobiam abulam ozonam: sepuluedam argautam vianam occani et rinerendicam carboueram aluegiam cifimeram alexancum transmiream subuertam tenicam bardiliam: que nunc dicitur castella antiqua. alana ordimam vicaiam

asicompomphanā, beforiam q nūc dicitur victoria. nauarrā rucomā pācornū et tarraciū quousqꝫ peruenit ad montes pyreneos. Multa alia loca obtinuit et renouauit: necessariisqꝫ muniuit, et reduxit ad terram ppriam multos christianorum populos: qui timore sarracenorum fugerāt per montes et deserta vagantes: extraxitqꝫ plurimos xpianos captiuos de potestate sarracenorum: cum quibus terrā populauit, ecclesias auro et agento ac lapidibus preciosis decorauit. In cui9 obitu audite sunt voces in aere dicentes. ecce quomodo iustus moritur: et nemo considerat. sublatus est iustus a facie iniquitatis: et anima sua et memoria est i pace. regnauit. xix. annis. et sepultus est in loco qui dicitur cangas. et successit ei in regno fruela filius eius.

¶ Uincunt xpiani fugato nicaph rege cordubeñ. et perimūtur. liiij. milia sarracenorum sub rege fruela.



Uicesimumseptimum bellum inter sarracenos et xpianos. accidit circa annum domini septingentesimumquinquagesimumquartum. regnante in regno castelle fruela filio regis alfonsi catholici. Tunc enim nicaph rex cordubeñ. cuꝫ magno exercitu fuit: vt percurreret regnum galechie. et cum ipse totam illam terram vastaret sciuit illud predictus rex fruela. et cōgregato exercitu suo venit contra eum et commisso duro certamine victus fuit rex nicaph et fugit a campo cū paucis de suis: et perierunt in illo bello. liiij. milia saracenoꝝ et extunc rex fruela habuit regnuꝫ galechie qd ante sibi rebelle fuerat. Predictus rex fruela regnauit. xiij. ānis et mortu9 est: et successit ei in regno aureli9 frater ei9 qui regnauit sex annis: et nihil famosum fecit cōtra saracenos. successit ei in regno donus sylo et nihil singulare fecit cōtra saracenos: regnauit. vij. annis et mortuus est. successit ei in regno alfonsus secūdus q fuit fili9 regis fruela: de quo supra patet in hoc bello de cuius factis infra dicetur

¶ Uincūt christiani et capitur galiana ac efficitur christiana p karolum magnum.



Uicesimum octauū bellū inter saracenos et xpianos: accidit circa annum dñi septingentesimū sexagesimū primū. Imperante constantino sexto. Tunc infans karolus: quia in aliquibus contradicebat patri suo frācorum regi pipino venit in hyspaniam: et declinauit ad regem galafram qui tūc erat rex toleti. Quare antē ad ipm declinauerat hystoria narrat qꝛpropter eius filiā galianam que mire pulchritudinis erat. recepto ergo honorifice pdicto karolo a rege paucis elapsis diebus quidaꝫ potētissimus saracenus cuius nomē erat brāmante cum multitudine graui venit sup dictam ciuitatem toleti et fixis tētoriis i valle someriam obsedit eā. aggredienti

bus ergo saracenis a pdicta ciuitate cū francigenis illis qui venerāt cū infante pugnauerūt cū brāmante ⁊ intātum fuit vigor frācoꝝ accēsus ꝙ vicerūt saracenos brāmantis. Illi vo iterū redeūtes cōtra Frācos vicerūt eos qd videntes frācī timuerūt valde. Sed comes eorū dux qui dicebaf don ibi morāte animauit eos dicēs. Scriptum est ꝙ cū deus vult pauci vincunt multos qd verbuꝫ audientes animati sunt: ⁊ iterū redeūtes contra saracenos bellauerūt ita fortiter ꝙ vicerūt eos. Sed resumptis virib⁹ saraceni pugnauerūt cōtra francos: et durauit pugna magna parte diei sic ꝙ aliquādo vincebātur frāci aliqñ saraceni nec alteri parti finalis victoria cedebat. Inter hec oīa pdict⁹ infans karolus in palatio suo dormiebat: ⁊ cū euigilasset a somno et nemīnē in palatio videret mirat⁹ est valde ⁊ cogitauit ꝙ sui tradidissent eum. Incepitq; pre ira ambulās p palacium secū loqui noīabatq; nomē suū patris ⁊ matris ac totū genus suum vnde ipse veniebat. q̄ oīa audiens galiana de loco alto ⁊ secreto. Unde cū cōtemplabaf ornauit se festinanter et sola ingressa est ad infantē certificata ex auditis ꝙ hic erat karolus dñs francoꝝ: et lꝫ infans karolus vidit eam solā intrantem nō ei assurrexit: q2 non habebat in cōsuetudine alicui mulieri inclinare nisi soluꝫ imagini virginis gloriose ⁊ suo nomine. Dixitq; galiana karole. Si ego scirem vbi merces datur p dormitione lꝫ sim mulier ego irem illuc: ⁊ si vultis scire quare hec dico: q2 videtur mihi ꝙ nō est vobis cura succurrēdi genti vestre q̄ est in magna pssura in prelio sub valle someriē bellās cōtra saracenuꝫ brāmantē ⁊ si rex pater meus sciuerit ꝙ vos non estis ibi non habebitis bonū premiuꝫ. Tūc dixit ei karol⁹ Galiana si ego possum habere vnū equum ⁊ arma cū quib⁹ possum ire illuc cito succurrerem eis. Et ait Galiana. karole. si dederitis mihi fidē ꝙ me deducetis in franciā vobiscū ⁊ me facietis xpianam ⁊ ꝙ me in vxorē recipietis dabo vobis q̄cunq; petitis. Promisitq; karolus oīa predicta qd audiēs galiana sciēs ꝙ nō frāgeret sibi fideꝫ nimis gaudens ex pmisso deduxit arma ⁊ ipsa manu ppria armauit infantē tradiditq; sibi equū qui dicebatur bankete ⁊ ensem qui dicebaf guiosa q̄ in donis miserat sibi supradict⁹ saracenus brāmante ⁊ celeri cursu venit in locū pugne ⁊ ingressus est bellū animose et primo impetu perimit manu ppria. xij. de melioribus militibus brāmantis ⁊ multos alioꝝ Uenit aūt verbū ad brāmantē vbi residebat in tētorio suo de nouo milite ingresso pugnaꝫ qui tāta dāna fecerat: ⁊ irato animo exiuit in pugnam querēs militē illum cūq; eū inuenisset ⁊ cognouisset ꝙ ille erat equus quem miserat galiane amplius est iratus et irruens in eum ⁊ nō minori animo karolus in brāmantem lancee eoꝝ confracte sunt p pugnos euaginatis ensibus mirabiles ictus multiplicabant ⁊ mi

iratus saracenus de fortitudine militis xpiani quesiuit ab eo qs esset et de quo genere q̄ omnia karolus fideliter sibi aperuit et tunc cepit ipsum timere saracenus sȝ resumptis viribus dixit sibi ego faciam φ nunq̄ redeas ad terram tuam. ⁊ karolus respondit sibi qđ dicis in manibus dei est. ⁊ dixit bramante ego te occidā. ⁊ eleuato gladio qui dicitur durandarte: percussit karolum grādi ictu. Et precidit galeaȝ cum magna parte capillorꝫ et cum magna etiā parte armorꝫ corporis sed tamē nō tetigit carnem ei⁹. De quo ictu karolus miratus eleuato suo ense ꝑcussit predictū saracenū brāmantem et amputauit eius brachium dextrū φ in terram cecidit simul cū gladio durādarte. Uidēs autē se letaliter esse ꝑcussum fugit a facie karoli: sed et karol⁹ subito descēdit de equo et cepit gladium predictuȝ: ⁊ ascendēs equum cum vtroq̄ gladio: insequēs predictuȝ brāmantē plurimos saracenos ante se reperiēs perimit. Cūq̄ attingisset predictū saracenū brāmantē fugiētem eleuato ense qui gniora dicebat percussit ipsuȝ quodā ictu terribili sic φ ipsuȝ duas diuisit in partes: et cecidit mortuus in terram: quo facto descendit de equo ⁊ precidit caput eius ⁊ accepit vaginam gladij durādarte ⁊ omnia arma eius que omnia deduxit galiane. Uidentes autem saraceni dominum suū mortuum terga sunt dare coacti christiani ꝟo expoliauerunt campum vbi multū aurum ⁊ argētum inuenerunt tentoria multa et plurimas alias diuitias. Post hāc victoriam audiuit karolus morteȝ patris sui ⁊ secrete recessit. Deductaq̄ est galiana etiam furtim in franciā factaq̄ est christiana ⁊ accepit eam in vxoreȝ: vt plenius cōtinetur in hystoria hyspanie.

Uincunt christiani peremptis pluribus regibus saracenoruȝ ac pluribus ciuibus captis per karoluȝ francorum regem.



Uicesimūnonuȝ bellum inter saracenos ⁊ christianos accidit circa annū domini septingentesimum septuagesimuȝ septimum. Tūc enim predictus rex karolus rex frācorum pro felicitatis magnitudine dictus magnus congregato exercitu venit super ciuitates pāpilonam ⁊ cesar augustaȝ quas tunc saraceni possidebāt pugnauit contra reges eorꝫ ⁊ occidit eos prostrauitq̄ muros ciuitatum ⁊ cepit plures alias ciuitates saracenorum ac sub ditione sua constituit: quas paucis elapsis diebus saraceni recuperauerunt. Iste karolus simul cum regno francie tenuit romanum imperium ⁊ fuit strennuissimus fidei zelator.

¶ Uincunt christiani ⁊ perimūtur lx. milia saracenorum per regē alfonsum castum.



Tricesimū bellū inter saracenos ⁊ christianos accidit circa annū dn̄i septin

gentesimū octuagesimū septimum regnante in regno castelle alfonso secūdo filio regis fruela qui dict⁹ fuit castus eo ꝙ semꝑ castitatē ser uauerit licꝫ habuit vxorē que scdꝫ aliquos fuit soror karoli magni su pradicti. Tunc quidā potens sara cenus cui⁹ nomē mechaij cū multi tudine graui intrauit asturias ⁊ in cepit destruere totam terrā contra quē ꝑdict⁹ rex alfonsus castus col lecto exercitu xp̄ianorūꝫ celeriter fuit bellauitqꝫ cū eo in quodā loco qui dr ledos ⁊ deuicit eum ac occi dit ⁊ perierūt in bello.lx. milia sa racenoꝝ multa alia bella vicit ⁊ lo ca plurima obtinuit sicut infra di cetur ⁊ abstulit timorē a cordibus christianorum contra saracenos ⁊ regnauit.xli. annis dilectus a deo ⁊ hominibus sepult⁹ est apud oue tum in ecclesia sancte marie.

¶ Uincunt saraceni et portant sa racenorum terraꝫ narbona vsqꝫ ad ciuitatem cordubē scꝫ pro mesquita saracenorum construenda.



Tricesi mūprimū bel lum iter sara cenos ⁊ chri stianos acci dit circa an nuꝫ dn̄i septi gētesimū nonagesimū primū. Tūc item amiramamolim misit vnū po tētem saracenū cuius nomen erat abdemalech cū exercitu magno vt destrueret terrā xp̄ianorū. Ille er go direxit iter suū cōtra ciuitates gerundā ⁊ narbonā quas cū obse disset post multa certamina obti nuit eas et multa alia loca circum quaqꝫ posuitqꝫ eas sub ditione sui dn̄i item et tot fuerūt spolia q̄ ha buit ꝙ quinta pars deputata item amiramamolim fuit.xlv. mille du planoꝝ auri: ⁊ cū his diuitijs per fecit ꝑdictus item mesquitaꝫ cor dubeñ. quem suus pater inchoaue rat q̄ nunc est ecclesia maior ibidē ⁊ intātuꝫ ꝑdictus abdemalech op pressit xp̄ianos illi⁹ patrie ꝙ fecit memoriā illius facti ⁊ dn̄i ꝙ dedu cerēt in curribus in ꝑdicta ciuita te narbone vsqꝫ ad ciuitatē cordu benseꝫ tātam multitudinē terre ꝙ ex ea ꝑdictus item fecit fieri vnaꝫ mesquitā intra fortalicium ꝑdicte ciuitatis cordubeñ. pluresqꝫ alias mesq̄tas renouauit ⁊ de nouo fecit

¶ Uincunt christiani ⁊ capit nar chimona a karolo magno.



Tricesimū secunduꝫ bellū iter saracenos ⁊ xp̄ianos acci dit circa annuꝫ dn̄i septingēte simū nonagesi mūquartū. Tunc karolus magnus rex francorū de quo supradictū est in bellis.xxviij.⁊.xxix. cōgregauit magnū exercitū ⁊ venit contra ci uitatem barchinoneñ. qꝛ saraceni eam violenter ceperant cum esset sub eius dominio bellauitqꝫ cū eis et obtinuit ciuitatem: sed paucis elapsis diebus perdidit eam.

¶ Uincunt christiani ⁊ perimun tur duo duces exercitus saraceno

rum sub rege alfonso casto.



Tricesimuz tertiuz bellū inter saracenos ꝛ christianos accidit circa annum domini octingētesimū decimum tempore supradicti regis alfonsi casti. Tūc duo exercitus saracenorum intrauerunt galetiam dux vnius exercitus dicebatur abobales: dux vero alterius melchi. Sz sicut ipsi intrauerunt animose sic fuerunt expulsi viriliter: quia potestas predicti regis alfonsi casti pugnauit cum eis victiqꝫ sunt saraceni ꝛ multi eorum mortui. Alij vero fugierunt: sed christiani insequentes eos occiderunt vnum ducē eorum in loco qui dicitur naron. Alterum vero ducem perimerunt in flumine qui dicitur cepha.

¶ Vincunt christiani ꝛ perimitur ores rex meride p regē alfonsum.



Tricesimum quartum bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit anno domini octingentesimo vndecimo Tunc enim rex ores meride cōgregauit magnum exercitum et venit vt percurreret terram regis alfonsi fixitqꝫ sua tentoria super benauentum quod cuz sciuit predictus rex alfonsus castus venit scelériter contra eum bellauitqꝫ cum eo ꝛ occidit eum plurimiqꝫ de exercitu saracenorum ibi perierunt. In quo bello ostensa est fortitudo bernardi filij comitis sanxij didaci qui multos ex saracenis perimit.

¶ Vincunt christiani ꝛ occidit rex badayos per regē alfonsum castū.



Tricesimūquintum bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit āno domini octigentesimo duodecimo. Tunc altaman rex pascensis que vulgariter dicitur badayos congregato magno exercitu venit super samoram ꝛ obsedit eam. Rex autē alfonsus castus predictus preparauit se potentissime ꝛ venit contra eum bellauitqꝫ cum eo: et occidit eum ac plurimos saracenos cum eo et qui potuerunt euadere fugierunt: sed rex alfonsus insecutus est fugientes viriliter ꝛ multos eorum interfecit sic: q pauciſſimi fuerunt qui euadere per fugam potuerunt.

¶ Vincunt christiani ꝛ perimūtur vltra duodecim milia saracenoruz per regem alfonsum castum.



Tricesimum sextū belluz inter saracenos et xpianos accidit anno sequēti scz octingētesimo tredecimo. Tūc intrauit vnus magnus exercitus saracenorū i terrā supradicti regis alfonsi casti. Et cū saraceni gloriarētur in multitudine sua diuisi fuerūt in duas partes quarū vna iuit cōtra locū illū vbi erat pdictus rex alfonsus. Cū ergo sciuit rex alfonsus castus audacter iuit contra poluezeran. Altera vero ꝑ eos cum exercitu

suo: et fecit similiter duas ptes sui exercitus ꝛ cum vna misit bernardum, de quo supradiximus contra illos sarracenos qui ibant versus poluezerã. et ipse iuit cũ altera parte cõtra alios venientes ad se. Bernardus vero inuenit se cũ pte sua et habuit preliũ magnum cum illis sarracenis in loco qui dicitur valde moro. qui est in fontaria portu galie. ꝛ deuicit eos: ꝛ plurimos ex illis interfecit. Sed rex alfonsus inuenit se cũ altera parte que ibat contra eũ ꝛ pugnauit cum illis pro pe flumẽ de ornesa. ꝛ interfecit ibi xij. milia sarracenorũ: ꝛ deinde insequẽs eos tot fuerũt occisi ꝙ paucissimi euaserunt. et tunc rex alfonsus rediit de illo bello ditissimus et spoliis sarracenorum.

¶ Uincunt christiani et perimitur proditor machometus et castrum sancte christine capitur per regem alfonsum castum.



Tricesimũ se primum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno dñi octingentesimo decimooctauo. Tũc sarracenus quidã nomine machometus qui cũ multitudine magna sarracenorũ venerat de merida ad regem alfonsum: vt viueret cũ eo p̃dictus rex benigne eum recepit in vasallum: ꝛ iurauit illi sarracenus ꝙ ꝑ semp esset fidelis regi alfonso ꝑpter qd̃ p̃dictus rex p̃cepit ꝙ habitaret cũ multitudine sua in galetia. Sed qꝛ p̃dict⁹ sarracenus erat proditor sicut bellauit cõtra abdarramẽ filiũ alharrẽaramolim regis cordubeñ. ꝛ vidẽs ꝙ nõ poterat eũ occidere ex timore concepto venit ad p̃dictũ regẽ alfonsum fictransactis duob⁹ annis postq̃ fuit in galetia assumpsit eũ dyabolus: ꝛ eleuatus in superbiã voluit similiter facere ꝓditionẽ contra regẽ alfonsum: q̃obrem ꝯgregauit magnum exercitũ sarracenorũ: ꝛ incepit percurrere ꝛ destruere totã terrã. ꝙ cũ rex alfonsus castus cognouit: congregato exercitu suo venit sup illũ sarracenũ: ꝛ lꝫ ipse nimiũ ꝯfideret in multitudĩe militie sue qñ sciuit ꝙ rex alfonsus veniebat sup eũ ꝑdidit cor: ꝛ cõcepto grandi timore eleuauit se cũ suis in quodã castro qd̃ dicit sancta xp̃iana. ꝛ rex alfonsus obsedit eũ ibidem: ꝛ fecit fieri multas foueas circũquaq;: ꝛ ꝑforauerũt castrũ in multis locis. Tũ ergo ille sarracen⁹ vidit ꝙ tãtũ angustiabãtur: ꝛ ꝙ nihil aliud restabat sibi nisi mors cũ multitudinẽ sarracenorũ haberet resumpto corde exiuit extra castrum: ꝛ pugnauit cum rege alfonso. sed in fine fuit victus sarracenus ille cũ oibus suis ꝛ ipse fuit captus: ꝛ caput eius abscissum est. Sed ꝛ rex statim castrum illud cepit. ꝛ mortui sunt in bello illo vltra .l. milia sarracenorum: ꝛ plures eorum deducit captiuos. Et sic reuersus est rex alfonsus ouetum magnis cum diuitiis ꝛ honore. Predictus rex alfonsus castus regnauit xli. annis ꝛ mortuus est. Successit ei in regno Ramirus primus fili⁹ regis bermudi.

¶ Uincunt christiani: et capitur iterum ciuitas barchinone.



Tricesimumo ctauum bellū inter sarracenos et xpianos accidit anno dñi octingētesimo decimonono. Tunc multitudo xpianorum venit super ciuitatē barchinone quā ceperant sarraceni. Postq̄ karolus magnus ipsam cōquestauit. Cū ergo predicta multitudo xpianorum venit: obsedit ciuitatē: et post multa certamina capta est ciuitas a xpianis: et tota terra circūquaqꝫ. mortuiqꝫ sūt ibi plurimi sarraceni. Albaca vero a nira mamolim cū exiuit ꝯgregauit exercitū suū vt veniret ad recuperandum terrā perditā. et cū se prepararet ad viam percussus est quadam infirmitate. de qua mortuus est. et sic cessauit tempestas illa.

¶ Uincunt xpiani occisis. lxx. milibus sarracenorum.



Tricesimū nonum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno dñi octingētesimo vicesimo secūdo imperante Ludouico karoli magni filio: et sedēte in cathedra petri Eugenio papa. Ac regnante in regno legiōis ramiro rege filio regis Barremudi. Hic autē rex ramirus successit in regno regi alfonso casto ex eius precepto in morte. Cum ergo audierunt sarraceni q̄ iste regnabat: miserunt sibi nūcios q̄ si volet habere pacem et amorē cum eis. q̄ daret eis quolibet anno centū domicellas christianas quibus matrimonio copularētur. sicut fecerat olim rex mauregacus: et q̄ quinquaginta illarū essent filie nobilium. Alie vero quinquaginta filie ciuium et burgensium: quā ambasiatā cū rex ramirus audiuit nō modicum displicuit sibi: quia rem tam inhonestam et excomitam sibi nunciabant: et ꝓpterea congregauit statim magnū exercitum et fuit ad percurrendum subito terrā sarracenorū: peruenitqꝫ vsqꝫ ad nāiaram destruendo et cōburēdo villas et castra. et quicquid inueniebat: q̄ cum peruenit ad noticiam sarracenorum congregati sunt omnes simul in vnum contra eū quasi innumerabiles et habuerūt prelium cū eo in quodā loco qui dicitur alnella et xpiani fuerūt in bello illo quasi victi et retro cesserunt paulatim retrahēdo se a sarracenis quousqꝫ peruenerunt ad collem vnum qui dicitur clanno: et nox tenebrosa cepit eos ibi propter quod diuisi fuerunt exercitus abinuicem. Cum ergo xpiani essent congregati in colle illo multis lachrymis orationes fundebant ad deū ne eos relinqueret: sed succurreret et iuuaret cōtra illos inimicos suos: permanentibꝰ ergo illis in orationibus assiduis vt dictum est. Rex ramirus somno grauatus obdormiuit: et in somno illo apparuit ei apostolus iacobus dixitqꝫ sibi. Scias rex ramire q̄ cū dominus noster iesus christus diuisit omnibus fratribus meis aposto

lis omnes terre prouincias mihi soli dedit in custodiam totã hyspaniam: vt eam custodirem a manib⁹ inimicorum fidei: et postq̃ hec dixit sibi appropinquauit eidem et accepit eum per manũ dixitq; ei sis fortis animo et bene firmus: quia ego sum apostolus xpi iacobus et scias q̃ venio ad te iuuandũ contra inimicos tuos et in veritate certitudinaliter scias. q̃ deuinces eos cum adiutorio dei. Dico etiã tibi q̃ multi de tuis: quib⁹ preparata est eterna quies recipient ibi mortem et vt in nullo istorum que tibi dico dubites. videbis me tu in bello ambulãtem in equo albo magnum vexillũ gestantem. tu ergo statim cum omnibus tuis valde mane confitebimini de omnibus peccatis vestris et recipiatis corpus et sanguinem domini nostri iesu christi: que postq̃ feceritis: in nullo dubitetis intrare prelium barbarorum vulnerando illos: et inuocando nomen dei et meum: quia certitudinaliter scies q̃ omnes deuincies: quibus dictis apostolus dei disparuit ante eum. Rex aũt ramirus excitatus a somno surrexit: precepit q̃ vocarentur episcopi et abbates: et omẽs aliĩ nobiles sui palaciĩ. qui cum ipso erãt et narrauit eis omnia que viderat et audiuerat que ei dixerat apostolus iacobus. perceptis ergo diuinis sacramentis ingressi sunt prelium in dei nomine: et apostoli iacobi ante se. et statim cum ingrederẽtur preliũ apparuit eis apostolus iacobus sicut promiserat cõfortãs eos ad bellum. sed et ipse terribiliter percutiebat sarracenos. xpiani autem cum viderunt apostolum iacobum eos confortantem et magnã cedem in sarracenos facientem irruerunt viribus viriliter in hostes confidẽtes in adiutorio dei: et apostoli iacobi magnis vocibus acclamantes et dicentes. deus adiuua et sancte iacobe. et statim sarraceni fuerunt victi: et mortui sunt ex eis septem milia: et qui euadere potuerunt per fugam liberati sunt. Tunc cepit rex ramirus calagurrã et plura alia castra: et deinde rediit legionem diues et honorat⁹. et ex illo die habuerunt christiani in consuetudine cum ingrediuntur bella cum sarracenis inuocare dicendo deus adiuua et sancte iacobe. et tempore istius regis incepit ordo sancti iacobi. Unde sarracenis insecuta est infelicitas. ex illo etiaʒ tunc nũq̃ fuerunt ausi petere a christianis redditus neq; parias domicellarũ. cuʒ nimium opprimeret eos predictus rex ramirus ĩ fortitudine dei et apostoli iacobi. Predict⁹ rex ramirus fuit mitis et pius bonis. sed terribilis et fortis malis: quia latronibus extrahebat oculos: diuinatores et incantatores ignibus comburebat.

¶ Uincũt christiani solutis septuaginta nauibus igne.



Quadragesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingẽtesimoundecesimoquarto. Imperãte

predicto ludouico: et sedente in cathedra petri valentino papa. Tunc applicuerunt ad portum galetie normani qui erant gentes crudelissime et pagane: neque vnque fuerunt vi se in terra illa. Et venerunt ibi in multitudine magna non solum hominum sed etiam nauium. quod cum predictus rex ramirus audiuit. statim congregato suo exercitu iuit illuc contra eos et pugnauit cum eis in loco qui dicitur delpharo. Sed licet normani essent gentes aspere et fortes. victi tamen fuerunt et multi ibi perierunt: et qui euadere potuerunt per mare fugierunt et perdiderunt ibi. lxx. naues: quas ignibus concremauit rex ramirus. Lucratique sunt ibi christiani magnas diuitias. et reuersus est predictus rex in ciuitatem legionensem cum magnis diuitiis et honore. Regnauit autem sex annis et mortuus est feliciter: ac sepultus est in ciuitate ouetensi. et successit ei in regno ordoneus eius primus filius.

Vincunt christiani occisa plurima sarracenorum multitudine.

Quadragesimum primum bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno domini octingentesimo uicesimo sexto. imperante supradicto Ludouico et sedente in cathedra petri gregorio. iiii. ac regnante in regno legionis ordoneo supradicti regis ramiri filio. Cum predictus rex rediret de vasconia que ei rebellauerat in principio regni sui. et post occisionem plurium illorum illam subiugasset. nunciatum est ei quod magnus exercitus sarracenorum veniebat contra eum quo audito animose venit contra eos pugnauitque cum eis: et deuicit eos plurimis eorum trucidatis. reliqui vero fugierunt: et reuersus est cum victoria et honore: ac cum plurimis diuitiis: et multitudine captiuorum. Iste rex fuit mitis et pius et zelator iusticie: et populauit multas ciuitates: ex quibus rex alfonsus castus expulerat sarracenos. et extunc manserunt deserte.

Vincunt christiani captis duobus ducibus sarracenorum.

Quadragesimum secundum bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno sequenti scilicet octingentesimo uicesimo septimo. Tunc enim dux quidam sarracenus nomine muca ab eucatim cum multitudine magna venit in cathaloniam vbi fecit plurima damna: deinde transiuit in prouinciam et franciam percurrens et destruens quicquid inuenire poterat vbi plurimos christianos in bello occidit: et cepit duos christianorum duces: quorum vnus dicebatur sauaius. Alius vero petrem: et oneratos ferro carceribus mancipauit.

Vincunt christiani peremptis innumerabilibus sarracenis.

Quadragesimum tertium bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo uicesimo nono. Tunc predictus muca sarracenus eleuatus

in superbiam cum exercitu magno venit vt percurreret terram regis ordonei predicti et cepit vnū locum qui dicebatur albaida ꝛ circūdedit eam muro forti et turribus plurimis quod cum sciuit predictus rex ordoneus congregato exercitu suo venit velociter et obsedit predictū castrum tunc predictus muca non erat ibi sed statim cū audiuit ꝙ venerat rex ordoneus et obsederat castrum albaide venit citius quo potuit vt succurreret castro et cum ꝑuenit ad montem qui dicitur garдusio fixit ibi tentoria sua. Rex autē ordoneus cū cognouit hec diuisit exercitum suum in duas partes quarum vnam diuisit in obsidione castri et cum altera occurrit predicto muce sarraceno. bellauitqꝫ cum eo ꝛ perempti sunt ibi gladio xp̄ianorum vltra duodecim milia de militibus sarracenoꝝ exceptis peditibus quorum cedes fuit quasi innumerabilis: mortuus est etiam ibi quidam gener muce qui dicebatur dan. Sed ꝛ ipse muca tribus vulneribus lancearum percussus cum paucis que remāserunt fugit a bello dimisit ī bello quecūqꝫ habebat colligerunt ergo xp̄iani spolia cāpi et inuenerunt diuitias vltra modum ꝛ regressi sunt cum rege ordoneo in castrum. Et post septē dies cepit ipsum et interfecit omnes sarracenos quos int⁹ inuenit ꝛ captiuabat mulieres cum paruulis eaꝝ. Destruxitqꝫ castrū vsqꝫ ad fundamentū et reuersus est in terram suā cū diuitijs et honore. Cū predicta que acciderāt muce cognouit quidā eius filius cui⁹ nomen erat lupus qui p̄sidebat toleti timore magno percussus cepit quecūqꝫ habebat ꝛ venit ad regem ordoneum factus ꝙ est eius vasallus qui postea pro regis ordonei seruitio multa bella cōtra sarracenos superauit semper victor existens.

¶ Vincunt christiani occiso rege Corie sarraceno.



Exagesimum quintũ bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa annuz domini noningentesimumoctauum. Tũc mortuo supradicto rege sauxio et nobili comite fernando gundisalui ꝛ regnãte ramiro tertio filio predicti regis cũ comes garsias fernãdi filius predicti comitis fernandi gundisalui esset in castro sancti stephani de gormatio. quẽ ipse vi lucratus fuerat a sarracenis ibi existens habuit multa bella cũ sarracenis ed vnũ signãter hic annotabo propter vnũ singulare miraculum qd ibi accidit. Dolentes enim sarraceni de perdito castro quadã die venerunt in multitudine magna de gormatio ad vadũ qui dicitur elcastaial. Quod cũ predictus comes sciuit exiuit ad eos cũ suis audita vna missa et cõmissuz est durum bellũ inter vtrosq;. miles autem quidam predicti comitis qui dicebatur fernandus cutobinos remansit armatus genibus flexis in ecclesia pdicti castri audiẽs alias missas que dicebantur a mõachis quos ibi deduxerat comes a monasterio sancti petri de arlancha. habebat enim miles ille in consuetudine non exire ecclesiã quousq; omnes misse essent finite. Angelus autez domini eius figura in persona armis et equo assumpto apparuit in bello qui tã fortiter bellauit ibidem ꝙ nullus ei similis fuit. Nam iste occidit militẽ illum sarracenũ qui ducebat vexillũ sarracenorum propter quod factum eradicati et victi fuerunt sarraceni. Reuertentibus ergo de bello cum victoria querebat comes pro illo milite fernando cuotobinos qui tã viriliter se habuerat et non potẽs ipsuz reperire in campo miratus venit in castrum et inuenit quomodo miles ille erat clausus in ecclesia pre verecũdia non ausus apparere. quia non fuerat in bello et et sic vocato ad se ac cognito miraculo inuenit in lorica eius ꝛ armis sui eq̃ omnia signa ictuuz que sibi in bello dederant sarraceni sicut ipsi viderãt et intellexerunt oẽs ꝙ propter deuotionem quã ille miles habebat in auditiõe missarũ de⁹ miserat angelũ suũ in ei⁹ effigie vt suppleret vi

cem eius in campo tpe illo et dederunt oēs propter tam manifestū miraculum gratias deo et virgini gloriose.

¶ Meritis apostoli sancti Jacobi vincunt xpiani percussis grauissima infirmitate sarracenis.



Sexagesimum sextum bellū inter sarracenos et xpianos accidit anno dñi noningentesimotricesimotertio. Tūc quidam rex sarracenorū cuius nomen alidraxi cū multitudine paganorū intrauit regnū portugalie et peruenit destruendo quicquid inuenire poterat vsq3 ad sanctum Jacobuz Sed propter honorem apostoli iacobi cum christiani resistere nō possent bellauit deus contra sarracenos percussit eniz deus omnes sarracenos quadam infirmitate grauissima sic q oēs perierunt intantū q nō remaneret qui noua aliorz nunciaret in terra sua. Eodem anno infirmatus fuit rex ramirus tertius et mortu9 est in ciuitate legionēn. regnauit. xxv. annis et successit ei in regno donus beriundo fili9 regis sancij cōsobrinus regis predicti ramiri.

¶ Uincunt christiani per regē beriundo et iterum a sarracenis vincunt eodem bello per almāzor.



Sexagesimum septimuz bellū inter sarracenos et xpianos accidit anno domini noningentesimotricesimoquinto. Tunc almanzor videns discordiā magnam inter christianos congregauit exercitum suum magnum sarracenorum et christianorum qui cum eo se defederauerant et intrauit terram christianoruz. Incepitq3 destruere prouincias legionis et castelle et nauarre christiani autem erant sic discordes q nullus erat qui alterum vellet adiuuare et intantum processit illa vice q a flumie dorij quod erat tunc signum diuisionis inter sarracenos et christianos peruenit destruendo vsq3 ad flumen quod dicitur estolam et ibi fixit tentoria sua Quod cum sciuit rex beriundo exiuit contra eum cū exercitu suo bellauitq3 cum eo viriliter et mortui sunt plurimi sarraceni. Peruenit rex beriundo bellans et occidens vsq3 ad tentoriuz almanzor. Quod cum vidit almanzor iratus vehementer proiecit in terram pileum aureum quod ferebat in capite secundum morem sarracenorum in signum corone. Erat enim cōsuetudinis sarracenorum regum mittere in terram predictum pileum in signū magni doloris et ire respectu suorum quia non vincebant inimicos. Quod vidētes sarraceni resūptis virib9 irruerūt virilr in xpianos in tantū q secuti sunt eos vsq3 ad portas ciuitat legionēn. et post paucos dies cepissent ciuitatē nisi fuiss3 mltitudo pluuiarz hyemis ppter quā necessario hūit recedere almāzor et sic reuersus ē in ciuitate cordubeñ. cū diuitijs et honore.

¶ Uincūt sarraceni et capitur ciuitas legioneñ. p almāzor.



Exagesimum octauum bellum inter sarracenos et xpianos accidit ãno domini nongentesimotricesimosexto. Tũc supradictus almãzor venit cũ multitudine graui et obsedit predictã ciuitatẽ legionensẽ. et tanta fuit violenta expugnatio vrbis ꝙ confregit murum in duabus patribus scilicet ex parte occidentis et ex parte meridiei Comes autẽ galetie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iacebat tunc in lecto multum infirmus et cũ sciuit ꝙ murus erat ruptus in duplici parte fecit se armari omnibus armis et deferri in lecto ad locum vbi murus erat magis confract⁹ quia ibi erat maior pressura et periculosior loc⁹. hoc autẽ ipse faciebat vt ibi occideretur anteq̃ videret cõfractionẽ ciuitatis. Ipse ergo iacẽs in lecto tribus diebus defendit locũ illum ruptũ et mortui sunt plures ex vtraq̃ parte sed finaliter occisus ẽ ibi et statim capta fuit ciuitas. et ꝑcepit almanzor ꝙ frangerentur oẽs porte ciuitatis et ꝙ destruerentur turres que erant ibi ex marmorib⁹ mirabiliter fabricate. Et cum ꝑdictus almãzor destructa ciuitate voluit intrare monasteriuz monachorum sancti claudij extra muros vrgens cũ calaribus equum suuz nõ potuit ipsum mouere ab eodẽ loco sed equus ibi crepuit medius propter quod predictus almanzor destitit a destructione predicti monasterij et dedit ibi multa donaria secundũ ꝙ in eodẽ conuentu presente illustrissimo rege enrico q̃ nũc regnat a priore eiusdem audiui. Asserebatq̃ se vidisse de donarijs illis que dederat almanzor propter predictum miraculum et reuersus est almanzor cordubaz cũ magnis diuitijs et honore.

¶ Uincunt sarraceni et occidunt proditorie septẽ infantes de lara.



Exagesimũ nonum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa predictũ tẽpus. Tũc quidã miles qui dicebatur rodericus belasquas finxit se facere bellum sarracenis velle et occulte tractauit cum almanzor quomõ morti traderet septem fratres qui dicebantur septẽ infantes de lara cum eorum patre gundisaluo gustios q̃ erant fortissimi bellatores qui eo tempore reperiri poterant in mundo. Causa autez quare ipsos tradidit morti fuit vindicatio de aliquibus iniurijs quas vxor sua et ipse se reputabant recepisse ab eis. Deduxit ergo eos suis verbis blãdis proditorie cum exercitu magno vsq̃ in campũ de almenara et ꝑmisit illos infantes vt depredarentur cãpum. Ipsi vero habebant secum ducentos milites suos qui exeuntes subito apparuit multitudo innumerabilis sarracenoꝝ veniens super eos et factum est prelium magnuz sic ꝙ interfecerũt multos ex sarracenis. sed de christianis mortui sũt in illo certamine illi ducenti mili

tes sic ꝙ non remanserūt nisi septē infantes predicti. Et cum viderūt ꝙ ibi nihil restabat nisi vincere vel mori commendauerunt se deo ꝛ inuocauerunt apostolum Jacobuȝ ꝛ irruerunt virili animo in sarracenos interfecerunt plures et eis sic ꝙ nullus erat qui ante ausus esset expectare eos. sed tanta erat multitudo sarracenorum ꝙ pre lassitudine retraxerunt se ad quendā collem vt abstergerent facies suas a pulueribus. et cuȝ ibi peruenissent inuenerunt ꝙ vnus eorū deficiebat scilicet fernandus gundisalui q̄ in bello mortuus fuit: propter cuius mortem nimium doluerunt. Existētes ergo ibi habuerunt verbū suuȝ cum sarracenis petentes treugas quousqȝ nunciarent predicto roderico belasquas si vellet eos iuuare ꝛ concesserunt eis. Miserunt ergo didacum gundisalui ex eis sed nihil potuit obtinere. Reuersus ergo ad fratres suos narrauit eis crudelitatem illius proditoris ꝛ factum est ꝙ mille equites qui erant cum predicto roderico. belasquas mouerunt se vt venirent et succurrerent infantibus. Sed cuȝ cognouit proditor ille qui erat eorum capitaneus verbis suis fallacibꝰ impediuit aduentuȝ eorum non tamē sic potuit impedire quin tricenti illoruȝ transirent ad eos animo moriendi vel viuendi cū eis videntes proditionem sui capitanei. Juncti ergo illis irruerunt secundo in sarracenos ꝛ factum est preliuȝ asperrimum tale quale nunꝙ̄ quis audiuit in tam paruo numero et tanta fuit cedes sarracenorꝫ ꝙ anteꝙ̄ aliquis eoruȝ occideretur peremerūt vltra duo milia sarracenorum. Sȝ finaliter bellando intra multitudinem tā grauem mortui fuerunt illi tricenti milites et remāserunt soli predicti sex infantes ꝛ tā fessi erāt ꝙ iam non poterāt leuare brachia ensibus suis. Cum autē viderunt eos ita fessos capitanei sarracenorum scilicet viara et galue propter eorum strenuitates traxerunt eos a pressura belli ꝛ duxerunt eos ad tentoria sua ꝛ fecerunt ꝙ deponerentur arma eoruȝ: dederuntqȝ eis ad comedendū panem ꝛ bibenduȝ vinum. Sed cū proditor ille roderícus belasquas hoc cognouit misit nūcios suos capitaneis illis dicēs ꝙ ipsi malefaciebāt ꝓcedētes vitā talibus hominibus sicut illis et ꝙ de hoc posset eis maluȝ euenire. et ꝙ si sic facerent ꝙ ipse non rediret amplius in castellam. sed iret ad almanzor ꝛ faceret ꝙ̄ caperentur ab eo. timentes ergo illi ne aliq̄d maluȝ eis eueniret ab almanzor excusantes se ab infantibus propter hoc reduxerunt eos cum armis suis. sicut primo erant in campum vbi primo fuerant quos cum viderunt sarraceni pulsatis atamboris bus suis irruerunt in eos in tanta multitudine sicut cadit pluuia de celo et factum est prelium crudelius ꝙ̄ prius fuerat sic ꝙ breui tempore occiderūt duo milia et. lx. et vltra sarracenos sicut narrat hystoria. Et inter ceteros frater minor qui dicebatur gundisaluus gundisalui terribiliora ꝛ mirabiliora su

per alios faciebat. sed tanta erat multitudo sarracenorum ꝙ non potuerunt eos tollerare. et intantum fessi erãt ꝙ nullo modo poterãt iã moueri nec equi eorũ. Et licet amplius bellare voluissent armis carebant quia iam cõfracte enses eorum. Cum ergo sarraceni viderũt ꝙ non habebant arma occiderunt equos eorum et ceperunt eos: ⁊ expoliantes eos armis suis decapitauerunt eos vnũ post alterũ sicut nati fuerũt in oculis prædicti ꝓditoris roderici belasq̃s. Et cũ ꝑuenerunt ad gundisaluum qui erat minor eorum videns omnes fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires et quodam pugione quod habuit in manibus irruit in illũ qui decapitauerat fratres suos percussitq; ipsum in gutture et mortuus est cepitq; subito eius ensem et occidit cum eo vltra .xx. sarracenos vt narrat hystoria. Captus est finaliter et decapitatus est ibi. Ecce quid fecit proditor ille sed postmodum hec proditio notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorum quem habuit in quadam sarracena qui dictus fuit mudaica gundisalui postmodum occidit illum ⁊ .xxx. milites eius cum eo et vxorem eius ignibus cremauit sicut plenius cõtinetur in generali hystoria hyspanie.

¶ Vincunt sarraceni ⁊ comburitur ciuitas sancti iacobi ab almanzor et deducuntur campane ad mesquitam cordubensẽ. pro lampadibus in signũ victorie.



Eptuagesimũ bellũ inter sarracenos ⁊ xp̃ianos accidit anno domini noningentesimo quadragesimoquinto. Tũc almanzor congregauit exercitum magnũ et intrauit prouinciã que dicitur portugalia destruxitq; villas ⁊ castra loca ⁊ cũ peruenit ad mare percurrit et destruxit terram galetie ⁊ peruenit vsq; ad ciuitatem sancti iacobi quam combussit: intrauitq; sine timore vbi iacebat corpus beati iacobi vt confringeret eius monumentũ. Sed factus fuit quidam sonus terribilis circa eum quo territus fuit. Ueruntamen accepit cãpanas minores quas secũ deduxit in signũ victorie quas posuit pro lampadib⁹ in mesquita cordubẽsi. vbi magno tempore steterunt. Sꝫ anteq̃ almanzor recederet de terra illa percussus fuit ille cũ exercitu suo a deo propter peccatum presũptionis et feditatum quas fecerat in eccl'a sãcti Jacobi q̃dã terribili ⁊ fetida ĩfirmitate quã dicũt medici detiarea sic ꝙ q̃si oẽs sui exercit⁹ fuerũt ibi mortui ⁊ ꝯfusi q̃ euaserũt postea mala morte sꝫ subitanea finiuerũt. Et cũ h' sciuit rex beriũdo misit plures gẽtes ad mõtana vbi se eleuauerãt sarracẽi remanẽtes ⁊ oẽs ibi occisi sũt sic ꝙ vn⁹ ex eis nõ remãsit ⁊ almãzor reuersus fuit in terrã suã cũ paucis.

¶ Vincũt xp̃iani perempta multitudine sarracenoꝝ per comitẽ castelle Garsias fernãdi.


Eptuagesimũ-primũ belluz inter sarracenos et christianos.accidit ãno domini nonin gentesimoquadragesimoseptimo. Tunc quidam sarracenus qui dicebatur abdemelique filius almãzor congregauit exercitum suũ:vt percurreret ⁊ destrueret terram xpianorum.Qui perueniens vsq3 ad ciuitatem legioñ.destruxitq3 quecũq3 reliquerat almanzor pater eius tam in muris ꝙ in turrib⁹ vsq3 ad pauimentum:vt non possent amplius illuc edificare christiani.Os3 supradict⁹ comes castelle garsias fernandi venit viriliter contra euz cum multitudine militum et peditum:qui fecit predictum sarracenũ eleuari a ꝑdicta ciuitate.secutusq3 est eum fugientem:⁊ interfecit plures sarracenos.sic ꝙ ille sarracen⁹ cum magna pena ⁊ periculo reuersus est in ciuitatem cordubeñ.nec amplius ausus fuit attemptare ꝑcurrere terram christianorum.

¶ Hoc bello vincũt christiani mortuo almanzor: ac peremptis innumerabilibus sarracenis per regez beriundo.


Eptuagesimũ secunduz bellum inter sarracenos et xpianos accidit ãno domini noningẽtesimoquadragesimooctauo. Tunc supradictus rex legionis donus beriundo.vidẽs mala que sarraceni continuo inferebãt christianis scripsit regi garsie nauarre et predicto comiti castelle garsie gundisalui.⁊ propter fidem ⁊ salutem patrie confederati sunt contra sarracenos:et produxit exercitum suum magnum. Rex predictus beriundo et licet infirmus esset fecit se deduci in lecto cui coniũctus est predictus comes cum militia sua. Rex predictus garsias non venit in persona: sed tamen misit exercitum suum. Omnes ergo predicti coniũcti sunt in quodam loco prope feriam qui dicitur arabice canitaasor:quod nostra lingua dicitur arcamboum. Almansor etiam de quo supradictum est pertraxerat exercitum suum magnum: ⁊ intrans ꝑ castellam destruxit quicqd inuenire poterat.Cum ergo peruenit ad eos habuit cum illis prelius suũ magnum qd durauit per totaz vnam diez vsq3 ad noctẽ.sic ꝙ vna pars alteram deuincere non poterat.mortui tamẽ sunt ex parte sarracenorũ quasi sine numero:⁊ dimissum est bellum propter noctem superuenientem: alias ibi fuisset captus vel mortuus almansor. Cum ergo vidit ꝑdict⁹ almansor destructionem gentis sue non fuit ausus expectare bellum sequentis diei ⁊ fugit de nocte.cũq3 peruenisset ad locum qui dicitur bolgaecorax pre dolore ⁊ tristitia infirmat⁹ est: nec vltra amplius comedit et bibit et sic mortu⁹ est: sepultusq3 est in medina celi. Rex autem predictus cũ omnibus aliis christianis sequenti die parauerũt acies suas ad bellandum cogitantes saracenos stare in tentoriis suis.⁊ cuz hora diei respectarent:et nullum saracenũ in

uenerunt accesserūt ad eorum tentoria ⁊ expoliauerūt campum. Comes vero garchias fernandi secutus est saracenos qui tot ex eis interfecit ꝙ paucissimi remanserunt viui: ⁊ reuersus est cum multitudine captiuorum. Sic ergo peruersus ille almansor qui sepe in bellis cōtra christianos fuerat victoriosus miserabiliter illa die a xp̄ianis fuit victus ⁊ mortuus. Illa autē die qua almansor fuit vict⁹ ⁊ mortuus fuit visus quidā homo sub figura pastoris i litore galdaquenir. Clamans ac magnū planctum faciēs. Dicebat enim primo in arabicō: et deide lingua castellana. Jncanantarazor perdidit almansor potestatem ⁊ fastum suū ac leticiā. Cordubeñ. autez quando volebant ire ad illuz hominē ⁊ ab eo querere quis erat ⁊ cur plorabat eleuabatur ante oculos eorum: et non videbant eum. Iterum apparuit in alio loco dicens in lingua nostra en canātarazor perdio almansor elātabor. Creditur ꝙ ille diabol⁹ in figura hominis qui dolebat de destructione saracenorum propter mala que inferebant xp̄ianis sub duce pessimo almansor. Sequenti anno mortuus est feliciter predictus rex berīundo: et sepultus est in ciuitate legioneñ. in ecclesia sancti ioānis baptiste regnauit. xxvij. annis. Et successit in regno rex alfonsus quitus filius eius: et incepit regnare cum esset etatis quinꝙ annorum.

¶ Hoc bello vincūt saraceni et capitur ciuitas Abuleñ. moriturqz i carcerib⁹ comes Garsias fernādi.

Septuagesimū tertium bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini noningētesimo quinquagesimo nono. Et regnāte in regno legionis alfonso quinto predicto. Tunc propter discordiam magnam inter predictum comitē garsiam fernandi: ⁊ filium eius saucium saraceni congregauerunt exercitum magnum: ⁊ venerunt vt percurrerent terram christianoruz ceperuntqz abulam que tunc populata fuerat. Deinde venerunt boromam: et sanctum Stephanum destruxerunt. Destruxeruntqz villam ⁊ per totam illam terram crudeliter occidebant christianos. Cū autem p̄dictus comes sciuit amaram destructionez non potuit sustinere ⁊ licet gētes sue essent diuise inter se: ⁊ filium eius proposuit mori p defensione patrie. Uenit ergo viriliter contra saracenos bellauitqz cum eis animose. sed deo permittente victus fuit in bello ⁊ captus a saracenis: sed paucis elapsis diebus mortuus est in carceribus de vulneribus que receperat in bello ⁊ successit in comitatu castelle predictus filius ei⁹ saucius qui postmodū optime defendit terram suam ⁊ lucratus est penāfial: ⁊ sepulnedam maderuelum monteion et recuperauit gormacium ⁊ sanctum Stephanum ⁊ ozomam que perdita fuerant cum eius pater esset in carcere. Iste fuit primus qui dedit libertatem militibus castellanis ꝙ non contribuerent nec irent

in exercitu3 nisi dñs daret eis soli-dum suũ quia ante contribuebant ꝛ ibant in exercitu sine solidata.

¶Bello.lxxiiij.vincũt xp̄iani per regem alfonsum quintũ ꝛ vindicatur mors comitis Garsie fernandi.



Eptuagesimum quartum bellũ inter saracenos ꝛ christianos accidit anno domini noningentesimo septuagesimo tertio. Tũc predictus rex Alfonsus quintus ꝛ comes castelle saucius non potentes sufferre iniuriam quã fecerant saraceni in occisione comitis Garsie fernandi congregauerũt exercitu3 magnũ vna cum adiutorio nauarrorum ꝑpter fedus qđ inierat pater regis alfonsi cum eis ꝛ peruenit ad regnum toleti comburens ꝛ destruens quicquid inuenire poterat. Et pertransiẽs inde peruenit vsq; ad ciuitate3 cordubeñ.depredando ꝛ destruendo gladio ꝛ igne quicquid inuenire poterat. Quod videntes saraceni vt eos dimitteret in pace dederũt ei magnũ thezauru3 ꝛ plurima dona. Similiter rex toleti ꝛ cordubeñ.ꝛ reuersi sunt in terram suã vindicata morte predicti comitis ꝛ cũ magnis diuitijs ꝛ honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. q̃ destruxerat almãsor ꝛ filius eius, regnauitq;.xxvij.annis.ꝛ mortuus est in portugalia. Cõgregauerat eni3 exercitum suũ magnum et desiderio seruiẽdi xp̄o. ꝛ iuerat in predicta3 terram: vt caperet villã illam que dicitur viseo que tunc erat saracenorum.ꝛ cum die quada3 in armis respiceret hincinde murum vt videret portam debiliorẽ ad conquirendũ percussus fuit sagitta in spatulis ꝛ sentiens se vulneratum ad mortem facto testamẽto ꝛ ꝑceptis sacramentis feliciter migrauit ad dominum: ꝛ sepultus est in ciuitate legioneñ.apud patrẽ suũ supradictum. Regnauitq; pro eo filius eius donus beriundo tertius.

¶Vincunt xp̄iani ꝛ liberat̃ Pampilona a manibus saracenorum.



Eptuagesimũ quintũ bellum inter saracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc enim tẽpore yemis venerũt saraceni in multitudine graui: vt caperent ꝛ frangerẽt ciuitatem pampilone. Rex autẽ saucius nauarre stabat tunc vltra portus qui dicitur berontes valles: et cu3 sciuit doluit vehemẽter: ꝛ collecto exercitu suo disposuit se magno periculo propter niues magnas que erant in partibus illis. Et cum vidit ꝙ aliter transire nõ poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotularium pro se ꝛ pro omni gente sua: ꝛ sic transiuit portus de nocte sine aliquo damno.licet cu3 magna pena et propterea dictus fuit postmodũ rex saucius abarca. Cũ ergo fuit mane apparuit subito irruens sup saracenos qui obsessam tenebant ciuitatẽ: ꝛ tot interfecit ex eis ꝙ vix remãsit qui posset re-

nunciare in partibus suis que acciderent ibidē. Iste rex ambulans cum suis abarcis fecit multa bella cum saracenis: ꝛ cōquisiuit multa loca in celtiberia et in carpētania que vsq3 in hodiernum diē dicuntur donisaucij abarca. Regnauit xxv. ānis: ꝛ successit ei in regno nauarre filius ei9 donus garsias tremerosus sic dictus: quia cu3 ingrediebatur bella: tremebat valde in principio. licet post ingressu3 esset fortissimus miles qui dictus fuit abarca sicut pat᷑. Quo mortuo successit ei in regno filius eius dictus sancius maior. Hic duxit in vxorē dominā elniram filiā comitis sancij castelle ex qua habuit duos filios quoru3 vnus fuit dictus donus garsias ꝛ alius donus fernandus. Quorum pater nō remanēte prole infantis garsie filij comitis sancij castelle cepit comitatu3 castelle ex parte vxoris sue. Et ipso mortuo donus fernādus filius ei9 qui duxerat in vxorē dominā sanciam sororem regis legionis doni berlundi de quo supradictū est de eius cōsensu in ei9 nuptijs ductus est rex castelle. Rex aute3 p̄dictus donus berlundo regnauit in regno legionis decem annis: ꝛ mortuus est in quoda3 bello qđ accidit sibi cū predicto rege fernando ꝛ fratre eius rege garsia nauarre qđ bellu3 fuit celebratum prope Cariorē in quodam loco qui dicit᷑ nantada in valle tamaron: sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie: et sepult9 est in ciuitate legioneñ. cum vxore sua domina Therasia. Quo mortuo predictus rex fernandus collecto exercitu suo iuit legionem ꝛ obsedit eam: et finaliter receptus est in regem legionis: quia ei pertinebat. et sic coniuncta sunt ista duo regna. ꝛ ipse dictus rex castelle et legionis: et vocat9 fuit rex fernandus magnus.

¶ Uincunt xp̄iani ꝛ capiunt qnq3 reges saracenorum per rodericu3.



Exuagesimū sextum bellum inter saracenos et christianos accidit anno dñi Millesimo. xvi. Regnante in regno castelle ꝛ legiōis supradicto rege fernando magno. Tūc excitauit deus quēdam virum sibi dilectum ꝛ armis strenuū dictum rodericum de viuar. Iste fuit filius cuiusda3 nobilis militis qui dicebat᷑ Nunnus laynes quē genuit ex vxore sua legitima terasia. Nunnens filia comitis Nunni aluaros de maya. l3 alij qui alia afferant: tamen hec est rei veritas: sicut patet in cronica predicti regis fernandi magni. Cum ergo ingrederētur eo tēpore quinq3 reges saracenorum: vt percurrerent castellam transierūt super ciuitatē burgeñ. ad montes doca: et percurrerūt ville forature ꝛ sanctū dominicū delacalsada ꝛ lucronū ꝛ nayaram totamq3 illam terrā ꝛ extrahebat magna3 prisam captiuorum bestiarū gregum ꝛ armētoru3 Cum ergo ipsi irent cum tāgrandi preda: predictus rodericus conuocauit totam illam terram: ꝛ dedit illis saltu3 in montibus doca. bel

lauitq; cu; eis ꝛ deuicit eos. cepit q; predictos quinq; reges viuos: ꝛ cepit totam predam suam ac cum illis captiuis regibus: ꝛ cum tota preda venit ad matrē suam ꝛ diuisit spolia nobilib⁹ ꝛ omnibus aliis qui fuerunt cu; eo in bello: ꝛ facta est leticia magna ac laudauit deu; propter victoriam ꝛ mercedē qua; sibi fecerat. Dixitq; non habeo pro bono tenere reges captiuos. s; habeo pro bono liberare eos: vt vadant libere in terra; suam. Soluit ergo illos quinq; reges saracenos ꝛ precepit ꝙ abirent. sed ꝛ ipsi regratiati sunt propter tantū beneficium venientesq; in terram suā benedicebant ei: ꝛ miserūt ei parias cognoscētes se volūtarie suos esse vasallos. Hic rodericus peregrinans in sanctum iacobum recepit beatum Lazaru; sub specie leprosi in societate sua in mensa et lecto quē inuenit iacētem in luto in via horrentibus ergo omnibus qui cū eo erant nocte illa qua secum fuit in lecto cum dormiret roderic⁹ insufflauit ille leprosus flatu magno per spatulas roderici sic: ꝙ flatus ille puenit vsq; ad pectus: ꝛ euigilans nō inuenit leprosu; illū apud se: nec amplius eum videre potuit licet a lecto surgeret: ꝛ eum diligēter quereret. Reuersus ergo ad lectum: ꝛ luminaribus incensis cum diligenter cogitaret in his que sibi illo leproso acciderant post paululum. Ecce apparuit vir quide; albis indutus vestibus qui dixit ei. Roderice dormis. Tūc respondit ꝛ dixit. non dormio: sed quis es tu qui cum tanta claritate ꝛ odore venis? Tunc ille respondit. ego sum sanctus lazarus quem tu recepisti ꝛ cui multa bona fecisti sub specie grani ex dei amore. ꝛ ꝓpter honorem ꝛ bonum quod mihi fecisti: cōcedit tibi deus vnū magnum donū ꝙ cum flatus ille que; sensisti tibi euenerit. scias pro certo ꝙ omnia q̄ inceperis in bellis vel alias omnia feliciter consummabis. Tuus honor crescet de die in diem: ꝛ erit timor tuus super saracenos ꝛ xpianos: sed ꝛ inimici tui tibi nunq̄ nocere poterunt: morieris morte honorabili. nunq̄ eris victus: s; semper victor existēs: quia deus concedit tibi suam benedictione;. fac ergo semper bonū. ꝛ sic disparuit. Ille autē surgens a lecto genibus flexis in terra: fudit oratione; sua; ad deu; gratias immensas agens propter tanta beneficia sibi largita. Hic post peregrinationem sua; intrauit in campo cum Martino gundisalui: devicit et occidit eum propter ꝙ lucratus est ciuitatē calagurritanam pro rege fernando: quia erat questio super eadē inter predictum fernandum regem: ꝛ regem ramiru; arragoni cuius esset et facta est concordia inter eos: ꝙ illi duo milites pugnarent ꝛ parti victoris ciuitas concederetur.

¶ Hoc bello vincūt xpiani ꝛ occiditur alymaymon rex saracenorū.

SEptuagesimūseptimum bellu; inter saracenos et xpianos accidit anno dñi millesimo decimonono

Tunc rex garsias nauarre ꝛ rex sarracenorū Alymaymon cōgregauerunt exercitus magnos: ꝛ in loco, q̄ dicitur recurnaseta factum est prelium magnum ꝛ mortuis plurimis sarracenis victus est rex alymaymon: ꝛ mortuus in bello a predicto rege garsia.

¶ Christiani vincunt per rodericum deviuar peremptis plurimis sarracenis.



Eptuagesimū octauum bellum inter sarracenos et xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo. xxvii. Tunc cum supradictus rex fernandus magnus esset in galecchia venerunt sarraceni cū exercitu magno vt conquererēt extrematurā. gentes vero illius terre miserunt veloces nūcios p̄dicto roderico viuar vt eis succurreret: qd̄ cum audiuit non detinuit se: sed misit statim p̄ parētibus et amicis suis: et venit cōtra predictos sarracenos qui deducebant predā magnā captiuorū gregū ꝛ armentorū. ꝛ inuenit eos inter achensiam ꝛ sanctū stephanū de gormatio. Irruit ergo in eos virili animo: ꝛ commissum est bellū cāpale asperrimū: vbi plurimi ceciderūt sarraceni. Deuicitq; sarracenos: ꝛ secutus est fugiētes p̄ septem leucas occidendo ꝛ vulnerādo eos: ꝛ reuersus est honorifice cū tota preda quā ducebāt sarraceni: ꝛ tot fuerūt spolia cāpi in eo q̄ valuit. quinta pars fuit ducētorū equorū. ꝛ valor centū milliū marcarū argētei: q̄ oīa diuisit sine cupiditate bellatoribus suis: ꝛ reuersus est in terram suam cum diuitiis et honoribus.

¶ Hoc bello vincunt christiani per regem fernandum magnum et capitur viseum.



Eptuagesimū nonū bellū inter sarracenos et xp̄ianos. accidit āno domini Millesimo xxxiii. Tunc predictus rex fernandus magnus cōgregauit exercitū suū magnū: ꝛ iuit cōtra sarracenos portugalie ꝛ meridie ꝛ badayo᷒: q̄ oīa hec tūc possidebāt sarraceni: ꝛ cepit viribus ceam ꝛ guncā q̄ sunt in portugalia: ꝛ plura alia castra q̄ erant circūcirca. ꝛ lꝫ in illis remanerēt sarraceni p̄ vasallis suis. fatalicia tn̄ semp̄ permanserūt in regis potestate. ꝛ obsedit viseū vbi mortuus fuerat rex alfonsus socer eius ex sagitta. de quo supradictum est: ꝛ in tanta pressura tenuit eam obsessam q̄ cepit eā: ꝛ cepit illum sarracenū qui interfecerat sagitta regē alfonsum. Extraxitq; oculos eius ꝛ prescidit etiā eius manus ꝛ pedes. In his rodericus supradictus fuit strenuissimus miles.

¶ Vincunt xp̄iani: et capitur lamegum et plura alia loca per fernandum magnum.



Ctuagesimū bellū īter sarracenos ꝛ xp̄ianos. accidit anno domini millesimo xxxiiii. Tūc supradictus rex fernādus magnus. cōgregato exercitu suo iuit sup̄ lamegū

et licet ciuitas esset fortissima. sta= rim tñ obsedit eã: τ tot ingenia ac castra lignea posuit circũquaqꝫ et tam fortissime cõquestauit eã ꝙ vi armorũ cepit eam. in qua inuenit multitudinẽ diuitiarum: τ cepit ca ptiuos oẽs sarracenos quos intus inuenit: quorũ maiorẽ partez reti= nuit ꝓ edificatione ecclesiarũ que prostrate fuerant. τ post hec iuit su per castrũ sancti martini. qđ iacet super riuum de malua: τ cepit eum ac deinde obsedit terrasam τ cepit eam. Reuersusqꝫ est in terram suã cum diuitijs τ honore.

¶ Isto bello vincunt christiani: et post septem annos capitur conu= bria p regẽ fernãdũ magnũ aperiẽ te sancto Jacobo portas ciuitatis.

Octuagesimũ pri= mũ bellũ inter sarracenos et xpianos. accidit ãno do mini Millesimo.xxxv. Tunc predi ctus rex fernandus magnus. cõgre gato exercitu suo voluit habere co nubriã et consilio predicti roderici de viuar peregrinatꝰ est in sanctuz Jacobum. dixit enĩ sibi ꝙ deus iu= uaret eũ ad capiendũ illã τ insup ꝙ in reditu volebat ꝙ eum faceret militẽ: τ ꝙ credebat se recepturuz militiã contra conubriam. Acquie= uit ergo illustris rex consilio eius multas elemosynas p viã distribu ens: τ mãsit ibidẽ in oratione tribꝰ diebꝰ. petẽs a deo adiuuari in eo ꝙ desiderabat meritis apostoli iaco= bi. Uenit ergo post hoc cũ exercitu suo magno τ obsedit conubriam po suitqꝫ ingenia τ castra lignea cir= cũquaqꝫ: sed villa erat tam fortis et tam magna: ꝙ septẽ annis stetit in eius obsidione: τ ꝓpter tantam dilatiõnẽ tẽporis τ inopiã victua= liũ iam volebant xpiani dimittere obsidionẽ. sed monachi cuiusdam monasterij qui vsqꝫ in hodiernum diẽ dr larmano viuentes de labore manuũ suarũ. ex longo tpe fecerãt magnã prouisionẽ victualiũ secre= te. habebant enĩ multitudinẽ triti= ci et ordei: milij τ leguminũ. sentiẽ tes ergo ꝙ rex volebat recedere ve nerunt velociter ad regẽ: τ dixerũt ei ꝙ non amoueret obsidionẽ. quia ipsi darent cibaria ex his q̃ longo tpe congregauerant. τ factũ est sic. Nã dederunt sufficientiã exercitui quousqꝫ sarraceni deficiebãt fame fames ergo τ pugna sine intermis= sione deduxerũt sarracenos ad hoc ꝙ venerũt: τ ꝓcidentes ante regez fernandũ petierũt ꝓ mercede solã vitã. τ ꝙ darent ei villam τ oĩa bo na q̃ habebant. Pius ergo rex con cessit eis vitã: τ ipsi dederũt ei vil lam quãdaz die dñica hora tertia. Sed interim ꝙ ꝑdictus rex erat in ꝑdicta obsidione. accidit ꝙ quidaz eps grecie dictꝰ Assianus peregri natus est in sanctũ iacobũ: τ cũ eẽt ibidẽ audiuit ab hoibus ciuitatis ꝙ sanctꝰ iacobus apparebat sicut miles in bellis xpianoꝝ succurrẽs eis quod verbũ displicuit sibi τ di xit non vocetis eũ militẽ: sed pisca torẽ. Et cũ in hoc pertinaciter per maneret placuit deo ꝙ idẽ dormiẽ ti apparuit sanctus iacobus por= tans in manibus quasdam claues et dixit ei hylari vultu tu tenes in

derisum q me dicunt militē xpiani: ⁊ asseris q nō sum miles. Ideo nunc veni ad te: vt hoc tibi ostēdā nec āplius dubites de militia mea quia sum miles iesu xpi et adiutor christianorū contra sarracenos: et cum hoc diceret traditus est sibi equus albissim⁹ in quē apostolus ascendit armatus omnibus armis mirabiliter splendentibus admodū militis: ⁊ dixit ei q volebat ire in adiutorium regis fernandi qui iacebat super conubriā iam septē annis eam obsidentē: ⁊ vt sis magis certus, dico tibi: q cū his clauibus quas in manib⁹ teneo cras hora tertiarū aperiam ei portas ciuitatis conubre: ⁊ dabo eā regi fernādo: quibus dictis disparuit. euigilās ergo a somno predictus eps assyanus bono mane cōuocauit clericos: ⁊ omnes habitantes in ciuitate. dixitq eis que viderat ⁊ audiuerat diem: ⁊ horam signatā apertionis conubre: ⁊ sicut dixit veridice sic repertū est. Et tunc predict⁹ rex cepit predictam ciuitatem: ⁊ fecit militē predictum rodericum de viuar in maiori mesquita conubre cingendo sibi ensem ⁊ dando ei pacem in ore: et fuit vocatus ruidas ⁊ reuersus est rex per sanctum iacobū in terrā suam cum honore.

¶ Vincūt xpiani ⁊ capiunt ac destruūt pluria loca p regē fernādū magnū ⁊ efficit tributari⁹ rex toleti



Exuagesimum secundū bellū inter sarracenos et christianos. accidit anno dñi Millesimo. xliiij. Tūc predictus rex fernandus magnus. congregato exercitu suo magno ad percurrendam terrā sarracenorum conquisiuit quedā castra. Unde plurima mala eueniebant xpianis. s. gormatio vadū regis agnileram barbingnā ribas sanctuz moram. ⁊ multas alias turres. Unde speculabātur sarraceni pter quas xpiani erāt discooperti cū intrabant terrā illā quas oēs destruxit. Destruxit etiā plura alia fortalitia que erant in valle de bargeterus: ⁊ in circuitu tirazone vsq medinam celi. ⁊ exinde venit in cātabriam: ⁊ expulit inde sarracenos posuitq eā sub dominio suo ⁊ oia montana ouem destruxit igne ⁊ ferro. Et exinde venit toletum et perimit plurimos sarracenos: ⁊ captiuauit. destruxitq talamancam. alcalam. ozedam. ⁊ lucratus est plurima alia loca regni toleti et multitudinē diuitiarū que oia dimisit cū militibus suis. Et exinde venit super guadal et faiariam. ⁊ obsedit eā: nec requies dabatur habitantibus in ea pre multitudine ingeniorum ⁊ machinarū: quare illi sarraceni habuerūt mittere nūcios suos ad regē toleti: vt liberaret eos bello vel donis. Rex ergo ille Almaymō multitudinē auri ⁊ argēti multosq pannos preciosos misit regi fernādo petēs treugas vt veniret ad eū secure. q ei concessum. Uenit ergo rex ille sarracenus: ⁊ fact⁹ est vasallus regis fernandi. sic q quolibet anno dabit ei parias: ⁊ reuersus est rex fernādus in terrā suam cum magnis diuitiis et honore.

¶ Vincunt christiani per regē fernandum magnū: et efficitur tributarius rex hyspaleñ. ac defertꝰ corpus bti isidori iciuitatē legioneñ.



Quadragesimū tertium bellum inter sarracenos et christianos. accidit āno domini Millesimo.l. Tunc predictꝰ rex fernādus magnus. ꝯgregato exercitu suo venit in portugaliam et obsedit montem maiorem vbi plurima damna recipiebat conubrat tā fortiter expugnauit eam machinis suis ꝙ breui tempore habuit eam. Ibi apparuit strenuissimus miles ruidas de viuar. qui vadens vt obseruaret colligentes herbam tres lites sarracenorū deuicit. Mouit ergo rex illustris exinde exercitum suum in algarbium comburens et destruens quicquid inuenire poterat: captiuando: destruendo: et occidendo sarracenos quousqꝫ peruenit ad ciuitatē hyspaleñ. Et tūc benabamech alimucanus rex hyspaleñ. vidēs predaꝫ et magna dāna q̄ per suū regnū rex fernandus faciebat. misit ei nuncios suos cum magnis diuitijs: et factus est eius vasallus cōcedens ei parias quolibet anno. Rex autē fernandus habito consilio suorū. recepit eū in vasallū et dona petiuitqꝫ ab illo rege sarraceno corpa sanctarū iuste et ruphine. Si volebat eius amorē habere Respōdit rex sarracenus: ꝙ nesciebat vbi erant illa corpora. Uerūtamē ꝙ si ipse sciret vel quicūqꝫ aliꝰ ꝙ sibi placebat: et non solum illud: sed in omnibus alijs: in quibus sibi posset cōplacere. Et tunc reuersus est rex fernādus famosam cum magnis diuitijs et honore: et populauit cādem ciuitatē que a tpe almanzor destructa fuerat. Et ex illo loco misit duos epos: scꝫ legioneñ. et astoriceñ. et comitem nimiū ac duo diuites viros ad regē hyspaleñ. ꝓ honorabilibus illis corporibꝰ sanctarum iuste et ruphine. Qui cū puenerūt ad predictā ciuitatē hyspaleñ. recepit eos ille rex sarracenus cū honore: et exposita ābasiata rex. habito suo consilio respondit ꝙ de corporibus illis nihil sciebant. Uerūtamē ꝙ darent eis parias. Episcopi autē illi cū sancti essent viri steterunt in oratiōe tribus diebus et ieiunijs: quibus sic in oratione permanentibus apparuit sanctus Isidorus dicens eis. Serui dei nō est voluntas dei: ꝙ corpora beatissimarū virginū iuste et ruphine extrahantur ab hac ciuitate: qꝛ hec ciuitas debet conqueri a xpianis. et vult ꝙ hic maneant ꝓ consolatiōe eorū. Sed deus habet ꝓ bono semper vestrā sanctitatē. et ꝑpter honorē regis fernādi a quo recepit multa ſuitia ꝙ deducatꝫ corpꝰ meū i ciuitatē legioneñ. et cū audiuerūt timuerūt timore magno. et steterūt ꝑ aliquā morā attoniti et muti ꝑpter magnā claritatē et sētiētes mirabilem et nō assuetū odorem: et tūc sanctus ille confessor Isidorus fecit signum crucis super eos. et statim redierunt in seipsis: et interrogauerunt eum quis esset. Qui r̄ndit ego sum ille isidorus qui fuit archieps

hyspalensi. tunc facta gratiarum actione petierunt ab eo quod eis ostenderet locum sepulture: et ostendit eis dando certa signa eis quod iacebat in sibilia veteri: et disparuit ab oculis eorum. Illi vero venerunt ad regem dicentes quod nolebant ei ostendere: quod petebant placuit regi: et venit cum militibus suis ad locum signatum: et fodientes presente rege inuenit sepulchrum sancti confessoris. et aperientes sepulchrum exiuit odor mirabilis immodum aliusqui et balsami qui profuit in salutem non solum christianorum: sed etiam sarracenorum: et extracto corpore honorifice inuoluerunt ossa illa nobilibus pannis: et rex propter miraculum quod viderat doluit de concesso: et voluit accipere illud si potuisset. Sed cum hec cogitauit amplius corpus illud videre non potuit et motus est intellectus eius in aliud. sicque obliuioni tradidit quod cogitauerat: et post hec mouerunt se episcopi ac alii ambasiatores cum precioso illo corpore per viam suam plurimis miraculis choruscando. et cum peruenerunt legionem: et rex fernandus exiuit iuit ad eos cum solemni processione. et cum magno honore posuit illud sanctum corpus in quodam monasterio quod ipse fecerat in monumento aureo super altare maius. et extunc ecclesia illa vocata est sanctus Isidorus quam dotauit lapidibus preciosis auro et argento ac plurimis possessionibus. Est autem monasterium illud quod ego vidi canonicarum regularium: vbi sunt sepulture multorum regum: quorum imagines tenent cruces in manibus sinistris et in dextris enses euaginatos.

Vincunt christiani per regem fernandum magnum: et subiugatur celtiberia et carpetania ac liberatur hyspania a subiectione imperatorum romanorum.



Centesimumquartum bellum inter saracenos et christianos accidit circa predictum tempora. Tunc enim predictus rex fernandus magnus ad requisitionem regine domine sancie vxoris sue congregauit exercitum suum magnum contra saracenos carpetanie et celtiberie que sibi rebellauerant deditque ei predicta regina de suis thesauris magnas diuitias pro stipendiis militum. Cum ergo predictus rex peruenit ad terras illas intantum confregit illas et tot saracenos occidit et captiuauit quod per vim et contra eorum voluntatem reduxit terras illas ad pristinam seruitutem. et reuersus est in terram suam cum magnis diuitiis et honore deditque regine in recompensationem eorum que sibi pro exercitu suo dederat omnes parias illorum saracenorum. Celtiberia est illa terra que vadit a sancto sebastiano ex parte occeani maris indirectum vsque mare cesaraugustie quod est mare mediterraneum et ex flumine ybero vsque ad regnum morcie vocatur carpetanea. Iste rex fernandus liberauit regnum ne esset subiectum imperatori: nec recognosceret superiorem in temporalibus et hec fuit causa quare fuit vocatus magnus sicut plenius continetur in generali

hystoria hyspanie. Hinc illustri regi beatus ysidorus reuelauit diem mortis sue vt se disponeret pro ingressu beatitudinis eterne qui venit ante corpus beati ysidori ꝛ genibus flexis ac coronatus regia corona sic orauit. Dn̄e iesu xp̄e cuius est omnis potestas et omne regnū quia tu es rex omniū regnorū. ꝛ rex omniuꝫ gentiū. domine reddo tibi nunc regnū quod mihi dedisti sed peto pro mercede ꝙ anima mea sit posita in luce cui⁹ nō est finis quibus dictis expoliauit se vestimentis suis regijs auro decoratis ꝛ abstulit coronā quā tenebat in capite et posuit eam super altare et indutus est cilicio circa carnem. ꝛ iterū fecit orationem ad deum et absolutus est ab episcopis de peccatis suis: et statim ibi recepit vltimam vnctionē: sparsitqꝫ cineres super se ꝛ p̄cepit se deduci in peregrinationē ad sanctā mariā de almasam que est prope cabesom vbi nouem dieb⁹ stetit et appropinquāte morte fecit se deduci in cabesom et ordinato testamento suo diuisoqꝫ regno tribus filijs scꝫ Sancio alfonso et garsie: post penitentiaꝫ lachrimabilem triū dierū die quarto fuit dies sancti iohannis baptiste hora sexta data benedictiōe filijs suis migrauit ad dominuꝫ: sepultus est in eccl'ia sancti ysidori ciuitatis legioneñ. iuxta patrē suū quem ipse deonā fecerat deduci. Regnauit viginti duobus annis. ꝛ sex mensib⁹ et successit ei ī regno castelle Sancius filius eius primus Alfonsus in regno legionis et garsias in galecia et portugalia.

¶ Vincūt xp̄iani et efficitur tributarius rex cesagarustan⁹ per regē sancium castelle et quō proditorie p vellido dolpho occiditur rex iste sancius secūdus rex castelle.



Sexuagesimum quintū bellū inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i. Millesimo sexagentesimo septuagesimo. Tunc predictus rex Sanci⁹ videns ꝙ rex fernād⁹ pater suus pro honore fidei xp̄iane ꝯquestauerat p̄uincias portugalie ꝛ lucitanie hyspaleñ. corduben. toleti celtiberie et carpētanie sunt ꝙ reges earum facti tributarij ei. Ideo congregato exercitu venit super ciuitatē cesagarustanā ꝛ obtsedit eam ac cū ingenijs et machinis pluribus de die et nocte eā fortissime expugnabat ꝓpter qđ postꝫ multa damna que receperūt sarraceni rex ciuitatis misit regi Sancio multitudinē magnā auri ꝛ argenti ac lapidū p̄ciosoꝝ ꝛ fact⁹ est eius vasallus cuꝫ tota terra sua et tributarius cū oībus ei⁹ sic ꝙ quolibet anno darent ei certū quid et firmata hac pace. Reuersus ē rex sanci⁹ in terrā suam cū diuitijs et honore. Iste rex sancius nō fuit cōtentus de diuisione regnorū quam fecerat pater eius fratribus suis. Et ideo desiderio habēdi omnia regna. lꝫ penā pditionis posuissꝫ pater cuicunqꝫ eoꝝ frāgenti dispositionē eius. Congregauit exercituꝫ magnū. ꝛ iuit Primo cōtra regem garsiam fratrem eius qui erat rex

portugalie ⁊ galecie Et post plurima bella deuicit eum et captū carceribus mancipauit. Deinde bellauit contra regem alfonsum fratrem sum qui erat rex legionis et deuicto eo in cāpo atq̄ capto posuit eum etiam in carceribus. licet precibus aliquorum fuerit solutus cum conditione q̄ efficeretur monachus et sic factuȝ est. quia in monasterio sancti facundi accepit habitum monachalem sed non pmansit q2 dimisso habitu recessit et venit ad regem alymaymō toleti cuȝ quo morat⁹ est honorifice vsq̄ ad mortē fratris sui regis sancij. Sicut ergo mansit rex sancius rex castelle legionis et portugalie. sȝ adhuc non contentus. voluit capere Samorā quā dederat pater su⁹ sorori sue dn̄e vrrace. Venit ergo sup eandem ciuitatem et post plurima bella exiuit proditor quidem de ciuitate qui dicebat vellido dulpho qui factus priuatus regis q2 pmisit sibi dare modum quomodo ciuitas caperetur. Rogauitq̄ regē die quadam vt ambo irent soli lentis passibus vt viderent circunquaq̄ ciuitatem et q̄ ei ostenderet locum ingressus. Cum ergo iuissent ⁊ cuȝ rex locū vidisset descendit ab equo circa flumē vt solaciaretur. tradiditq̄ venabuluȝ quoddam deauratum quod manu gestabat predicto vellido dulpho: ipse vero secessit ad secreta nature qui cuȝ proditor ille ex aduerso cerneret inclinatuȝ percussit regeȝ per spatulas sic q̄ venabulum per pectora eius exiuit subito fugiens recepit se in ciuitatem. Sic ergo maledictio paterna comprehendit eum vt sic proditorie moreretur. Jacet sepultus in monasterio deonam. et successit in regnis predictis Rex alfonsus quia rex garsias mortu⁹ etiaȝ fuit in vinculis vt plenius ista continētur in generali hystoria hyspanie.

¶ Vincunt xp̄iani per regē alfonsum sextum ⁊ ostendit cōfirmatio iuramēti in libertate.



Octuagesimū sextum bellum inter sarracēos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini millesimooctuagesimotertio. Tūc predictus rex alfonsus sextus qui dict⁹ fuit brano post morteȝ regis sancij fratris sui qui decesserat sine prole habuit omia regna ei⁹ pacifice et in tanta pace ⁊ iusticia tennit regna sua qualis non fuerat post excidium hyspanie. Hic ergo rex propter quedam federa et iuramenta que fecerat regi toleti alymaymon cum fuit in eius potestate scilicet nunq̄ eundi contra eum nec contra filium eius et adiuuandi cum contra quēcunq̄ contrariū cum audiret q̄ erat obsessus a rege cordubens. congregauit exercitum suuū magnum et venit in eius succursum. Cuȝ ergo cognouit rex cordubeñ. q̄ rex alfonsus in multitudine graui veniret ⁊ esset in elias timore magno pcussus fugit ⁊ tunc iterum rex alfonsus firmauit federa predicta tenēs in potestate sua regem toleti in tentorio suo inuitatum ⁊ circūdatū quingentis mili

bus armorū sicut et ipse tenuerat eū in ciuitate toleti ne videretur iuramenta seruare que fecerat. Existens in alterius potestate sed libere et post hec ambo reges cum exercitibus suis mouerunt se contra terram regis cordubeñ. cremantes ꝛ destruentes villas loca et castra ac quecunqꝫ inuenire poterant: et reuersus est rex alfonsus in terraꝫ cū diuitijs et honore.

¶Uincūt xp̄iani et efficiuntur tributarij oēs sarraceni hyspanie ꝑ regem alfonsum sextum.



Octuagesimum septimum bellū inter sarracenos ꝛ christianos accidit āno domini Millesimooctuagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsus sextus brano tertius rex castelle congregauit exercitum suū magnum et intrauit terram sarracenorum comburens et destruens quicquid inuenire potuit et tantuꝫ timorem incussit sarracenis ꝙ omnes sarraceni totius hyspanie facti fuerant tributarij.

¶Uincūt xp̄iani et imponitur nomen roderici de viuar Cid adruidas campeatore.



Octuagesimū octauum bellum inter sarracenos ꝛ christianos accidit anno dn̄i Millesimooctuagesimoquinto. Tunc predictus rex alfonsus sextus tertius rex castelle misit rodericum didaci qui a quinqꝫ regibus quos deuicerat vt supradictū est fuit cognominatus lingua arabica Cid: qd̄ idē est ꝙ dn̄s ad regem hyspaleñ. cordubeñ. ꝛ granate. Inter quos tunc magna versabatur discordia ꝛ inimicitia et multi milites nobiles regni castelle iuuabant almudafar regem granate cum potestate sua. Qui omnes fuerunt contra regem hyspaleñ. et licet predictus adruidas scripsisset regi granate ꝙ non bellaret cōtra regem hyspaleñ. quia erat vasallus regis alfonsi noluit acquiescere precibus eius sed intrauit ꝛ destruxit vsqꝫ ad locum qui dicitur cabra quicquid inuenit. Quod cū cognouit predictus adruidas congregauit omnes sarracenos ꝛ christianos quos tunc habere potuit ꝛ iuit virili animo contra eos. Sed deridentes eum milites qui erant cum rege granate nunciauerunt ei ꝙ nō exirent cōtra illos propter eū nec ꝓpter alios sibi similes. Quo audito cogitauit ꝙ nō eēt ei honor si nō cōuinceret eos. venit ergo cōtra eos ꝛ bellauit cum eis in cāpo ꝛ durauit bellū ab hora tertia vsqꝫ ad sextaꝫ horā et ceciderūt multi ex ꝑte regis granate ac deuicit eos fugierūtqꝫ ꝑ vi a cāpo sarraceni ꝛ cepit in bello comitē garsiā ordoneū ꝛ alios milites q̄ iuuabāt sarracēos tenuitqꝫ eos ī vinculis trib⁹ dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹ ꝛ dimisit eos ꝑ cepit ergo victoria habita spoliari cāpū ꝛ reddidit predaꝫ quā portabat regi hyspaleñ. sic vt vnusq̄sqꝫ cognosceret q̄ sua erant ꝛ reuersus est ad regē alfōsuꝫ cū magnis diuitijs et honore. ꝛ cuꝫ parijs ꝑdicti

regis hyspalesi. Et extunc sarraceni et xpiani vocauerunt eum adruidas campeatoz que omnia multum placuerunt regi alfonso.

¶ Uincunt christiani et capiuntur septem milia sarracenorum per cid campeatorē et quomodo p inuidiā expellitur a regno.



Ctuagesimū nonū bellū īter sarracenos et xpianos accidit post p dictū bellū paucis elapsis diebus. Tūc enim rex alfonsus sextus predictus. Cōgregauit exercitū suū magnū et intrauit terram sarracenorum in vuādalia vbi plurima dāna eis intulit. Sed cum ipse esset in partibus illis bellans cōgregati fuerunt ex aduerso plurimi sarracēi et intrauerūt p regnū castelle obsederuntqz gormatiū et fecerūt in terra illa multa mala et dāna. Cid autem adruidas cāpeatoz qui remāserat infirm9 in recessu regis et iā conualescebat audito dāno quem sarraceni faciebant ꝯgregauit oēs gentes quas potuit et iuit contra terrā toleti et percurrit illam destruens quicqd inuenire poterat et deduxit secum preter alias diuitias septem milia sarracenorum inter viros et feminas. et sic reuersus est in castellā cū honore. Istud factū seminarium inuidie fuit inter milites castelle. Et ideo tenuerunt modū cū rege alfonso q cū cāpeatoz esset expulsus a regno et sic factū est et cū recederet nocte quadā cū dormiret dictū est ei i visione vade audacter et noli timere semper tibi bene erit dum vixeris erisqz diues et honoratus et in suo recessu cepit vnū castrum sarracenoz quod iacet super benares et dicitur castreyū gentes vero sue percurrerūt terrā illā vsqz guadalfaiariā. Et cōgregatis omnib9 spoliis quinta pars deputata ipsi cum fuit vendita sarracenis precio triū milium marcharum argenti.

fieri per homines et cū fuerit dies qua volueritis ire cū corpe meo in castellam facietis φ egrediantur oēs gentes secretissime. sic φ non intelligāt sarraceni qui sunt i sub-urbibus: τ precipietis onerari ge-rulas: aliasq3 bestias cū omnib9 il-lis diuitijs que sunt valentie. sic φ non remaneat ibi aliquid φ sit ali-cuius valoris: et cū factū fuerit p̄-cipietis incellare equum meū ba-uieca: et armabitur bene corpus ve-roneū ornabitis optime: τ ponet[is] m super equū taliter φ nō possim cadere. ponetis etiā3 in manu mea ensem meū tyson: τ eant semp ante m eps dominus hieronymus τ gil-das priuatus meus: vnus ad dex-tram: τ alius ad sinistrā. qui dirigant equū meū. τ vos petre berun-dem portabitis vexillū meu3, sicut consueuistis. vos vero aluarhanes ordinabitis acies. τ ite ad bellādū cum rege bucar. sitis enī certi τ nō dubitetis φ habebitis victoriā me existente mortuo, sicut mihi de9 cō-cessit. Sequenti vero die facto te-stamento suo hora tertiarū recepit corpus dn̄icū de manu epi genib9 flexis: τ cū multis lachrymis. quo recepto reclinauit se in lecto dicēs dn̄e iesu xp̄e: cuius est oīs potestas τ cuius sunt oīa regna. tu es super oēs gentes: τ oīa sunt ad preceptū tuū. Ideo dn̄e peto hanc misericor-diam: vt aīa sit vbi est finis sine fi-ne. Quibus dictis virtuosus Cid tradidit animam in manibus crea-toris. Post tres aute3 dies mortis eius apparuit rex bucar cum pote-state sua super valentiam: et fixa sunt tētoria. xv. milia sicut narrat analfaxar hystoriographus sarace-norum: τ bellabāt continue contra ciuitatē quātum poterant. τ illi de ciuitate defendebant ciuitatē cum magna leticia sicut eis preceperat Cid qđ durauit per noue3 dies: qr xp̄iani preparabant oīa sua ad re-cēdum in castellam sicut p̄ceperat eis gloriosus Cid. Bucar vo rex videns φ Cid tāto tpe nō egredie-batur ad eos cogitauit φ non erat ausus exire. Et ideo volebat face-re machinas ad capiēdu3 viribus ciuitatē. Sed die duodecima oībus preparatis τ posito ipsius corpore Cid in equo suo sicut mandauerat tali dispositione φ videbat[ur] viuus hora media noctis apta est vnica porta ciuitatis q̄ tendit versus ca-stellam τ ordinatis aciebus cū om-nibus oneribus exeūtes secretissi-me et in magno silentio: sic φ vide-batur φ non essent ibi. xx. milites irruerunt subito in saracenos qui inuenietes eos inermes nec poten-tes pre cōfusione magna ordinare seipsos: qr videbat[ur] regi bucar τ il-lis. xxxvi. regibus φ veniebant ex parte xp̄ianor[um] sup eos vltra sexa-ginta milia militū qui erant albio-res niue: τ ante eos viderunt virū militem sup equū album sedente3 in manu sinistra gestantē vexillum albu3: τ in manu dextra ensem qui videbatur sicut ignis. Uidētes er-go Bucar τ reges predicti cedem maximā saracenor[um] suor[um] quam fa-ciebāt isti milites timuerūt valde τ dederunt terga fugiētes vsq3 ad mare: christiani autem insequen[tes]

tes eos occidēdo ꝛ vulnerādo peruenerunt vsq₃ ad mare ꝛ tāta pressura: vt ingrederentur in nauibus ꝙ scdm hystoriam viginti illorum regum fuerunt ibi mortui: ꝛ decē milia saracenorum suffocati. Rex vero bucar cū alijs qui euaserant pressurā illam eleuatis velis nunꝙ amplius sunt reuersi. christiani autem victoria habita reuersi sunt ad tētoria: ꝛ expoliato campo vbi innumeras diuitias inuenerūt: receperunt eas quas portare potuerāt. relictis ibi pluribus alijs sine numero: ꝛ sic venerunt cum corpore ipsius Cid in castellam cū magna leticia ꝛ honore: ꝛ sepelierunt sicut ipse precepit in sancto petro de cardenā. Saraceni vero qui erāt in alcudia videntes ꝙ omnes christiani recesserāt a ciuitate: ꝛ nihil dimiserant in eadem ingrediētes iterum populauerāt eam. Fuit autem predictus virtuosus Cid dñs p̄dicte ciuitatis quinq₃ ānis. Rex autem alfonsus sextus supradict⁹ cum audiuit victoriam quam Cid cāpeator habuerat mortuus ꝛ quomodo ducebatur in equo suo bameca ac si esset viuus venit personaliter ad sanctum petrū de cardena scelerīter de toleto: ꝛ honorauit eū in sepultura sua in qua etiam fuerunt infantes arragonie ꝛ nauarre cum suis vxoribus q̄ filie fuerunt ipsius Cid. Predictus vero rex alfonsus sext⁹ brano regnauit. xliij. annis ꝛ septem mensibus ꝛ perceptis sacramentis feliciter migrauit ad dominū anno dñi Millesimo centesimo vicesimo octauo. Jacet sepultus in monasterio sancti facundi in cuius morte ex medio lapidum qui erant ante altare sancti ysidori in ciuitate legioneñ. tribus diebus manauit aqua qd fuit signū lachrymarum regni propter damna secuta post eius mortem. Ipse non reliquit filium heredem Uerūtamen qꝛ ipse dederat filiam suam dominā orracam in vxorē comiti Raymundo tholosano q̄ erat de genere gotthorꝝ: ꝛ in illa predictus comes habuit vnū filium qui proficisceretur in hierusalē in persayo supradicto quem baptizauit in iordane: ꝛ ideo vocauit eum ilfonsum iorday. Ideo iste post multa damna que acciderant in regno fuit eleuatus in regem: et post electus est imperator.

¶ Uincunt saraceni ꝛ occiditur rex alfonsus arragonie: quia spoliauit ecclesias.



Centesimū duodecimum bellū inter saracenos ꝛ christianos accidit post mortē regis predicti alfonsi pauco elapso tempore. Tunc enim regi arragonum alfonso cum esset cum exercitu suo in regno castelle facta concordia et pace inter eum et regem alfonsum paruulum dimittēs ei quicquid in regno suo tenebat. Nunciatum est quomodo magna multitudo saracenorum intrauerat regnū suū arragonie: qui nimis dolēs recessit statim: vt occurreret illis ꝛ inuenit eos in quodā loco regni sui qui dicitur effergā ꝛ bellauit cū illis dure: vt q̄ nunꝙ

fuerat victus. ibi victꝰ fuit a sara‑
cenis ⁊ mortuus. Alij dicūt ꝙ non
fuit mortuus ibidē: sed duxit post
hec vitā peregrini p mundū inco‑
gnitus. Et dicit in cronicis ꝙ hoc
accidit ei: quia expoliauit ecclesiā
sancti ysidori: ⁊ plures alias eccle
sias castelle post mortē regis alfō‑
si sexti brano volens ipse regnare.
¶ Uincunt christiani cruce signa‑
ti ⁊ capitur ciuitas vlixbona.


Entesimū tredecimū bellū inter saracenos ⁊ christianos accidit āno dn̄i Millesimo centesimo quadragesimo sexto. Tunc cū ludouicus rex francorū audiuisset ciuitatem edisse captam fuisse a thurcis zelo fidei succensus mesopotanee compatiēs ab Eugenio papa iij. apud berselia cum cruce signatus est cum principibꝰ peregrinationē pponens transmarinā anno sequenti Millesimo cētesimo quadragesimo septimo. Sanctus Bernardus chorardo regi apud franchonburg cōstituto ⁊ principibus fere cūctis signum crucis affixit ⁊ socij peregrinatiōis vltra modum multiplicant naualis exercitus de anglia: flandria: et de lothoringia collecto. ij. idus aprilis de tremundo portu anglie cum ducētis nauibus pfectis. iiij. kal. iulij. vlixbonam applicuit: ⁊ illā post. iiij. mensium obsidionem capiunt hostesq; quorum numerus erat ducenta milium ⁊ quingētos deuincūt lꝫ christiani. xiij. milia vix essent. Chorardus rex cū innumera multitudine peregrinationem egreditur mense mayo: ⁊ vt ad expugnandū yconiū inconsulto diuertit deficiētibus victualibus fame afflictus redijt: et psequentibus eos thurcis multos perdidit. Rex vero francorum ludouicꝰ etiam aggreditur peregrinationem ⁊ euocatus ab imperatore grecorum nauibus eius hierosolimis euenit. Anno millesimo. cxlviij. franci per deserta asye dolo ⁊ astucia grecorū qui calcem farine miscuerunt crebro insultis thurcorum patiētes fame cruciati: ita vt quidam equorū ⁊ armorum carnibus vescerētur tandem multis fame pereuntibus cecilia veniunt: ⁊ inde antiochiam palestinam nauigio petierunt hay medius comes marianen. in cipro: ⁊ alfonsus comes tholose ⁊ sancti Egidij apud cesaream palestinam obierunt: ⁊ a deo tūc male successit regi francorum ꝙ a grecorū manibus captus imꝑatori grecorum tursolium obsidenti ducitur psentandus. Queꝫ rogerus rex cecilie expoliata grecia vastata vsq; constantinopolim a captione liberauit.
¶ Uincunt christiani ⁊ capitur ciuitas baccie p imperatorē hyspanie alfonsum septimum.


Entesimum decimum quartum bellū inter saracenos et xpianos accidit āno domini Millesimo cētesimo septuagesimo Tūc supradictꝰ rex alfonsus septi‑

mus rex quartus castelle: et nepos regis alfonsi qui lucratus est tholetum posita tota hyspania sub eius dominio factus fuit imperator et coronatus in ciuitate legionen. et confirmatus per papam: vt de cetero vocaretur imperator hyspaniarum. Postquam ergo regnum arragonie castelle et legionis pacifice tenuit: et omnes reges saracenorum hyspanie sibi obedirent tanquam vasalli remanserunt due ciuitates que non recognoscebant eum dominum scilicet boetia et almeria: et propter illas subiugandas congregauit exercitum magnum et venit primo super boetiam: et obsedit eam et aliqui non seruantes eidem fidelitatem recesserunt quod cum cognouerunt saraceni omnium illarum partium congregati sunt et venerunt ibi statim vt facerent imperatorem alfonsum cessare ab obsidione. Sed cum hec a saracenis agerentur: apparuit sanctus ysidorus in visione predicto imperatori confortans eum et dicens. Crastina die dabis bellum istis saracenis viriliter: et ego veniam in adiutorium tuum. Nos ergo dum sol emitteret radios super terram preparauit se imperator alfonsus cum sua militia ad belladum. Venerunt ergo animose ad locum belli irrueruntque in saracenos: et factum est durum bellum ac ex vtraque parte plurimi ceciderunt. Rex autem saucius filius imperatoris strenuissime se habuit in illo bello: et vidit imperator beatum ysidorum ambulantem in bello ex parte sua et cognouit eum propter quod viribus resumptis confortantes milites suos sine dubio sperantes victoriam obtinere. Et ergo cognouerunt christiani beatum ysidorum bellare cum eis: et pro eis confortati sunt nimis. Sed et saraceni pusillanimes effecti non potentes sustinere bellum terga sunt dare coacti. christiani autem videntes eos fugientes secuti sunt eos et mortui sunt omnes qui venerant in adiutorium boetie. Videntes autem saraceni qui erant intra villam quod non poterant resistere imperatori alfonso apertis ianuis ciuitatis receperunt eum omnia fortalicia sibi submittentes. et propter miraculum quod in illo bello fecit beatus ysidorus statim imperator virtuosus fecit edificari ecclesiam vnam in honorem sancti ysidori sub conuentu canonicorum regularium datis honorifice omnibus necessariis tam in crucibus quam in calicibus vestimentis et libris quam etiam in possessionibus et hereditatibus: sicut necessarium eis erat.

¶ Vincunt christiani et capitur ciuitas almerie per imperatorem alfonsum septimum.



Centesimumdecimum quintum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo centesimo septuagesimo primo. Tunc predictus imperator capta boetia contentis et animatis militibus suis cum eodem exercitu venit super almeriam. Est enim ciuitas in littore maris mediterranee et in terminis granate. Fixis ergo tentoriis super eandem ciuitatem cum aliquibus diebus in obsidione

permansisset venerūt in eius auxi- lium. Comes raymūdus barchinonēs. et ianuēs. cum classe sua p mare. Qui fideliter adiuuātes impatorē habita victoria cepit almeriā oēm aūt predam ciuitatis: et terminorum eius dedit impator alfōsus ianuēsibus et inter spolia inuētum est vas lapidis p̄ciosi vnius elmoralde quātitate vnius scutelle. Et ianuenses dixerunt impatori q̄ daret eis illud vas: et qd̄ omnia alia distribueret eis q̄bus vellet: q2 ipsi cū illo vase essent contenti. placuit aūt imperatori et concessit eis vas qd̄ et ipsi vsq3 in hodiernū diē pro magno locali obseruant sicut audiui vocātes illud vas sanctū griale Alia autē spolia dedit raymundo comiti marchinoñ. Capta ergo ciuitate et relicta in securitate: vt decebat reuersus est in castellā: et cū iret per viam infirmatus est ex laboribus belloꝝ et viarū. et cum veniret ad locum qui dr̄ delas sesnedas vidēs quādam arborē qui dicitur ensina magne quātitatis et virentibus folijs placuit ei descēdere sub eadē arbore vbi perceptis sacramentis: et facto testamento feliciter migrauit ad dn̄m. Inter cetera laudatur imperator p̄dict9 alfonsus de iusticia. Unde legitur in sua cronica q̄ cum quidā agricola de regno galicie cōquereret eidem q̄ infans quidā in suo loco acceperat iniuste bona sua statim misit litteras suas illi infanti q̄ restitueret ei bona sua. sed ille parum curans de litteris eius. Iterū redijt predictus agricola ad imperatorē cum querela. tunc predictus imperator secretissime cū duobus aut tribus comitibus recessit a ciuitate toleti et velocissime itinerauit quousq3 puenit ad locum: facta ergo diligenti inquisitione secrete cum pretoribus loci illius venit ad domum infantis: et p̄cepit q̄ vocaretur diceretur q3 ei q̄ erat ad portā imperator qui eum vocabat. Ille aūt non modicū mirat9 de tam subito et inexcogitato aduentu voluit fugere sed statim captus est et interrogatus ab impatore de illa iniusticia: et quare litteras suas non impleuerat obmutuit. Quare continuo mādauit ipsū suspēdi in porta dom9 sue: et reuersus est imperator in ciuitatem toleti. Iste aūt imperator reliquit duos filios quorū primogenitus dicebat saucius: alius vo fernandus. Primo dedit regnū castelle. Scd̄o autem regnū legionis Sepultus est aūt in ecclesia maiori ciuitatis toletane. regnauit et imperauit. xl. ānis. et successit ei in regno filius saucius quintus rex castelle qui tāte virtutis fuit: et tam iustissime gubernabat: q̄ vocatus fuit a populo rex sauci9 desiderat9 regnauit solū anno vno q̄ feliciter finiuit et sepult9 est toleti apud imperatorem patrē suū: et successit ei in regno fili9 ei9 alfonsus octauus vi. rex castelle. Qui icepit regnare cū esset paruul9. s. etatis. iiij. annorum: et orta est diuisio magna inter milites castelle pter coꝝ iteresse q̄s sc3 eū haberet in potestate sua tanq̄ tutor quousq3 eēt etatis. xv. annoꝝ pter qd̄ plurima dāna in

regno euenerunt vsq; ad prefinitũ tempus receptis premijs tyrannorum iusto dei iudicio: vt latius continetur in generali hystoria hyspanie. Incepit regnare iste alfonsus octauus. Anno Millesimocentesimoseptuagesimosexto.

¶ Uincunt xpiani trucidatis plurimis sarracenis. et liberatur ciuitas roderici ab obsidione sarracenorum per regẽ fernãdũ legionis.



Entesimumdemũsextum bellum inter sarracenos et xpianos. accidit anno dñi Millesimocẽtesimooctuagesimoseptimo. Tunc quidam miles qui dicebatur fernandus roderici qui aliqua fortalicia predicti regis alfonsi octaui tenebat vsq; ad tempus prefinitum. xv. amorũ cũ tempus fuit impletũ. tradidit omnia fortalicia regi et ipse statim recessit a regno et transiuit ad sarracenos accepta ergo multitudine sarracenorũ disposuit venire super ciuitatẽ roderici que tunc edificabatur a rege fernãdo legionis fratre regis alfonsi p̃dicti. Erat eñi loc⁹ adhuc sine muris. ꝛ ideo leuiter expectabat eum expoliare. Apparuit ergo in visiõe beatus Isidorus sacriste ecclesie sue vigilanti in sacrario: ꝛ ostendit ei aduentum fernandi roderici cuz multitudine arabum. et precepit ei ꝙ iret velociter ꝛ nunciaret regi legionis fernando. Uenit ergo nunciauit p̃dicto regi hec omnia. Rex autem gratias agens deo congregauit exercitum suum et venit velocius quo potuit ad succurrendũ christianis ciuitatis roderici que iam obsessa erat a sarracenis: ꝛ cũ non haberent muros: acceperunt tam viri ꝙ femine currus ꝛ quadrigas ꝛ vasa magna vinaria: archas lectos: ligna: ac oĩa alia que habere potuerũt: ꝛ posuerũt circũquaq; loco muri quousq; veniret rex fernandus. Uenit ergo ad locũ predictus rex fernandus qui nunꝙ fuerat victus. ꝛ confidẽs in dño ex diuina reuelatione beati Isidori irruit viriliter in sarracenos bellauitq; cũ eis. ꝛ deuicit eos et tanta fuit multitudo mortuorum sarracenorum. ꝙ non erat qui eos dinumerare posset: aliqui autez euaserunt per fugã. Alij vero iugo captiuitatis sũt traditi. Et tũc murata fuit ciuitas roderici: ꝛ reuersus est rex fernandus cum leticia et honore. Post mortẽ huius regis fernandi legionis successit ei in regno eodẽ filius eius alfonsus qui in senectute sua habuit bellũ magnum cũ albehuc qui erat dominus vuãdalie: ꝛ deuicit eum. ꝛ tunc lucratus est meridam: montages: badayos: et casseres atq; alcantecã et populauit plurima alia loca ꝓpter que regnum suum erat dillatatum.

¶ Uincunt sarraceni: ꝛ vulneratur rex alfonsus octauus.



Entesimũdecimumseptimũ bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno domini Millesimocentesimooctuagesi-

monono. Tunc erat in affrica mira mamolim sarracenus quidã nomine iuslet malcendo. Hic eleuat⁹ in superbiã transiuit mare cũ potestate magna. ⁊ venit ispolim: ⁊ ibi mouit exercitum suum per campaniã corduben transiuitq; portũ que dicitur delmiradel. qd cum rex alfonsus octauus cognouit cũ iam transierant. xv. anni etatis sue ⁊ pacifice possideret regnũ suum. sic q reges arragonie et nauarre erant ei⁹ vasalli. Cõgregauit ex improuiso maiorem exercitum quem potuit ⁊ venit in locum de alarchos: nec volvit expectare reges arrogonum et nauarre: nec multos alios qui veniebant in adiutorium eius. Sed ipse cum paucis quos ad manum potuit habere de locis circumuicinis ⁊ cum didaco domino viscaye nec erãt ibi nobiles regni. dixerat enim q ita boni erant milites strenuature sicut nobiles qui lingua nostra dicuntur fids dalgue. Et ideo illi pp̃ter hoc vituperium non venerunt ad bellum. Cum ergo predictus rex alfonsus octauus esset in loco de alarchos fortaliciũ preparando. ecce superuenit miramamolim cum potestate magna sarracenorũ: quorum non erat numerus et cũ rex alfonsus esset magni cordis irruit in sarracenos: ⁊ cõmissũ est durũ bellum. Et noluit deus q xp̃iani exirent ex illo bello cum honore cũ non essent vnius anni: nec tradiderant dño suo auxiliũ sicut debuissent. victi ergo fuerunt ibi christiani: ⁊ multi eorum mortui et rex alfonsus fuit in bello vulnerat⁹ et extractus a suis violenter: quia ipse voluit ibi mori ⁊ cognouit rex alfonsus q hec ei acciderant propter errorem quem ipse fecerat cõtra deum. sicut ei reuelatum fuerat per angelum: ⁊ proposuit in corde suo decetero seruire deo. intellexerat enim q potestas dei castigauit eum q sibi multum profuit: qr seruiens deo nunq aliquid postmodũ cepit q non gloriose finiret: vt p3 in chronicis hyspanie latissime.

¶ Vincunt sarraceni et perdit ciuitas sancta hierusalem. ⁊ plures alie ciuitates ⁊ loca.



Centesimũ decimũoctauũ bellũ iter sarracenos ⁊ xp̃ianos. accidit anno dñi Millesimocentesimooctuagesimoseptimo. tempore friderici imperatoris: et vrbani pape. iij. Post enim hierosolymitanũ pe xp̃ianos valde fuerat dilatatum post multa bella et gloriosas victorias de sarracenis. in quibus semper pauci de pluribus triumphabat sicut breui cathalogo regum terre sancte postq habita fuit a christianis potest annotari: qr godefridus de bullon primus qui ibi principatũ tenuit anno vno cum paucis principem milicie soldani egyptiorum cum infidelium innumera multitudine in prelio superauit. Rex baldouin⁹ qui ei successit primus latinorũ in hierusalem. hic cũ tricentis septuaginta militibus et tricentis peditibus pricipẽ militie caliphe egypti

qui secum.xi.milia equitum.⁊.xxx. milia peditum adduxerat supcrauit: vbi peditum principē cū quinqꝫ milibus sarracenis interfecit. alij autem per fugam euaserūt. Et iterum cum quingentis equitibus: et duobus milibus peditum presidez ascolicarum venientem cum innumera multitudine deuicit cesis ex eis.iiij.milibus. alijs in fugam cōuersis regnauit annis.xviij. Et successit ei alius baldouoinus de burgo. qui in primo regni sui anno cuz septingentis equitibus cum gario principe turchorum potentissimo qui cum innumeraz multitudinem turchorum habeat: bellauit ⁊ deuicit eum.iiij.milibus sarracenis interfectis. alijs vinculis mācipatis cum reliquis vero sarracenus ille vix euasit. Aliud autem bellum habuit cum rege damascenorum: cui⁹ exercitus erat.xv.militum equituz ipse vero baldouoin⁹ habebat mille.c.equitum: ⁊ duo milia peditum hunc etiam deuicit duobus milib⁹ sarracenis mortuis plurimis captiuatis. Alij autem cum principe suo terga dederunt. de xpianis autem ceciderunt.xxiiij. Regem etiā ascalanitarum qui cum multitudine egyptiorum venerat in bello cū suis paucis prostrauit. Item doloquinū damascenoruz regem qui venerat cuz exercitu magno in bello. Quarto contriuit duobus milibus ex hostibus interēptis. de xpianis vero ceciderūt equites.xxiiij. pedites autem.lxxx. Hic baldouoin⁹ regnauit.xiij.annis. ⁊ successit ei in regno gener eius fulco comes. hic cum paucis militibus suis contra innumerā turchorū multitudinē q de perside ebulerāt triūphauit tribus milib⁹ perēptis. ⁊ multis alijs in captiuitate detētis regnauit.xi. annis. successit ei in regno baldouoinus primogenitus eius filius q nono regni sui anno quosdā nobiles turchorū satrapas cū vniuerso exercitu suo circa partes gerocōcianas in prelio superauit. interfectis ex eis quinqꝫ milibus: reliqs cū ignominia et cōfusione fugiētibus. In.xv. etiā regni sui anno cū principe damasci noradino cōgrediens fugiēte noradino cū pte exercitus sui reliquis interemptis rex victor campum obtinuit. regnauit xxiiij.annis sine liberis. ⁊ successit ei in regno frater eius Almaricus. Hic primo regni sui anno partib⁹ egypti cum dargan principe militie egyptiorum congreditur et facta magna strage hostium cū paucis diuinitus victoriam obtinuit. In secūdo autē prelio habens secum.ccclxx. milites. pugnauit cum principe soldani damasci. qui secū ducebat.xij.milia turchorū. Arabū autem vndecim milia. ⁊ interfecit ex hostib⁹ mille quingētos. de christianis vero centū ceciderūt. regnauit annis.xij. ⁊ successit ei: in regno baldouoinus filius eius. Hic diuino iudicio lepra percussus regnus nihilominus rexit. qui anno.iij. sui regni cum.ccclxxv. equitibus circa partes ascalone occurrēs saladino qui cū.xxvi. milibus equitū veniebat supauit ipso saladino cū parte exercitus fugiēte. alijs trucidatis

aliis vinculis mācipatis. De xpia nis autē.iiij.aut quinqꝫ dñi dicunt cecidisse. In alio autē prelio circa tyberiadē cū septingentis equiti bus occurrēs saladino.qui.xx. mi lia equitū secū habere dicebat ipꝫ superauit mille hostibus interēpt[i]s de xpianis vero paucissimi cecide runt. Cū autē predictus rex ꝓpter eius egritudinē vxorem ducere vo luisset duas sorores:quas habebat sibillā primogenitā.⁊ yzabelem iu niorē.duobus viris nobilibus ge nere:vxores dedit sibillaꝫ vxorem bernardo de lōga sparta marchio ni montis ferrati.yzabellem vero tradidit domino eufrido de throno mortuo autē dicto bernardo et reli cto quodā paruulo filio cui nomen baldouoinus rex predictam vxorē suam tradidit cuidā adolescenti de pictauensi comitatu guidō fidelis simo:cui etiam eo ꝙ infirmitate ni miū grauabatur totius regni admi nistrationē cōmisit.sed regis indi gnationē incurrens ꝓcurationē et administrationē amisit. Et tūc rex conuocatis regnis maioribus ne potem suū paruulū baldouoinū re gem iniungi fecit: ⁊ tam ipsum ꝙ regē negocia prouidentie rutele co mitis tripolitani cōmisit.nō multo autē tēpore post baldouoino rege leproso viā vniuerse carnis ingres so:minore etiam baldouoino defun cto prefatus guido ꝓcurante vxo re sua sibilla ad quam regnum iure hereditario pertinebat: sublimat⁹ est in regem non requisito assensu comitis tripolitani. qui totius re gni tunc procurator erat. Unde val de indignatus presertim cum ipse ad regnū aspiraret absqꝫ regis cō sensu cum quo rancorem ⁊ inimici tias extruxerat cum saladino treu gas fecit.⁊ vt maiorem in regno ⁊ contra ipsum regem defensionē ha beret ⁊ nocendi.manet cum dña ty beriadis:⁊ totius galee matrimo niū contraxit. Unde factū est in re gno pericula et perniciosa discor dia.quibusdam comiti fauentibus aliis regibus adherentibus:quam diuisionem cum saladinus cogno uit cogitans ꝙ immenso foramine discordie facile pateret insidianti bus ingressis ex omnibus sibi sub iectis regionibus multitudinē pu gnatorum.congregauit ex egypto arabia ⁊ mesopotamia tam equites ꝙ pedites contra christianos con uocando. Dicitur autem.l.milia eq tuꝫ:exceptis peditibus in comita tu suo secum traxisse.⁊ premisit an te faciem suam decem milia electo rum militum . qui per terram co mitis tripolitani.qui tunc treugas cum sarracenis habebat per par tes.s. tyberiadis et nazareth vsqꝫ ad suburbia accon trasierūt vt mo re suo christianos prouocarent si forte incaute et inordinate ꝓsequē tibus possent eos perimere vel ca ptiuos retinere nec effectu caruit astutia impiorūꝫ imaginatio: quia magister milicie templi cum fratri bus suis plusꝙ.lxx. incaute egre dientes cum magistro hospitalis. qui de castello suo beluetreuerte batur cum decem fratribus inter clusi sunt ab eis iuxta casale rober ti.iꝫ aūt non nisi centūviginti mili

tes in comitatu suo haberet.x.mili bus sarracenoꝝ mirabiliter resistē tes multis ex eis īterfectis ipsi tā dem fere oēs interfecti sunt vel re tenti.magistro autē templi cū pau cis fuga elapsis. magistro vero ho spitalis trucidato primo die maxī cruentā de xpianis reportarunt vi ctoriā. Ex quo facto audiores sar raceni effecti mēse Julio sequēti oibus viris suis in vno congrega tis regni xpianoꝝ.ex parte dama sci ciuitatē:n.s.tyberiadem obsede runt. Jam em̄ comes tripolitanus cuius erat ciuitas a sarracenis ca ptus treugis recesserat eo ꝙ īpone retur sibi ꝙ contra regē ⁊ regnum mala plurima machinans sarrace nis confederatus fuisset. Munitat igitur ad predictā ciuitatē contra sarracenos vxore sua in presidio re licta. Dn̄s autē guido rex hieroso lymitanus ⁊ raymūdus comes tro politanus cū oibus fere totius re gni nobilibus cū equitibus et pedi tibus quotquot habere potuerunt diuino auxilio dei destituti saladi no ⁊ suos occurrentes tentoria sua circa fontē tephoritanū locauerūt de multitudine si quidē sua plusꝙ̄ de diuino auxilio cōfidentes. A pri mo em̄ introitu latinorum in terrā sanctā christiani tot milites in vno prelio congregare nequierūt. Erāt enim mille ducenti milites loricati pedites autem cum armis ⁊ arcu bus ⁊ balistis circiter.xx. milia in fausti expeditione interfuisse dicū tur. die autē sequenti cū de xpiano rum exercitu versus obsessam ciui tatē leuite pgrederet copiosa eqtū multitudo exercitus saladini a dex tris ⁊ a sinistris christianos pro terue;nimis infestans sagittis ⁊ spi culis tam equos ꝙ̄ equites sine in termissione vulnerans in loco ari do:⁊ inaquoso exercitum christia norum castra locare ⁊ tentoria fige re coegit ꝙ prudenter attendens Saladianus sequenti die priusꝙ̄ ad aquas exercit⁹ xpianus perue nire potuisset iuxta throonum et hi ordinatis secundum militarē disci plinam aciebus christianoruz tam equitibus ꝙ̄ equis sitiētibus; Sa ladinus dimicaturus hostiliter oc currit. Erant autem dies feruētes valde. Mense autem iulio.iiij.no nas eiusdem in festo translationis sancti martini anno incarnatiōis domini supradicto: scʒ Millesimo cētesimo octuagesimo septimo tra didit dominus populum xpianoꝝ infinitis peccatis eorum exigenti bus in manibus impioruʒ a deo ꝙ̄ christiani subito terga dantes ab inimicis fere om̄es a maximo vsꝙ̄ ad minimum trucidati sunt:vel in captiuitate detenti intantā em̄ for midinem ⁊ pusillanimitateʒ humi liauit eos dn̄s ꝙ̄ vnus ex hostibus versa vice cētū psequebat᷑ ex xpia nis.⁊ qdam arma sua turpiter pro ĳcientes in manibus inimicorum se gratis tradebant:facta autē ma gna strage cesoꝝ. Guido etiam rex hierusalem ⁊ magister militie tem pli cū multis alĳs tam maioribus ꝙ̄ minoribus ordinis in captiuita te detentis abierūt absꝙ̄ fortitudi ne ante faciem subsequētis:vt au tem certis indicĳs et euidentibus

signis deū visibiliter offēsuȝ agno scerent et diuine ꝓtectionis clypeum ab ipsis recessisse non dubitarent, lignuȝ salutifere crucis qđ die illo tenebroso secum in prelio detulerunt lamentabilibus infortunis amiserūt ⁊ post paucos dies Saladin⁹ ille inimicus christi nō solum ciuitates plures ac alia loca regni sed et ciuitatem sanctam hierusalem occupauit: cui⁹ excidiū tota causa fuit, qꝫ vt dictum ē tota terra erat facinorib⁹ plena et rar⁹ erat in monasterio ⁊ rarior in seculo quē non morbus vel luxurie vel auaricie infecisset dedit etiam operam proditor comes tripolitanus. Cum supradictus vrbanus papa tertius audiuit captum esse hierusalem ab inimicis xpi pre dolore post modicum obijt.

¶ Vincunt xpiani cruce signati et efficit secunduȝ passagiū ad terrā sanctā sine cōsecutione finis capitur tamē ciuitas accon.



Entesimūdecimūnonuȝ bellū inter sarracenos ⁊ xpianos accidit anno dñi Millesimo.c. octuagesimonono. Tempore clementis pape tertij tunc crescente rumore lamētabili de terra sancta plerique assumpte crucis signo hierosolymā ire posuerunt videlicet philippus rex francorum et henricus rex angelorū ⁊ frederic⁹ octuagesimusoctauus Imperator et guillermus rex cecilie qui iter maris liberū fecit et a piratis et thurcis p margaritū classis sue ducē, fit ergo ingēs cōmotio partium diuersarū gētiuȝ per mare et per terras partes petentium transmarinas rauenatēsi. ⁊ pisanesi archipsules: cuȝ magno de ytalia agmine tyrū appulsi sunt Fidericus imperator fines imperij aggredit cū multitudine infinita, de frisia vo et dacia naues. L. de flandrijs quoque trigintaseptē. de francia etiam campania quāplures illustres militie titulis glosi etas nulla meminit nec refert hystoria tantam motionē populorū Philippus et Richardus frācie ⁊ anglie reges apud mesanam vix appulsi non valentes progredi ibidē hyemarunt ad quos Abbas Ioachim veniens vocat⁹ ab eis de calabria sciscitatis de futuris respondit quod mare quidē transirent sed parū proficerēt ne dū adesse tempora qbus recuperanda foret hierusalē quod et ita contigit Naȝ solum accon ciuitatē de cursu fere biennio quādo ceperat obsideri fuit capta per reges pdictos vbi philippus rex frācie fuit infirmus ⁊ ideo apparatu suo duci burgundie cōmisso redijt a partibus transmarinis. Imperator vero ad qdā loca augusti aduenies reperit multitudinē thurcorū cū quib⁹ bellās triumphauit post quā fluuiū quendā transiturus mergitur: ⁊ vix extractus paulo post moritur fuit quidā vir magnanim⁹ qui post karoluȝ magnū in gestorū magnificentia parē nō habuit cui⁹ exercit⁹ antiochiam venit vbi duȝ fixa corpora reficiūt ⁊ epulis intēdunt tot obruūt vt de tanto exercitu pauca milia remanerēt. Richar

dus anglie rex post multa naufragia rediens p haustriam trãsire secrete deliberãs a duce capt⁹ traditur imperatori a quo per annũ detentus exactione maxima redditur suo regno.

¶ Vincunt xpiani et capit ciuitas damyata peremptis. lxxx. milibus sarracenorum.



Entesimumuicesimũ bellum inter sarracenos ⁊ xpianos accidit ãno dñi Millesimoducẽtesimo decimoseptimo tpe honorij pape tertij. Tũc cõgregat exercit⁹ accõ cũ regibus hierusalẽ cipri hungarie ⁊ ducibus haustris bauarie frãcisq; cõpluribus ⁊ germanis redeuntib⁹ vero hũgaris aliqui egiptũ applicãtes damyatã capiũt pẽũtq; tã ferro q̃ fame octuaginta milia sarracenoꝝ deniq; captis cardinali tẽplarijs ⁊ hospitalaꝝ toto q; exercitu excepto rege q̃ a cardinali discordãs recesserat damyatã q̃ p annũ a xpianis fuerat possessa pro eoꝝ redẽptione fuit reddita paganis: hoc tempore ab eodẽ papa beatus pater noster franciscus regulam confirmauit.

¶ Vincunt christiani peremptis. cc. milibus sarracenorum per regem alfonsuz octauum in nauibus tholose.



Entesimumuicesimũprimũ bellũ inter sarracẽos ⁊ christianos accidit anno dñi millesimoducentesimo tricesimo tertio. Tunc predictus rex alfonsus. viij. nepos imperatoris cuz regnasset quinq; annis videns dãna que sarraceni ↄtinuo inferebant xpianis nec tradens oliuʒoni quãdo fuerat victus ab illo in yramamolim affricano supradicto consilio habito cũ magnatibus regni sui diffinitum fuit q̃ melius erat q̃ ponerent se in fortuna belli q̃ sufferre ↄtinuo tanta dãna sarracenoꝝ et factum est q̃ ĩfans fernãdus regis p̃dicti filius misit ad papaz pro cruciata vt succursum haberet pater ei⁹ cõtra sarracenos qui loca eius ceperant et insuper minas dederant. s. veniẽdi ad destruẽdũ regnũ. papa aũt vidẽs q̃ erat iusta petitio concessit et mãdauit q̃ predicaretur p omnia regna xpianoꝝ per annũ ante terminũ prefiniti belli affirmati tam p sarracẽos q̃ per xpianos ⁊ interiʒ q̃ crux p̃dicabat predicto habito consilio cõgregauit rex alfonsus exercitũ suũ ⁊ iuit vt percurreret terrã sarracenoꝝ ⁊ cepit tũc alcalam et ixurquerã et grandiʒ et cubas et reuersus est in terrã suaz ꝑpter tẽpestatem hyemis. Et tunc in mẽse februarij cũ esset in maiori loco mortuus est filius ei⁹ infans fernandus de quo valde doluit q̃ vnicus ei erat licet filias haberet ⁊ sepultus est ĩ monasterio monialium ciuitatis burgẽs. qd̃ dicit las huelgas. Illud enim monasteriuz cũ quodã solenni hospitali ꝑpe cũ edificauerat predictus rex alfõsus viij. ⁊ mirabiliter dotauit omnib⁹ necessarijs. Cum ergo tẽpus veris veniret quo solent reges ad bella

pcedere congregatis exercitibus
suis venit ad ciuitatem toleti vbi
inuenit multas gentes cruce signa
tas diuersarū nationum et lingua
rum ꝛ tunc etiam accessit ibidē rex
petrus arragonie cum toto exerci-
tu potestatis sue ac alie multe gen
tes regni francorum. venerūt etiā
ibi omnes prelati magnates mili
tes scutiferi et ciues regnorū suo
rum: gentes etiam ex ytalia roma
lombardia almenia et portugalia ꝛ
precepit rex alfonsus ꝙ cōputaren
tur omnes gentes que venerunt ex
tra regnū suū ꝛ inuenti sunt. x. mi
lia equitū. c. milia peditū ꝛ locutus
est virtuosus rex alfonsus cū omni
bus capitaneis et principibus oīū
exercituū ꝛ dedit eis omnia neces
saria qui nimis contēti de eo pmi
serūt sibi ꝙ vel vincerent vel mo-
rerent cū eo. Dato ergo solido illis
quibus dandū erat datis etiā plu
rimis ermis nō habētib⁹ ꝛ bestijs
plurimis ad portādū necessaria in
uentus est numerus bestiarū. lxx.
miliū. Egressus est ergo alfonsus
rex cum exercitibus suis a tholeto
die lune. xij. mensis Junij et appro
pinquantes ad terram sarracenorū
ceperūt statim malagon et calathra
nam veterem. Et tunc appropinqua
uit ibidem rex sancius nauarre cū
toto exercitu ꝛ inde procedētes ve
nerunt ad locum qui dicitur gua-
dahira: qui est sub monte delmula
dar et inde accesserunt ad locū qui
dicit lalosa: ex quo loco viderunt
tentorium ipsius miramamolini qd
erat totum coloris rubei: sarraceni
autem ceperunt totum illum tran-
situm. ꝛ ideo christiani transire nō
poterāt ad miramamolim sine ma
ximo periculo propter asperitatē
ꝛ artitudinem vie. Cum ergo pre-
dicti reges essent in consilio quid
super hoc agere deberent ecce ap
paruit eis angelus dn̄i sub forma
pastoris qui dixit regi alfōso ꝙ ip
se ostenderet ei viam per quam se-
cure possent transire ꝛ insuper pa
scua virentia ꝛ fontes delectabilis
simos ad bibendū et sic factum est.
Venerunt ergo per viā quam eis
ostendit et inuenerunt in altitudi-
ne illa quā ascenderūt planiciem
magnam ꝛ diuina que dixerat eis
angelus domini. Illū autem am-
plius videre nō potuerunt ex quo
cognouerunt illum fuisse angelum
dn̄i. et cum cognouerunt sarraceni
ꝙ christiani transirent ad p̄dictum
locū doluerūt valde. Fixis ergo ibi
tētorijs suis in loco vn̄ poterāt vi
dere sarracenos ꝛ ecōtra māserūt
ibi trib⁹ dieb⁹ vt requiescerēt modi-
cū a laborib⁹ suis In p̄dictis autē
trib⁹ dieb⁹ semp tenuerūt sarracē
suas acies ordiatas. Die aūt dn̄ica
hora medie noctis q̄ erat. xvi. dies
Julij audita ē vox q̄dā de celo ab
oībus existētibus in exercitu xp̄ia
norū dicēs. Surgite serui dei arma
mini ꝛ ite ad bellū qua voce ab om
nibus audita cōfortati sūt nimis p
ceptis ergo salutarib⁹ sacramētis
cū venit lux diei. exiuit exercit⁹ dn̄i
armat⁹ ꝛ ordinat⁹. Sarraceni simi
liter ordinauerūt acies suas. Erat
autē exercitus eorū octuaginta mi
lia equitū: peditū vero nō erat nu
merus q: non remansit aliquod re

gnum sarracenorum de quo nō fuerunt ibi sarraceni inter quos erāt multi reges et pricipes et vbi erat tētoriū predictū rubeū illi⁹ miramamolis fecit fieri circulū magnū quasi currale cōstructū vndiq3 ex hominibus armatis cicunligatis carhenis ad crura ne aliquo modo fugere possent quoꝝ numerus erat vltra centū milia sarracenoꝝ nigroꝝ qui oēs habebant a tergo enses et lanceas et intra circulū illū erant multi reges ⁊ aliij magni domini quasi triginta milia ad seruādū miramamolim. Intra erāt etiā sagittarij innumeri ⁊ multitudo arcuū que plene erant sagittis. extra circulum vero predictū erant tot acies terribiles ordinate ꝙ pauor erat ad videndū et tanta videbatur multitudo ꝙ nullus poterat numerum existimare In medio vero totius multitudinis erat predictus miramamolim armatus et indutus desuper quadā nigra almosia ⁊ super illam alia incōsutulis tenens ensem ad colum et librū alcorani ante se. Cū ergo reges christiani inceperunt mouere se contra inimicos xp̄i subito apparuit eis crux pulcherrima in celo multoꝝ et mirabilium coloꝝ quā oīs xp̄iani viderunt vt narrat in cronica sua rodericus archiep̄s. ꝓpter quod signum oīs xp̄iani fuerūt nimium confortati et irruerunt viriliter ⁊ ordinatissime in sarracenos ⁊ factū est prelium magnū. Hic ea dē dn̄ica que fuit. xvi. dies Junij ⁊ post plurimā cedē sarracenoꝝ confractū est currale ex multiplici parte ⁊ victi sūt sarraceni miramamolim vero cū paucis euasit. Secuti sunt aūt xp̄iani tota die ⁊ tota nocte sarracenos fugiētes occidētes ⁊ vulnerantes eos ⁊ reuersi sunt in locū belli qui dicitur vulgariter las nanas de tholosa inuenti sunt mortui sarracēi. cc. milia de xp̄ianis vero solum. cc. ⁊. xxv. persone. et steterunt ibi reges xp̄iani cum toto exercitu suo octo diebus expoliātes cāpum ⁊ tantā multitudinē auri ⁊ argenti ibi inuenerunt ꝙ vix poterant sufficere ad colligendū. vt videret rex alfōsus. In illis aūt duobus diebus nihil aliud cōbustū est pro cibarijs preparādis in toto exercitu nisi solum haste lancearū et sagittaꝝ sarracenoꝝ: sed nec tertiā partē cōburere potuerunt ⁊ dedit rex alfonsus regi arragonū tentorium illius miramamolis ⁊ ꝓcepit dono didaco dn̄o viscaye ꝙ diuideret campū qui in hunc modū diuisit dicens. Dn̄e oēs diuitias quas nos ⁊ vos milites vestri habere debemus huius belli miramamolim eo modo quo sum intra currale oēs sunt reges arroganum et reges nauarre. Uobis aūt dn̄e honorē belli do qꝛ vos habere debetis. Alij vero gentes gaudeant de his que habuerunt qd̄ verbū placuit omnib⁹ regibus et ꝓcesserunt inde cū leticia magna et ceperunt castrū de bilkes ⁊ ferrabanos: et castrū qd̄ dicit̄ lasnanas de tholosa. Et inde venerunt baecios et neminē intus inuenerunt. Progredientes vo vltra irruerunt in ciuitatē vbetēsam q̄ plena erat sarracenis fugiētib⁹

ultra.xl.milia et obsederunt ciuitatem ꝛ breui spacio capta est ciuitas sic ꝙ nullus sarracenus euasit qui fuerit mortuus vel captiu⁹ vbi etiā plurimas diuitias inuenerūt ꝛ destruxerūt ciuitatē vsq₃ ad fundamentū. Quo facto reges arragonū et nauarre ꝓpter infirmitates varias exercitus inualescētes felici expeditione in regna sua sunt reuersi Rex vero alfonsus cū magna leticia et honore reuersus est toletū vbi magnifice remunerauit et milites suos et extraneos. hic magnific⁹ et virtuosus rex alfonsus. viij. post plurima bella ꝛ gloriosas victorias cū iret vt se videret cū rege alfonso legionis infirmatus est in quodā loco ꝓpe areuelū qui dicitur garsiminus vbi perceptis sacramentis ꝛ facto testamēto feliciter migrauit ad dominū anno. liij. regni sui et successit ei in regno filius eius henricus prim⁹. vij. rex castelle Jacet aūt sepult⁹ i supradicto mōasterio monialiū burgeñ. qđ ipse cōstruxerat. Regnauit aūt rex hēric⁹ ꝑdictus. xiij. annis qui ābulans ludēdo cū pueris suis in ciuitate palcñ. casu percussa quadā tegula cecidit et percussit regē in capite de quo mortuus est et sepult⁹ est in predicto monasterio burgeñ. apud fratrem suū infantē fernādū ꝛ successit ei in regno rex fernādus filius regis alfonsi legiōis et dñe berīgarie filie supradicti regis alfōsi nepotis impatoris qz predict⁹ rex hēricus nō reliquit ꝓles ꝛ in hoc rege fernando mortuo patri suo regi legionis cōiuncta sunt regna castelle et legiōis pro semper.

¶ Vincūt xp̄iani et capitur regnū maioritarum per regem Jacobū arragonie.



Entesimumuicesimum scdm bellū inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dñi Millesimoducentesimotricesimo tēpore gregorij pape. ix. Tunc Jacobus rex arragonū cōgregato classe sua per mare venit super maioricā ꝛ deuictis sarracenis cepit ciuitatem et totum illud regnum.

¶ Vincunt xp̄iani ꝛ capit̄ ciuitas valētie ꝑ regē Jacobū arrogonie.



Entesimumuicesimūtertiuʒ bellū inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dñi Millesimoducentesimo tricesimooctauo. Tūc Jacobus rex arragonuʒ congregato exercitu suo venit super valentiam et obsedit et cepit eam pluribus bellis sarracenorum deuictis.

¶ Vincunt sarraceni vestatis pluribus prouintijs.



Entesimum uicesimūquartum bellū inter sarracenos ꝛ christianos accidit circa annū dñi Millesimūducentesimūquadragesimūsecunduʒ. tēpore celestini quarti tūc tartari cū magno exercitu hungariam et poloniam vtranq₃ armeniam ruciam ꝛ alapiam vastant et vsq₃ ad fines germanie ꝑuenerūt.

Cum autem timerent responsū ha buerunt et dictum est eis. Ite secu ri q̄r spiritus diffidēt̄ ꝛ incredulita tis et discordie precedūt vos. sicq̄ factū est. Ante enī introitum eoꝝ rex principes clerus ꝛ populus dis sedebant, ꝛ ideo in introitu eoꝝ pa rare se nolebant: et cū tartari se de fenderent per regnū hungari timo re ꝯfusi fugerunt ꝛ multa milia hū gerorum sunt occisa.

Uincunt xp̄iani cruce signati et capitur ciuitas damiata per regē francoꝝ ludouicū.


Entesimum uicesimūquintū bellū iter sarracēos ꝛ xp̄ianos ac cidit anno dn̄i Millesimoducētesi moquadragesimenono. tēpore In nocentij quarti. Tunc rex franco rum ludouicus qui postmodū fuit sanctus et canonizatus zelo fidei succensus tribus fratribus suis cruce signatis et congregata ma gna classe nauigans per mare ap plicuit portū cipri vbi hyemauit In sequenti autem vere veniens damiatam litora nili plena sarrace nis inuenit defendentibus sibi ter ram: sed bellans cum eis viriliter cum balistis fugauit et terruit eos adeo q̄ ciuitatem munitissimam liberā dimiserunt fugientes quā rex et sui mirantes intrauerunt estate ac sequenti hyeme tenue runt.

Uincunt sarraceni ꝛ captiuatur rex francorum ludouicus cum fra tribus suis.


Entesimū uicesimūsextū bel lū inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesi moducētesimoquīquagesimo. Tūc p̄dictus rex ludouic⁹ cum exercitu suo ꝯ soldanū babylonie egreditur sequēs predictū nili alueū. vn̄ sar raceni p̄liari cū eo formidātes trā situ p̄cluserūt sed robertus frater regis suspicās q̄ eodē cursu vltra rn̄derent primis in quadā aggres sione villā occupat almoserā vbi inito certamīe sarraceni plurimos p̄imunt xp̄ianos. Inter quos fra ter regis fuit p̄ditus nec inuētus. Cōsequēter regis exercit⁹ tāto fuit subiect⁹ infirmitatib⁹ q̄ coci ꝛ alij armis nō vsitati assumebant ad ex cubeas ꝛ diurnas custodias loco e grotātiū dn̄oꝝ q̄d sarraceni presen tiētes regē insequūtur et in quodā loco interclusū cū fratribus suis karolo et alfōso capiūt ꝛ alios plu res interficiunt et plures retinēt captiuos s; tractu habito cū solda no rex cū captiuis magna interueni ente pecūia liberat ꝛ damyata red dit sarracēis, p̄pter quā pecūiā sol dan⁹ fuit postea a suis interēpt⁹ va sallis ꝛ damiata dirupta nec ad ma n⁹ iterato p̄ueniret xp̄ianoꝝ. Rex vero ad ciuitatē rediēs Acconeñ. vero quinquēnio illic māsit in par tibus multaq̄ loca muniuit ꝛ capti uos plurimos redemit. Quo t̄pe facta est subito crucis signatio pa storum illoꝝ ꝛ pueroꝝ i frācia vsq̄ ad numerū circiter. xx. miliū: dicētius

angelos vidisse et ad vlciscendum regem missos esse. Inter quos aliqui magistri vocabantur signantes more eporum aquas benedicentes matrimonia coniungentes: religiosos vero ⁊ clericos spoliātes interdum verberātes: ⁊ interdum occidentes: ⁊ nullus resistit seu compescuit malignātes. Sic ergo per legiones ad diuersos portus maris scilicet marsiliā et brandusiam peruenientes inanes ⁊ vacui redierūt sic ꝙ in breui tēpore: vt fumus euanuerunt. ferebatur autem ꝙ vetulus de monte qui arracides dicitur a puericia duos clericos scismatinos in carcere detinuerat: nec vnꝙ eos dimittere voluit donec ab eis vt regni francie pueros sibi adducerent firmam promissionem accepit. Ab his ergo estimabātur benedicti pueri quibusdam falsis visionū rumoribus atꝙ promissionib⁹ ad se cruces signādos electi.

¶ Vincunt christiani cruce signati. ⁊ fugantur sarraceni et tyranni de patrimonio ecclesie.



Entesimumuicesimumseptimum bellum inter sarracenos ⁊ christianos. accidit anno domini millesimoducentesimosexagesimotertio. tempore vrbani pape. iiij. Tunc manfredus tyrannice retinens patrimonium ecclesie scilicet regnum cecilie exercitum magnum sarracenorum in eundē patrimonium introduxit. Sed predictus papa vrbanus quartus per crucem signatos victoriam reportauit ⁊ de patrimonio eccl'ie ipsos fugauit. ⁊ tunc contulit karolo fratri ludouici regis francie p̄dictum regnum cecilie. hic fuit pater sancti ludouici fratris nostri.

¶ Vincunt christiani ⁊ capitur ciuitas murcienē. per regem Jacobum arragonie.



Entesimumvicesimū octauū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit āno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto. Tunc iacobus rex arragonum congregato exercitu suo ciuitatem murcie saracenorum q̄ regi castelle tributaria erat: obsedit ⁊ expugnauit ⁊ cepit.

¶ Vincūt xp̄iani occisa multitudine saracenoꝝ p infantem alfonsū filium regis fernandi secundi.



Entesimū vicesimū nonum bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit anno domini Millesimo ducētesimo sexagesimo septimo. Tunc p̄dictus rex fernādus secūdus octau⁹ rex castelle anno regni sui. xv. p̄cepit filio suo infanti alfonso vt intraret ⁊ percurreret terrā saracenoꝝ qui cū exercitu suo destruxit terrā ciuitatis corduben. ⁊ cepit plonā ⁊ venit cōtra terrā hyspalen. ⁊ xerisen. ⁊ destruxit quicq̄d inuenit firitꝙ tentoria

sua super ruinam guadalete. Rex vero saracenorum abenhuc. cuz hec sciuit: conuocauit clamoribus totam terram τ venit ad locum dexerit: posuitqz regale suum inter villas τ xpianas fecitqz septem acies in quarum qualibet adminus erāt mille equites. peditum vero non erat numerus. christiani vero etiam ordinauerunt acies suas: et inuenti sunt mille equites τ duo milia peditum. ducebāt autem secum quingētos saracenos quos captauerat hos statim decapitauerunt. cōmissum est ergo bellum asperrimum inter vtrosqz. et cum adiutorio altissimi τ sancti apostoli iacobi qui apparuit christianis in bello victi fuerunt saraceni τ tot fuerūt mortui ex eis: q non fuit numerus eorum estimatus.

¶ Vincunt saraceni τ capitur antiochia per soldanum babylonie.



Entesimum tricesimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini supradicto Millesimo. cc. sexagesimo septimo. Tūc enim soldanus babylonie vastata armenia antiochiā obsedit quaz post aliquos dies captā occisis τ captiuis viris τ mulieribus in solitudinem redegit.

¶ Vincūt xpiani τ capitur vbeda per regem fernandum secundum.



Entesimum tricesimum primū bellum inter saracenos τ xpianos accidit āno dñi millesimo. cc. lxix. Tunc predictus rex fernādus secūdus octau9 rex castelle congregato exercitu suo obsedit vbedam cepitqz eam viribus τ reuersus est cum honore in ciuitatem toleti.

¶ Vincūt christiani τ capitur carthago ac efficitur tributarius rex Tunici regno francorum.



Entesimum tricesimū secundū bellum inter saracenos et xpianos accidit anno domini Millesimo. cc. lxx. Tunc supradictus rex francorū ludouicus non territus laboribus preteritis τ expēsis de quibus supradictum est Johannesqz comes niuernensis philippus τ petrus liberi eius pictauie frater ei9 attribatensis quoqz τ britanie comites theobald9 rex nauarre multiqz milites atqz plebes τ ecclesiarū prelati veniūt ad mare. vi. kal. Julij ab aquis mortuis incipiunt nauigare insiditqz eis cōsilium: vt regnū tonicū quod transfretantibus dabat xpianis impedimentū primo subijcerent sue potestati. Eodēqz mēse circa festum beate marie magdalene ad portū carthagenis repulsis saracenis littus tuētibus applicuerunt: et ciuitatem capiunt in instanti. ac castra contra tonicū posuerunt quā cum per mensem obsidissent occulto dei iudicio infirmitas in exercitu inualuit sic q filius regis comes niuernēsi. Johānes τ post eum legatus cardinalis epūs

albenen. obierunt. Deinde benedictus rex ludouic⁹ in vigilia sancti bartholomei obijt videnſq; exercitus christianorum q tute non valebat hyemare in partibus transmarinis primitus rege tonicio facto tributario regi cecilie: et christianis captis libere dimiſſis: ꝛ q fides xpiana per predicatores ꝛ minores predicaretur remeauit.

quãdiu vixerunt in sanctitate ⁊ sine
offensa christi possederunt terrã san-
ctam. Sed cũ multiplicata fuerũt in
eis mala ⁊ offense xp̃i continuo ex-
pulsi fuerunt a terra illa ⁊ introdu-
cti fuerunt canes saraceni ad seruã-
dum illam sicut patuit supra conside-
ratione nona huius libri bello. cxviij
Secunda ratio est propter confusio-
nem saracenorum: ipsi enim sunt fi-
lij xp̃ianorum ꝙ vix sunt octingenti
anni ꝙ sunt turchi. Unde beatus au-
gustinus fuit episcopus yponẽsis. Sꝫ
machomet⁹ a sergio deceptus dece-
pit eos ⁊ ideo agareni sunt xp̃iani re-
negati ⁊ ꝓpterea retinent adhuc ali-
quid de fide christiana et credunt et
aliquid non. Credunt nãq̃ vt xp̃ia-
ni ꝙ vnus est deus creator omnium
sed non credunt ꝙ ille deus sit tres
persone in confusione ipsorum ipsi-
met ostendunt locum in quo xp̃s fuit
baptizatus vbi tota trinitas appa-
ruit. Secundo credunt ꝙ fuit homo
purus ⁊ verus ⁊ sanctus de spiritu
sancto in maria virgine cõcept⁹: sed
non credunt ꝙ sit deus ⁊ in confusio

nem sue credētie ostendunt locū vbi suscitauit lazarum proprio imperio quod nō potuisset nō fuisset de⁹. Tertio credunt q̄ est in celo sed non credunt q̄ est in sacramēto altaris: ⁊ in confusionem eorum ostendunt xp̄ianī locū cenaculi in quo xp̄s illud sacramentum instituit. Item non credunt xp̄i passionem: tamen in eorum confusionem ostendunt vbi xp̄s fuit crucifixus ⁊ sepulchrum vbi corpus fuit sepultum Item agareni baptizantur sed non cū forma verborum ⁊ ipsi ostendunt locum vbi xp̄s constituit sacramentum baptismi cuȝ forma illa. In nomine patris et filij et spūssancti in eoꝝ confusioneȝ. Ideo dicit dauid. fac mecum signum in bonum vt videant qui oderunt ⁊ ꝯfundantur. Unde sicut custodes portarū in domibus regum xp̄ianorū cuȝ haberi possunt sunt hoīes difformes vt ethiopes sic q̄ nullus intrare potest nec filius neq̄ milites nisi per man⁹ illorum sic xp̄us in palatio suo terre sancte p̄mittit q̄ custodes portarum filii⁹ patrie sunt homines difformes scilicȝ bestiales machometici. nec scȝ filij sui milites xp̄iani ad interiora secretorum terre sancte admittant nisi per manus illorum: nec ex hoc sequitur honorabiliores esse genitores difformes filijs ⁊ militibus caris immo hoc cedit in confusionem genitorum ⁊ honorem filiorum ⁊ militum. Numquid etiam in domibus magnorum in castris in nauibus maris immo etiam in domibus rusticorum custodes et vigiles sunt canes ne quis ingrediatur nisi homo pacis et ad honorem talis loci: ⁊ patet q̄ sic etiā custodes ⁊ vigiles terre sancte sunt canes saraceni ne si quis ingrediatur ad interiora secreta: vbi christus in humana natura ābulauit nisi fuerit homo pacis. et ad honorem illius loci quales sunt peregrini christiani visitantes terram sanctam et patet q̄ istud cedit in confusionem saracenorum q̄ assimilantur canibus custodientes domos. Item in confusionem cuiuscunq̄ virtuosi est sustinere aliquod falsum propter auaritiam. Cum ergo saraceni se reputēt virtuosos ⁊ credant falsum esse q̄ iesus nazarenus fuit mortuus ⁊ sepultus ⁊c̄. et tamen hoc sustinent ostendentes predicta loca vt dictuȝ est cū magna diligentia propter auaritiaȝ q2 propter interesse quod recipiunt a peregrinis christianis: ergo possessio terre sancte per saracenos est in eorum confusionem non enim permitterent principes christiani pro toto auro mundi si inter eos essent sepulchrum machometi q̄ visitaretur et honoraretur a saracenis sicut faciunt christiani in terra sanctaꝫ cum hoc non soluȝ cederet in confusionē xp̄ianorum sed etiam in contumeliā creatoris scientes falsum esse q̄ honor debeat exhiberi bestiali et spurcissimo machomete: quia honor secundum philosophum est premium virtutis: que in machometo locum non habuit propter abyssum criminum in eo contentorum sicut patuit supra consideratione prima huius quarti libri et quasi per totum est ergo in confessionem saracenorum possessio terre sancte: et honorem christianorum. Tertia ratio est propter conuersionem iudeorum. Iudei nanq̄ secundum q̄ ex lege moy-

ri sunt assuetí ꝛ nutriti terreni sunt ꝛ sperant ꝙ messias ducet illos ad illam terram ꝛ dicunt intra se ecce habebimus hierosolymã ꝛ propter hoc iesus christus verus messias voluit ꝙ nec christiani nec iudei habeant illam terram: qꝛ non venit vt daret illã terram: sed celestem de qua dauid. Credo videre bona domini in terra viuentium: sed illa est terra morientium. Ideo apostolus ad hebreos vltimo. non habemus hic ciuitatẽ manentem: sed futuram inquirimus. Cessent ergo sarraceni ab excellentia sua: sileant iudei ꝛ conuertantur a miseria sua. Consolentur christiani in filiatione ꝛ militia sua: qꝛ christus dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eiꝰ. Iohan. primo. Sed que harum gentium habet vel tenet veram legem.

¶ Licet supra libro primo sit latissime declaratum: potest tamen hic exẽplariter declarari per parabolam illius diuitis qui habet vnum lapidẽ preciosum magni valoris et tres filios ꝛc. dominus iste diues ẽ christꝰ deus ꝛ homo: ꝛ tres filij tres sũt populi iudeorum agarenorũ ꝛ christianorum: dicit primogenitus scilꝫ populus iudeorum. Ego habeo lapidẽ i. legem veram: qꝛ eam dedit miraculis confirmatã. Dicit populus christianus non: immo ego habeo legem veram: quia mea lex confirmata est miraculis que non possunt nisi per deum fieri. Demones poterant facere miracula moysi. Populꝰ agarenus dicit: immo ego habeo legem veram. Nunc ponderemus lapidem primo ponderetur in sanctitate lex moysi ꝛ eam ponderat salomon cui dicit de terrenis que promittuntur in lege moysi: vidi cuncta que fiunt sub sole. Et ecce vniuersa vanitas. Ecclesiastes primo. modicũ ponderat ideo nihil valet. Videamꝰ sectã machometi quantũ ponderat. quid promittit riuus lactis mellis olei vini mulieris ꝛc. Hec est vita porcorũ nihil ponderat. Vere magnus dolor esse debet prelatis ecclesie ꝛ doctoribus fidei christiane si attente. considerent sectam maledictam sarracenorum videre tantam multitudinẽ animarum rationabilium sicut sunt sarracenorũ que redempti sunt sanguine iesu christi esse inuolutas in errore damnationis: qꝛ non intelligũt scripturam diuinã: ꝛ quod peius est nec volunt intelligere neqꝫ audire: sed inclinent ad ea ꝛ sequentur que debẽtur porcis ꝛ asinis. lex christianorum que promittit gloriam celestem que est infiniti ponderis ꝛ valoris: qꝛ plus põderat vna dies glorie ꝙ omnia bona huius mundi. Ecce promissio quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui in celis est intrabit in regnum celorum. Mat. vij. Ponamus ergo in celum cor nostrũ ꝛ spẽ omnia terrena despiciendo: quia secundũ apostolũ. ij. Corin. iiij. quod in presenti est momentaneum est: et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis ea que videntur: sed que non videntur: que enim videntur temporalia sunt que aũt non videntur eterna sunt.

¶ Que sit terra aptior pugnãdi cõtra terram sanctam.



Ecundo puncto huius consideratio nis scz quis loc⁹ esset conuenientior in orbe ad capiendũ terram sanctam. Respondet ꝙ si xp̄iani vellent incipere guerraz ad terrã sanctam capiendam: ⁊ alia loca que amiserunt nullus locus nulla terra conuenientior est ꝙ hispania ꝙ sic declarat. Tertiũ est ꝙ in vniuerso quinque loca possunt considerari sicut notat magister Raymundus lulli in quodam tractatu suo per que posset incipi talis guerra sicut sepe attentatuz fuit. Primus locus est in terra imperatoris constantinopolitani ⁊ in terra turchoꝝ. Deinde per terraz armenie quousq₃ perueniret in siriã ⁊ hec via non est multuz laudabilis: q₂ est valde grauis ⁊ difficilis ⁊ nimis longa ⁊ sic requirit magnum exercitum ⁊ multas expensas. Secundus loc⁹ est insula quedam que rayect appellat situata ꝓpe alexandriam. Posset enim illa insula cum galeis ⁊ militib⁹ capi et detineri: sed hic locus etiam non est laudabilis quo ad presens: tum q₂ via est nimis longa: nimis etiã requirit expensas ⁊ bellatores contra illam. Tertius locus est regnum cipri ⁊ terra hermenie: s₃ ista via etiã non est laudabilis. tum q₂ ille terre non sunt omnibus sane sicut experti sunt qui transierunt. tum etiam q₂ illa via est nimis lõga ⁊ cõiter reqrit nimis de nauigantib⁹ ⁊ pugnãtib⁹ ⁊ expensis. tum tertio q₂ p cyprum ⁊ hermeniam non possent sufficere victualia neq₃ equi. Quartus locus est tunitiũ: sed nec iste locus laudabilis est eo ꝙ multe gentes in eo cõmorãtur ⁊ cõsequenter nimis reqrit de exercitu ⁊ de equis ⁊ de hoc satis ꝓbabile experimẽtũ datũ fuit qñ sanct⁹ ludouicus rex francoꝝ transfretauit sicut supra patuit consideratione. ix. huius. iiii. libri bello. cxxii. Quintus locus est hyspania ĩ parte eius que dicit andalusia vbi est almaria malica granata algesira tarifa ⁊ hic est locus amenissimus ⁊ congruentior omnibus predictis eo: q₂ facilior ad acquirendum propter quattuor rationes. Prima ratio est q₂ predictus locus est circũdat⁹ per mare mediterraneũ ex vna parte: ⁊ ex alia parte p regnum aragonie ⁊ castelle: ⁊ istud ĩpediret ꝙ nõ possent iuuare eos aliĩ sarraceni. Secunda ratio est q₂ multum iuuat ad guerram faciendaz fertilitas terre ⁊ multitudo equoꝝ de ꝓpinquo in quibus habundat inter ceteras mundi partes hispania. Tertia ratio est q₂ est terra sana: et ideo timore infirmitatum nõ solueret exercitus sicut alibi factum esse dicit. Et patet etiaz ꝙ est propinquissima respectu aliorum locorum. Quarta ratio: est rex bellator cum paruo exercitu posset guerram incipere presuppositis supradictis: ⁊ q₂ habet terga secura ⁊ sic accipiẽdo modo vnuz castrum: ⁊ deinde vnam villam ⁊ sic successiue deducendo sarracenos semper ante se ⁊ multiplicãdo continue exercitũ ⁊ habito regno granate rex bellator cum suo exercitu ampliato ad maiorem barbam scz in affricam poterit leuiter transire scz in regnũ cepte quod non distat nisi septez miliaria ⁊ in aliquo loco nisi p tres leucas solũ ꝑsertim isto tpe talis locus

esset conuenientissimus: cũ cepta ꝛ
villa alia que dicitur alcater tagner
sint in potestate regis portugalie.
Et sic ex illa parte inciperent debel-
lare sarracenos tergis securis dedu-
cẽdo eos ante se modo lucrãdo vnaꝫ
villã modo aliam ꝛc. quousqꝫ perue-
niret . ionitium semper multiplican-
do exercituꝫ ꝙ optime ꝛ securissime
fieri potest vt dictum est propter ꝓ-
pinquitatem hyspanie ꝛ eius fertili-
tatem: ꝛ qꝛ retro se nihil timerent et
sic paulatiue bellator rex posset face-
re guerram sanam sarracenis ꝛ acq-
rere terram sanctam hierusalem: et
totũ regnum egypti: patet ergo cla-
rissime ꝙ nulla terra in mũdo est cõ-
uenientior christianis ad incipien-
dum guerraꝫ pro terra sancta capiẽ-
da ꝙ̃ hyspania. beatus ergo rex bel-
lator qui propter zelum fidei catho-
lice hec cogitauerit ꝛ in opere posue-
rit sperans omnia predicta acquire-
re per iesum christũ in cuius manu
sunt omnium potestates et iura re-
gnorum.

¶ Quomodo christiani habere se de-
beant de iure ꝛ ordinatione regni er-
ga sarracenos viuentes inter nos.



Vndecima con-
sideratio huius quarti li-
bri est de his ad que cõ-
pelli debẽt sarraceni vi-
uentes inter nos de iure ꝛ ex ordina-
tione regni. Circa primũ notanduꝫ
ꝙ vt tradit̃ in titulo de iudeis ꝛ sar-
racenis in clemẽtinis pricipes chri-
stiani sub obtestatione diuini iudi-
cij a duobus debent cõpescere sarra-
cenos sibi subiectos: scꝫ ab inuoca-
tione publica nomis machometi ꝛ a
peregrinatione quam facere solent
ad sepulchrum cuiusdam sarraceni.
Unde sacrum consilium ibidẽ sic ait
cedit quidam in offensam diuini no-
minis ꝛ opprobrium fidei christiane
ꝙ in quibusdam mundi partib⁹ prin-
cipibus christianis subiectis. In q-
bus interdum seorsum interdum ve-
ro permixtim cum christianis habi-
tant sarraceni sacerdotes eorum za-
zaba nuncupati vulgariter in tẽplis
seu mesquitis suis ad que iidem sar-
raceni conueniunt vt adorent ibidẽ
per fidem machometum diebus sin-
gulis certis horis ĩ loco aliquo emi-
nenti eiusdẽ machometi nomẽ chri-
stianis ꝛ sarracenis audientibus al-
ta voce inuocant ꝛ extollũt ac ver-
ba quedam in illius honore publice
profitent̃. Ad locum insup vbi olim
quidam sepultus extitit sarracenus
quem vt sanctum alij sarraceni vene-
rantur ꝛ colunt magna sarracenorũ
eorũdem partiuꝫ ꝛ aliarum confluit
publice multitudo ex quibus nostre
fidei non modicum detrahitur ꝛ gra-
ue in cordibus fidelium scandalum
generatur. Cum autem hec diuine
maiestati displicentia non sint aliq̃-
tenus toleranda sacro approban-
te consilio ipsa in terris christia-
norum fieri deinceps districtius in-
hibemus vniuersis ꝛ singulis princi-
pibus catholicis sub quorum domi-
nio sarraceni morantur ꝛ fuerũt pre-
dicta sub obtestatione diuini iudicij
obnixe iniungentes: quatenus ipsi
tanq̃ veri catholici et christiane fi-
dei seduli zelatores opprobrium qḋ
tam ipsis ꝙ̃ ceteris christicolis per
premissa ingeritur debita considera-
tione pensantes ipsum: vt prouide

eterne beatitudinis premium asse-quantur de terris suis omnino aufe-rant a suis subditis auferri procur-rent inhibendo expresse ne prefata innocatio seu professio nominis ip-sius sacrilegi machometi publice: aut peregrinatio plibata ab aliquo in eorum existente dominio audiant attemptare decetero vel quomodolibet sustineri. Hi vero qui secus pre-sumpserint taliter ob diuinam reue-rentiã castigent ab ipsis q alii eorũ exẽplo pterriti a psumptione sibi ar-ceant hec ibi sctissime ordiatũ: sz ne-gligenter custoditũ specialiter pri-mum cũ altis vocibus de die z de no-cte tales pclamationes faciant sar-raceni: z nõ solũ non castigant a pri-cipibus verũetiã z defendunt z rar' est qui pper fidei honorẽ reclamet cõtra eos quinimmo tãta est ignorã-tia pdicte inhibitionis in principi-bus z clero ac populo q non cogitãt predictas inuocationes siue pclama-tiones eẽ in offensa diuine maiesta-tis q nõ sine culpa est ante deũ cum talis ignorãtia non excuset. q2 igno-rãtia facti nõ iuris excusat. De aliis aũt atqz ad que cõpellendi sunt sar-raceni tã de iure q ex ordinatiõe re-gni sufficiant que dicta sunt libr. iii. consideratione. xi.

¶ Ista duodecima cõsideratio tra-ctat de fine legis sarracenoz z de eo-rũ ppetua seruitute sub iugo xpiano-rum sub quattuor passibus.

Duodecima et vl-tima consideratio huius li-bri quarti est de fine legis sarracenorum z de eoz perpetua ser-uitute sub iugo xpianorum iã finem oportet dare huic. iiii. li. de bello sar-racenoz in hac vltima consideratio-ne ad quã explicandã. iiii. passus conuenit ptrãsire. Primus est de ca-stigatione finali fienda per sarrace-nos. Secundus est de cessatione sue legis. Tertius est de tpe quo dz ces-sare. Quartus vero erit de perpetua seruitute sarracenorũ sub iugo chri-stianorum.

¶ De castigatione finali fienda per sarracenos in populo xpianorum.



Primus pas-sus est q per sarra-cenos fiet diuina ca-stigatio terribilis i oibus regnis mun-di pper pctã popu-li scdm q pdixerũt: z primo metho-dius martyr quẽ beatus hieronym' in opusculis suis laudat loquens de fine seculi cui' prophetia sequitur. In nouissimo autẽ sexto millenario seculi exiẽt filii hysmaelis de here-mo z erit aduentus eorum castigatio sine mẽsura z sine mia z tradet deus in manibus eoz oia regna gentium pper peccata que operata sunt cõ-tra pcepta dei. Ideo tradet nos de' in manus barbaroz q2 obliti sumus precepta domini facient eni christia-ni multa illicita: q2 maculabunt se-ipsos adeo q turpissimum est ad di-cendum ppterea tradet illos de' in manibus sarracenoz. psida erit in captiuitate z occisiõe capadocia z in captiuitate et occisione cilicia. In tribulatione erit terra syrie z in soli-tudine z ei' habitatores captiui du-cent. Sicilia sit z habitatores eius

in gladio peribunt. Grecia in captiuitate erit ⁊ occisione affrica erit similiter. egyptii orientales ⁊ Asia sub graui tributo in auro ⁊ argento erit. Hispania gladio peribit et captiui ducent habitatores eius. Gallia germania ⁊ gatonia varijs prelijs erunt deuorate multi ex eis ducent captiui romani in occisione erunt ⁊ cõuersi in fugam. Insule maris erũt in desolatione ⁊ obtinebunt filij hysmaelis introitum ab aquilone ⁊ oriente ⁊ meridie ⁊ occidente ⁊ replebitur hierosolyma cunctis gentibus qui captiui ducent ⁊ replebit terra promissionis omnibus gentibus ⁊ erit iugum eorum graue super omnes gentes ⁊ erunt omnia sub iugo eorum ⁊ tributo ⁊ omnia ornamenta diuitum eorum erunt ⁊ que fuerunt in ecclesijs sanctorum siue aurum aut argentum siue lapides preciosi ⁊ omnia ornamenta eorum erunt ⁊ distribuent ministeria dei ⁊ erunt sacerdotes sicut populus: quia ecclesie incendio cremabuntur ⁊ erit tribulatio magna ⁊ multa corpora proijcientur in plateis eo quod non sit qui sepeliat ea ⁊ erit sarracenorum iter a mare vsque ad mare ⁊ erunt regiones in viam ⁊ vocabitur via eorum vie angustie ⁊ gradientur simul iuuenes ⁊ senes diuites ⁊ pauperes ⁊ cum gemitu ⁊ afflictione dicent beati sunt illi qui nos de hac luce precesserunt: hoc beatus paulus predixit nisi venerit discessio primum ⁊ reuelatus fuerit et cetera. Quid enim aliud est discessio nisi disciplina qua corripient vniuersi habitatores terre a filijs hysmaelis propterea onagrum appellauit deus hysmaelem patrem eorum propter hoc in eiolationem tradet omnem terram ⁊ erunt multe vrbes deserte non enim sunt homines isti sicut alie gentes: sed sunt filij hysmaelis de heremo venturi ⁊ sunt hominibus odibiles. Audi igitur imitatores eorum qui de heremo exituri sunt mulieres vteris partus habentes: partusque cum mulieribus simul interficient: in ecclesijs sanctorum cum mulieribus concubent ⁊ sacratis vestimentis ecclesie induent seipsos et vxores eorum. Iumenta sua ligaturi sunt ad sepulchra sanctorum tanquam ad presepia ⁊ erit maxima tribulatio super christianos qui habitant super terram: ⁊ tunc apparebunt fideles qui fuerunt in christo credituri: non enim propterea mittet deus has tribulationes supra christianos vt iusti deleantur qui in christo sunt credituri: sed vt manifestentur qui in ipso erant fidelissime credituri sicut ipsa veritas dicit beati eritis cum persecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malum aduersus vos mentientes propter me gaudete ⁊ exultate ⁊c. sicut enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos ⁊c. sed qui perseuerauerit vsque in finem. hic saluus erit. hec ille. Eandem sententiam tradit magister in hystorijs scholastic. super idem Gen. xvi. Hic erit homo ferus vbi nos habemus ferus hebreus habet phara quod sonat onager de hysmaele dictum allegans predictum methodium dicentem onagri ⁊ capre a deserto omnem bestiarum supergradientur rabiem ⁊ mansuetorum numerus conteretur ab eis. dixit enim de filijs hysmael. futurum est autem vt exeant adhuc semel ⁊ obtinebunt orbem terre per octo ebdomadas annorum: ⁊ vocabitur iter eorum via an-

gustie quia patrem eorum ysmael vocauit dominus onagrum. In sacris locis interficient sacerdotes et ibidem cum mulieribus dormient ad sepulcra sanctorum religabunt iumenta et hoc propter nequitiam christianorum qui tunc erunt de quibus dicitur in nouissimis diebus. Erunt homines sese amantes etc. Et tunc implebitur quod dictum est per ezechielem. fili hominis voca bestias agri et exhortare illas dicens. Congregamini et venite eo quod sacrificium magnum immolo vobis manducate carnes fortium et bibite sanguinem excelsorum hec ille. ¶ Secundo predictam castigationem christianorum per sarracenos predixit abbas ioachim in speculo visionum libro. viij. c. xli. dicens quod aues nigre habentes nomen duabus litteris confectum videlicet alphabeti latinorum prima atque octaua future sunt in discrimine atque destructione crucis signatorum quod exponens doctor peregrinus dixit quod prima littera est a octaua vero littera est h. Aues igitur nigre sunt mauri sic dicti propter habitum nigrum cappe nigre quem habent a nicolao apostata eorum doctore. nomen autem ipsorum ex duabus litteris conficitur scilicet a et h. quoniam agareni ab agar matre et ysmaelite a filio ipsius nuncupati sunt. ¶ Tertio predictam castigationem christianorum predixit sanctissima femina hylde gardis que prophetauit anno domini Millesimo. lxxix. in libro reuelationum dei parte tertia ca. xiiij. dicens ventura sunt mala guerre et bellorum victorie super populum christianorum propter tyrannidem principum et cupiditatem prelatorum eius. Sequitur cadetque populus christianus in manu hircorum caprarum et bestiarum per quas bestias intelligit bestiales et fetidos sarracenos. ¶ Quarto predictam castigationem christianorum predixit cirillus in epistola de occurrentibus malis in orbe symbolo trix. dicens in sexta die magna sancti venturus est hircus violator castitatis a plaga meridionali et intrabit limites occidentales et viuam ouem comedet et dentibus suis carnes agnorum crudas dilacerabit arietes pedibus conculcabit et agnum ouis filij cornibus ventilabit. ¶ Quod exponit venerabilis abbas ioachim super trenorum vltio sic dicens Hircus machometus est agnus ouis filius christus filius virginis cornibus. i. potentatibus suis christianum populum ventilabit. i. multiplici flagello guerrarum vexabit. ouem viuam comedet. i. sanctam matrem ecclesiam catholicam viribus franget et episcopatus et dioceses quamplures penitus cassabit et dentibus suis carnes crudas agnorum dilacerabit quia pulli etiam adulti vtriusque sexus relicta fide christi: sectam machometi assumunt et vbi nomen christi et nomen virginis venerabantur blasphemabunt et nomen machometi in magna veneratione habebitur; a plaga meridionali venire dicuntur quia in eadem parte mauri florent et imperant. Limites autem occidentales partes. i. extremitates christiane creduntur hec autem ioachim. Quid autem sit de veritate predictarum prophetiarum deus nouit cuius iudicia abyssus multa.

¶ De cessatione legis saracenorum.



Secundus passus est quod lex saracenorum non est perpetuo duratura: sed debet cessare quod sic ostenditur. Certum est quod nullum violentum est perpetuum vt patet. iiij. phisicorum: nemo etiam diu continuit violenta imperia secundum senecam tragedia. vi. Cum ergo

imperium et dominium saracenorum sit in orbe violētū ptz qr p arma et violētia intrauit vt latissime declaratum est supra ɔsideratiōe secūda huius .iiij. libri in secūdo puncto ergo impium et dñiuz sarracenoꝝ nō ē ppetuuz nec diu duraturū et ɔsequenter nec lex eoꝝ quod ē itētū. ¶ Itē et hoc quod obtinet trepida manu nō est diu duraturū sz tale est impiū sarracenoꝝ ptz qr est raptū p arma violētoꝝ vt dictuz est. et dicit Seneca tragedia pma. rapta ceptra trepida obtinent manu. ergo impiuz sarrocenoꝝ nō ē diu duraturū et ɔsequēter nec eoꝝ lex. ¶ Itē tertio sic illō imperiuz cuius ius soluz est in armis nō est diu duraturuz sz imperiū sarracenorum ius solū ē in armis ptz qr machometus nō ostendit aliqō miraculum quo ius sui imperij et veritas ostēderet legis. sz nudabat ensem et eleuabat in manu. ac si diceret nullū aliō ius vestri iperij et dñij et legis habetis in orbe nisi in armis. Sic dicebat licus raptū tenens impiuz herculis et timens eū pdere tragedia pria senece. ius ē in armis: ergo ɔcludit qꝫ impium sarracenoꝝ nō est diu duraturū et sic lex eoꝝ cessare dz. Unde et doctor subtilis scotus in pmo sententiaruz qstione secunda ,plogi via septima obūtiēs de pmanentia secte machometi dicit qꝫ pphetia ē apud eos et qꝫ secta eoꝝ est finienda. Unde et añ captionez ciuitatis damiate liber qdem inuentus fuit arabice scriptus cuius autor pdixit quendā regē xpianum in etham ciuitatem debere destruere et ossa machometi disperge re: quod erit signum destructionis sue legis.

¶ Quo tempore lex machometi et eius dominium debet cessare.



Ertius passus est de tpe quo lex machometi et eius dñium dz cessare. Circa qō dici posset saluo meliori iudicio qꝫ tūc cessabit qñ populus xpianus fuerit debite castigatus. Unde scdm augustinū et fuit sa dictū i pricipio none ɔsiderationis huius libri. iiij. añ incarnationem dñi ppls dei electus erat ppls iudeorum post incarnationē vero est ppls xpianoꝝ: et sic ille erat ppls dei electus et tñ dedit ei flagellū infideliū gētiliū Ita nunc religioni xpiane sibi dilectissime dedit flagellū infideliū sarracenoꝝ. Nūc aūt scdm pliniū in tertio libro sue philosophie flagellum seu virga nō cōburet qdiu peccator et seruus inutilis nō corrigit. ¶ Hic refert ipse qꝫ socrates sciscitatus qre manipulum virgarū non cōbureret post magnā et longā verberationez pardini discipuli sui filij magni prepositi: respondisse dicit qꝫ nec cōbureret quousqꝫ correctū et emēdatū presensisset. ¶ Refert etiā plato magnus philosophus de doctrina antiquoꝝ libro. ij. ca. xliij. qꝫ dum vna dierum montē pigamū ascenderet subito tremuit et mugitus horribiles emisit arbores sciscitabāt quare tremuit et mugitus dederit mons rndit qñ pastorem vigilantē et custodientē gregē suum ego video et arbores dixerunt et tu cum sis mons altus valde et magnus vnū times pastorē. Qui rndit timeo et mugeo qr ignem portat in pera qui medio flatu ignis incensome destruet vosqꝫ oēs ad radices cō

buret qd futurū cōsiderās malū i or-beventurū cū lachrymis tractatū q de lamētationum mira breuitate de malis in seculo futuris descripsit p quē dicūt greci aristotelē alexādrū in multis instruxisse et deū pastorem ignē in pera fuisse alexādrū i grecia totius mūdi monarchā primū. mōs magnus tot⁹ mūdus iste arbores ci-uitates, villa et castra et reges vellētes existētes in ipsis hec plato. ¶ Deus ergo semp flagellū ponit sicut pius pater suis filijs dilectis qbus suffi-ciēter castigatis flagellū igne cōbu rit scdm q notat btūs augu. in lib. de verbis dñi in tractatu.xix. Ubi sic ait. nō leteris ipie vel tyrāne qm vir-ga vel flagellum effeceris. nouit cui pendēs doctor nec ignorat pius pa-ter post castigationē pmouere disci-pulū et post debitā emēdationem pa ternali hereditate pficere filium. Fla gellū quoqꝫ fue virgā incēdio flāma rū cōburere. hec augusti. Patet ergo ex pbabitis q facta cōdigna castiga tione ppli xpiani destruet et iperium sarracenoꝝ: et sic cessabit coꝝ supsti-tiosa facta sine lex.

¶ Quartus iste passus ē de ppetua sarracenorum fuiture sub iugo xpia norum.



Quartus passus et vltim⁹ ē de ppetua ca-ptiuitate seu suitute sar racenoꝝ sub iugo xpia-noꝝ. Hāc aūt suitutē pdixit metho-dius martyr loquēs de fine scli. Ubi postq̄ pnūciauit castigationē xpia-norū p sarracenos. Subsequēter di xit et post tribulationem dieꝝ q̄ facta erit a filijs hysmaelis desolata erit ois terra ab eis et erūt oēs amicti or namētis ex auro et purpura et splēdo-dis vos vestimētis tāq spōsi dicētes. Ecce vicimus terrā in fortitudie no stra et oēs q habitāt in ea. Tūc recor-dabit dñs deus sm suā miam quā p misit diligētib⁹ se et eis q in xpo sunt credituri et liberabit eos d manu sar racenoꝝ. Surget aūt xpianoꝝ gēs et pliabit cū eis et occidet eos gladio et captiuas ducet mulieres eoꝝ et inter ficiet infantes eoꝝ et descendēt filij hysmaelis in gladiū et tribulationem et afflictionē et reddet illis dñs mala q ipsi alijs fecerāt et irruet sup eos ma licia septies tm quātū i alijs gesserāt et occidet illos dñs in man⁹ xpianoꝝ et erit regnū xpianoꝝ exaltatū super oīa regna et imponēt xpiani iugū su-per eos graue et erūt sui q remane-būt: et tūc pacificabit terra q ab eis fuerat dstructa: et q captiui fuerāt ab eis reuertent in terrā suā et multipli cabunt hoies sup terrā et erit idigna tio magna regis romanoꝝ sup eos q xpm negauerūt et erit pax et tranqlli-tas magna sup terrā qualis nō fuit antea nec erit filiis post illā p eo qd in fine seculoꝝ erit leticia et pax sup oēm terrā et reqescēt a laborib⁹. Hec erit pax de qua dicit apls. i. ad tessa lo. v. Cū fuerit tranqllitas magna et securitas tūc veniet repētin⁹ interi-tus. a quo liberari mereamur felici-ter p iesum xpm dñm nostrū qui est turris fortitudinis a facie inimici. cui sit honor et gloria sine fine. Amē.

¶ Finis.







¶ Incipit liber quintus et vltimus: tractans de bello demonum contra fidei fortalicium.



Absolutis hereticorū iudeorum et sarracenorum bellis. Restat experiri in hoc libro quinto et vltimo hui⁹ voluminis de demonum viribus quid scʒ possint contra nostrū fidei fortalicium, et vt meum posseʒ explicare conceptum duodecim considerationes circa bellum demonum occurrunt pertractāde. Prima erit an sint demones et de quidditate demonum et eorū nobilitate ac natura. Secunda de eorum scientia. Tertia de bello demonum in celo. Quarta de eorum habitatione. Quinta de eorum potestate et preeminentia. Sexta de bello demonum contra humanum genus postq̄ ceciderunt de celo vsqʒ ad xp̄i aduentum. Septima de perditione dominiī eorū per iusticiam in christi aduētu. Octaua de proprietatibus et malicia demonum. Nona de bello demonum post aduentum christi. Decima de diuersitate demonum et si possunt haberi spiritus familiares. Undecima de qualitate et figuris corporum in quibus apparent et si possunt humana corpora vel animas subintrare. Duodecima quo fine debent terminari bella demonum.

¶ Prima consideratio est de quattuor punctis.







Rima consideratio e an sint demones & de quiditate demonu & de eorum nobilitate ac natura. quattuor ergo puncta in hac consideratione sunt videnda. Primo an sint demones. Secundo quid est diabolus. Tertio qualis est eius nobilitas. Quarto qualis est eius natura.

¶ An sint demones in mundo & si sunt que sunt eorum nomina.


Rimus punctus est an sint demones & que noia eorum. Quo ad primu no discrepat iudei & sarraceni a xpianis quia apud iudeos scriptu est ee diabolos & de pricipibus eorum husa et azael esse appellatos. dicebat etia iudei i euagelio insultates contra xpm demoniu hz & insanit Joha. x. Et iteru in beelzebuth pricipe demoniorum eiicit demonia Math. xij. quod no affirmarent nisi diabolos crederet ee. Non enim psut negare quin scriptu sit in primo Regu. xvi. q spus malus agitabat saul. Sarraceni etia concedunt demones esse & illos pncipes demonum. quos vocat iudei husa & azael. Ipsi vocat in lingua arabica aroth. et maroth. nos vero xpiani de hoc certam fide habemus cu euagelica doctrina hoc expsse in pluribus locis exprimat. Et io de hoc nulli dubiu esse dz sed cu certitudine affirmare demones ee in mundo. Demones vero non nominamus nos xpiani nisi eo mo quo in sacra scriptura nos reperimus sm modu suarum teptationu. Un cu tempt de supbia vocat diabolus. i. deorsum flues Apoc. xx. qn de inuidia dicit sathan. i. aduersarius Math. xvi. qn de ira dicit extermiator. i. cor. x. quia ira ponit aiam extra terminos suos. qn de accidia dicit demoniu. i. sufficiens iniqtas Math. viij. quia sufficit ad puniedu homines. qn de auaricia dicit leuiatha. i. additamentu Job. iij. qn de luxuria dicit asmodeus. i. facture iudiciu Thobie. iij. quia propter luxuria ia dns mudu iudicauit diluuio Gen. vi. qn de gula dicit Behemoth. i. aial. Job. xl. quia gula reddit homine bestiale. Ite vocat belial qd interpretat absq iugo vel absq dno. Judic. xix. quia ppossse pugnat contra eu cui dz ee subiectus. Ite vocatur beelzebuth Luc. xi. qd interpretatur vir muscarum pro imudicia & sordibus ydolatrie & sanguinis eis imolati ad que multitudo muscarum conueniebat. pz ergo demones ee & q noia eorum sm xpianos iudos & sarracenos.

¶ De demonum quidditate


Ecundus punctus est scire qd est diabolus. Pro cuius declaratione notandu q fuit opinio platonicorum pcipue apulei sm q refert beatus augustinus octauo de ciuitate dei. c. xvi. allegas varrone q fuit platonicus q demones sunt genere aialia aio passiua. mete ronalia. corpore aerea. tpe eterna. Si aute obiiciat q demones no psut dici aialia cu sint substatie incorporee. Dicedu e q no loquit hic augustinus sm mete ppria vt dictu e. sed sm opinione platonicorum. Et io irroabilr loquunt sic diffinietes cu demoes hoc attribuut augustio. Un

idem augustinus ꝯm mentē ꝓpriam ⁊ rectā fidē diffiniēs demones libro eodē. c. xxij. dicit sic demones spūs nocēdi cupidissimi. a iusticia penit⁹ alieni. supbia tumidi. inuidia liuidi fallacia callidi. Quidē ali⁹ dicit ꝙ demones sunt substātie rōnales incorporee ingrate deo damnationis hominum cupidissimi.

¶ De nobilitate demonum.



Tertius punctus est qualis ē nobilitas dmonū. Pro cui⁹ noticia sciendū ꝙ loqui possum⁹ de demonib⁹ dupliciter vel quo ad bonitatē moralē vel quo ad bonitatē nature. Si loqmur de bonitate morali boni hoīes meliores ⁊ nobiliores sunt demonib⁹. Unde augustin⁹ de ciui. dei ca. xv. loquēs de demonibus ꝯm opinionem platonicoꝝ ꝙ vniunt corporibus naturalib⁹ ⁊ phisicis sic aīe nostre: ⁊ ꝙ illa corpora demonū sunt incorruptibilia dicit nō ideo demones meliores sunt hominibus q2 hñt corpa meliora. s. incorruptibilia. Alioqn mltas bestias hoibus pferemus. Quis eīm inquit hoīm vidēdo equabit aquilis ⁊ vulturib⁹ Aut ꝗs odorādo canib⁹. quis velocitate lepoꝛib⁹ ceruis ⁊ oibus auib⁹. ꝗs multū valēdo leonib⁹ ⁊ elephātibus. ꝗs diuviuēdo serpētibus q etiā deposita tunica. senectutē deponere. ⁊ in iuuētutē redire phibentur. Sed sicut his oib⁹ meliores rōcinādo sum⁹. Ita etiā demonib⁹ honeste viuēdo meliores eē debemus. Hec augustin⁹. pꝫ ergo ꝙ in morib⁹ nobiliores sunt boni hoies demonibus. Siño loqmur de nobilitate nature. nobiliores sunt demōes hoib⁹ quātūcūqꝫ sctis sicut deducit ex dictis augustini. ix. de ciui. dei cap. ix. vbi dicit ꝙ aial ex aia ⁊ corpore cōstat. quoꝝ duū aia quātūcūqꝫ viciosa est melior corpore. quantūcūqꝫ bñ disposito sicut dicit. ꝙ aurū licꝫ sordidū. argento ꝗuis purissimo cari⁹ estimat. Ex q̄ dicto elicit frācisc⁹ de maronis in floꝛib⁹ suis duas cōclusiōes. Prima ē ꝙ demones sunt meliores hoib⁹ quātūcūqꝫ sctis q2 sicut aia viciosa excellit corp⁹ qōcūqꝫ ꝓpter excellētiorē naturā. ita substātia spūalis oēꝫ substātiā corpalem. Secunda cōclusio ꝙ meliores sunt angeli quibuscūqꝫ aīab⁹ separatis. quātūcunqꝫ beatis. q2 maior ē excellentia nature ꝯm quā angeli supant ipsos cuꝫ maior sit excellētia de genere substantie. ꝙ excellētia gratie. que est quedam forma accidētalis. Et isto modo ponuntur etiam meliores anima christi. Hec ille.

¶ De natura demonum.



Quartus pūct⁹ est q̄lis est natura demonū. Ad quod breuit respōdetur dupl̄r. Primo ꝙ coꝝ natura nō ē mala sed bona. Uidit eīm de⁹ cūcta q̄ fecerat et erāt valde bona gen. i. ꝙ aūt diabol⁹ sit mal⁹ nō hꝫ ex natura sed ex vicio. Secūdo dꝛ ꝙ coꝝ natura ē mortalis ⁊ dissolubilis sꝫ ex dei gr̄a coꝝ natura est īmortalis ⁊ indissolubilis sicut ⁊ bonoꝝ āgeloꝝ. Unde pl̄o in libro thimei loquēs in psona dei ad angelos dicit. dij deoꝝ quoꝝ opifex ⁊ magister ego sum: vos vr̄a

natura corruptibiles estis: mea aūt volūtate incorruptibiles ꝑmanetis. Istud dictuȝ allegat augustin⁹.xiii. de ciui.dei.c.xvi.dicens. Sententia fuit platonis deos et angelos esse mortales ſm suam naturā ꝛ dissolubiles qꝛ sunt facti a deo: tamen diuina voluntate indissolubiles. Et qꝛ diuinum consilium ꝛ voluntas sunt validiora ꝙ sit eorum natura. Ideo dicit plato ꝙ non dissoluentur. Et hec videtur fuisse intentio porphirii qui fuit platonicus in capitulo de differentia vbi dicit. Sumus rationales nos et dii.i.angeli.sed mortale additum nobis separat nos ab illis.quasi dicat mortales erāt angeli sicut et nos ex natura sed diuina voluntate immortales facti sunt ꝛ sic differunt a nobis.

¶ De scientia demonum.

Secunda cōsideratio ē videre q̄lis ē sciētia demonū. Hic sūt tria puncta declarāda. Prim⁹ est de scia demonū. Secund⁹ est cuius scientia artes magice exercent ꝛ si pñt sine pctō exerceri. Terti⁹ est de arte notoria si est a deo vel a demonibus.

¶ De scientia demonum ante casuȝ et post casum.

Primus pūctus est de scia demonū. Circa qđ notādum est ꝙ dupl'r possum⁹ loq̄ de scia demonum. Uno mō de illa scia quā habuerūt añ casum suū de celo et sic dicit magr̄ sententiaꝝ in scđo distinciōe.iii. ꝙ triplicē cognitionē naturalē habebāt scȝ ꝙ facti erāt.a q̄ facti erāt ꝛ cū q̄ facti erāt.s.cū celo ēpireo. materia p̄ria.ꝛ tpe.notitiā ēt habuerūt boni ꝛ mali ꝛ qđ appetēdū ꝛ respuēdum illis eēt: dicit ēt btūs augustin⁹ loquēs de noticia āgeloꝝ añ casuȝ.xi. de ciui.dei.c.vii.ꝛ.viii. ꝙ cū sit alia noticia āgeloꝝ matutina ꝛ alia vespertina quaꝝ p̄ia est reꝝ in vbo ꝛ secūda reꝝ in gñe ꝓprio qñ fuit dictū factum ē vespe ꝛ mane dies vn⁹ Gen. primo. Ibi accipit mane ꝓ noticia matutina: ꝛ vespe ꝓ vespertina. Et secūdū hoc ponunt dies sex ſm ꝙ angeli illa sex gñа creaturaꝝ q̄ ibi numerant cognouerūt noticia matutina ꝛ vespertina in p̄io instāti q̄ oīa fuerunt sil' creatura: ſm illud ecclīastici.xviii.q̄ viuit in eternū creauit oīa simul. Si vo loq̄mur de noticia demonū post casuȝ dicit magr̄ in secundo sentētiaꝝ disti.vii.ꝙ demōes lȝ sint obstinati ī malo triplici tñ sentētie acumine vigēs scȝ subtilitate nature: tēpoꝝ expiētia: ꝛ reuelatiōe spirituuȝ supnoꝝ. P̄io ītelligūt naturalia pñtia. Secūdo mō naturalia futura sicut tēpora pluuiosa vl' sicca ꝛ eclipses solis ꝛ lune ꝛ hmōi. Tertio mō ītelligūt voluntaria sȝ de cognitiōe futuroꝝ ꝯtigētiū.dicit dñs bonauētura ī secūdo sentētiaꝝ ꝙ lȝ demōes nō pñt p se scire futura ꝯtigētia certitudinal'r tñ frequēter vȝ ꝑdicunt qꝛ euētū futuroꝝ aliquo mō ꝑsentiunt.iiii.modis ſm augustinuȝ super gen.ad litterā qꝛ aut ꝑsentiūt talia ingeniū aut sensus acrimonia: vt quādo vident aut ꝯsiderāt diligēter ad qđ incline affectio mea vel que sint īducētia vel' retrahētia aut presciunt talia tēporum experientia scȝ ꝙ ex talib⁹ viderūt accidere simi

lia. Aut tertio talia prescium demo-
nes cautela dolosa vt quando ppo-
nunt aliquid facere et primo predicunt
quasi sit aliqd futurum. Aut quarto ta-
lia predicunt demones aliena doctri
na vt qn scz diuino iudicio pmittun
tur aliqd a bonis angelis addiscere
Unde patet q demones futura con-
tingentia et si possint probabiliter
opinari nequnt tn certitudinaliter
scire. De cognitione vero tēporaliū
et mutabiliū dicit beatus augustin9.
viij. de ciui. dei capitulo. xxi. q ange
li boni certi9 ista temporalia et muta
bilia nouerant qr eorum principales
causas in verbo dei sapientia ptem-
plant sz quorūdā signorū nobis occul
torum maiori experientia multo plu
rasq homies futura pspiciūt. Deniq
aūt isti sepe nunq illi omnino falluū-
tur q ibidem declarans dicit. Aliud
enī est temporalibus tēporalia mu-
tabilibus mutabilia scire eisqz tem-
poralem et mutabilem motum suevo
luntatis et facultatis inserere q de-
monibus certa ratione pmissum est.
Aliud aūt in eternis atqz incōmuta-
bilibus dei legib9 que in eius sapiē
tia viuūt mutationes rerū puidere
dei que voluntatem que tam certissi
ma q potentissima est spūs eius par
ticipatiōe cognoscere q sanctis āge
lis recta discretione donatū ē. ¶ Ex
quib9 sequunt duo documēta. ¶ Pri
mum est q sancti in dei legibus eter
nis contemplentur futura quia hic
hoc dicit expresse. Secundum docu-
mentum est q sancti in diuina volū-
tate cognoscunt ista futura contin-
gentia quia dicit q dei voluntatem
que certissima est et omnipotens ista
nouerunt. ¶ Sed remanēt due diffi
cultates. ¶ Prima ē si demones ha-
buerunt noticiam prophetiarum ad
uentus xpi dicendum q sic: cognoue
runt etiam q xps in lege et pphetis
pmissus deberet esse verus deus et
verus homo et q debebat pro huma-
no genere de virgine nasci et pati in
genere: nunq tamen in specie cogno
uerunt q in hoc homine xpo ista cō-
plerentur. Sciebat enim diabolus p
scripturas et pphetas q xps ventur9
erat verus de9 et verus hō. Etiā scie
bat tempus natiuitatis xpi esse iple-
tum per ebdomadas danielis: tamē
nesciebat certitudinaliter q iesus
nazarenus esset ipse xps. Uerumtn p
pter eminentiā sanctitatis habebat
quandam coniecturam q ipse esset
verus xps et hoc voluit experiri per
temptationem et per illam illum in-
ducere ad peccatū si inueniretur pu
rus homo sed neutrum obtinuit licz
temptauit eum de cōcupiscentia su-
perbia et auaritia. Unde licet ille de-
mon qui xpm in deserto temptauit
fuerit inter demones acutioris inge
nij. nunq tamen scire potuit per cer
titudinem vtrū iesus esset qui erat p
missus in lege ad salutē mundi et de-
iectionem dyaboli nisi per quādam
coniecturam et ideo procurauit xpi cā
ptionem per iudeos intelligens per
aliqua signa q ipse esset verus xps
et per consequens q per eius morte
expoliaretur infern9 hoc perpendit
per eius patientiam et per scriptura
rum impletionem et forte per sancto
rum patrū in limbo existentium exul
tatione. Ideo mortem eius impedi-
re voluit per vxorem pylati cuius p
ces efficaces credebat in conspectu
viri sui vt notat Nicolaus de lyra su

per math. ¶ Secunda difficultas ē si demones cognoscant cogitatiões nostras. Respondetur q̄ soli deo cognite sunt secundum communem opinionem doctorum ⁊ hoc videtur per illud quod dicitur primo Regū deus aūt intuetur cor: ⁊ pmi palipomenō vi. tu solus nosti corda filiorum hominum. dicit tamen hic Nicolaus de lira super illud ad hebreos. iiij. viuus est sermo dei ⁊c. Et discretor cogitationum ⁊ intentionum cordium q̄ licet aliqui doctores dicant ipsam cogitationem nostram esse cognoscibilem pure substantie spūali tamen de intentione cogitationis ipsi ꝯcedūt q̄ est cognoscibilis soli deo vbi gratia si cogitē de muliere dicunt q̄ hoc potest cognoscere angelus bonus siue malus. Etiam et naturalibus sed si cogitem de muliere intentione decipiendi ipsam vel ad bonum informandum cognoscit solus deus. Et propter hoc subdit apostolus ⁊ intentionem cordis quia cognitio xp̄i non solum se extendit ad ipsas cogitationes sed etiam ad cogitationum intentiones quod vt patet demonibus nō conuenit. Ad istud etiā propositum loquitur augustinus de diffinitionibus sic dicens. Internas animi cogitationes dyabolum non videre. Certi sumus sed motu eas concipi ab illo et affectionum iudiciis colligi experimento didicimus secreta autem cordis solus ille nouit ad quem dicimus tu solus nosti corda filiorum hominum.

¶ q̄ artes magice demonum scientia exercentur.



Secundꝰ punctus est cuius sciētia artes magice exercent ⁊ si possunt sine pctō exerceri. ¶ Ad primum respondetur q̄ artes magice exercentur scientia demonum sicut traditur in secundo sententiarū distinctione septima. Unde ibidem dicitur q̄ eorum scientia et virtute artes magice exercentur quam sciētiam et virtutem huiusmodi operando a deo demones acceperunt vt ad fallendum fallaces vel ad monendum fideles vel ad exercitandam et probandam iustorū patientiā. ¶ Ad secundum dicitur q̄ artes magice vel diuinationes non possunt exerceri vel a demonibus consilium vel auxilium requiri absq̄ peccato nisi forte in hoc casu vbi diabolum subijceret homini iusto sicut de aliquibus viris sanctis naratur. Uoluntario autē cōmertio non potest sine peccato Nam aut est ibi peccatum infidelitatis vt pote si homo demoni credendo attribuit ei aliquid diuinū: aut est ibi peccatū ydolatrie vt pote in oblationibus ⁊ sacrificiis. Aut est ibi peccatum inobedientie saltem quia facit contra prohibitionem dei ⁊ ecclesie. ratio huius prohibitionis est q̄ talis peccat in deum dum recurrit ad dyabolum quasi non sit omnipotens deꝰ christianorū ⁊ omnino sufficiēs ⁊ benignus. Item peccat in seipsū dum se cōmittit discrimini corporis ⁊ anime. Itē peccat in ecclesiā dū hꝫ conmertiū cum illo q̄ est oīno prescisus ⁊ ecclīe aduersarius ⁊ ideo in caracteribus magnū peccatum ē q2 est ad ministerium demonū inuocandū

quia huiusmodi ex se non habent vir
tutem: sed solum ex pactione diabo-
li. Sic enim pandit diabolus illis q̇
fiunt ei familiares ꝙ talia signa re-
cognoscant ⁊ ad ea se presentes offe
rant. Ostendunt enim demones se ꝑ
illa cogi vt aliquid virtutis ostendāt
se habere in huiusmodi artibus in q̇
bus sunt multa nephāda per que ab
ducit̄ homo a fide ⁊ cultura dei. Et
ideo hec facit diabolus non q꞉ in il-
lis delectetur sed potius in infideli-
tate facientium. Sunt autē hec ma-
gice artis nigromantia piromantia
acramantia ydromantia geomantia
⁊ ciromantia que sunt diuinationes
in mortuis: quo ad primam in igne
quo ad secundam: in aere: quo ad ter
tiam in aqua: quo ad quartam in ter
ra: quo ad quintam ⁊ in manib⁹ quo
ad sextam. tales magici malefici vul
go nūcupātur ob facinorum magni-
tudinem nigromātici dicuntur qui-
bus precantationibus videntur re-
suscitaturi mortui ⁊ ad interrogata
respondere. Alij dicunt cantatores
qui artem verbis peragunt. Alij di-
cuntur arioli qui circa aras ydoloꝝ
nepharias preces emittunt ⁊ funesta
sacrificia offerunt hisq̄ ebrietatib⁹
demonū responsa accipiunt. Alij di
cuntur aruspices quasi horarum in-
spectores: dies enim ⁊ horas in agē
dis negocijs opibusq̄ custodiunt et
quid per singula tempora obseruari
debeat homo intendunt exta etiā pe
cudum inspiciunt et ex eis futura p̄
dicunt. Alij dicuntur augures qui vo
latus auiū et voces intēdunt Aliaq̄
singula rerum vel obseruationes im
prouisas hominibus. Alij dicuntur
astrologi eo ꝙ in astris augurantur

Alij dicuntur geneatici propter na-
talicium considerationes quia per
cursum syderum nascentium mores
actus euentusq̄ predicere conantur
que vulgo mathematici dicunt. ydro
matici ab aquis dicti sunt. Est enim
ydromancia in aquarum inspectio-
ne vmbras demonum euocare ibi q̇
ab eis aliena audire prenunciant.
Etiam demones interdum per ali-
quas figuras vel signa qui in rebus
inanimatis apparent, que si fiant in
aere vocatur aeromantia. si in igne
piromantia: si in visceribus anima-
lium immolatorum in aris demonū
vocatur aruspitia. si per sternutatio
nes hominum vel membrorum salt⁹
vel motus quorumcūq̄ animalium
dicitur augurium. Si vero fiat ex ali
quibus signis in spatula alicui⁹ ani-
malis apparentis vocatur spatulan
tia qui sub nomine ficte religionis ꝑ
quasdam quas vocant sanctorum sor
tes diuinationis scientiam profiten
tur. Aut quarumcūq̄ scripturarum
inspectione futura ꝓmittuntur. Si
vero tales figure vel signa fiant in
terra dicitur geomātia a geos ꝙ est
terra. Si vero in palmis manuū di-
citur ciromantia a ciros ꝙ est man⁹
talibus portantis per demonum fal
latias illuditur curiositas humana
quomodo id impudenter scire appe
tit quod nulla ratione inuestigare ei
conuenit. Unde vitanda sunt a xp̄ia
no ⁊ hominū penitus execratione re
pudienda quia in istis omnibus vel
expresse de modo imploratur aut ꝓ
pter petitionem hominis: se occulte
demon ingerit hanc maledictam ar-
tem primus Zoroastes inuenit qui
solus natus est ridendo: hunc ninus

rex assiriorum bello interfecit. Et si queras quid tales magi facere possunt. Respondetur quod ipsi permissione dei elementa concuciunt mentes turbant hominum minus in deo confidentium sensus illudunt at sine veneno hausto violentia tamen carminis ledunt et interdum periment. ¶ Magi ergo secundum priuatos contractus quos habent cum demonibus agunt arte eorum que ars magica non est supra ordinem naturalium causarum immo fit virtute actiuorum naturalium: tamen est supra comprehensionem hominum et facultatem propter tria. ¶ Primo quia demones magis cognoscunt actiuorum naturalium virtutem quam homines. Secundo quia scelerius possunt ea congregare. Tertio quia actiua naturalia que assumunt vt instrumenta se possunt extendere ad maiores effectus ex virtute aut demonum arte quam ex virtute seu arte hominum. Unde hominibus videntur miracula et stupenda que per aliquos artifices fiunt et sic patet quod magi veritatem spernentes et mendacia credentes seducti a demonibus eis coaptantur cum quibus sine fine peribunt: hec et plura alia de magicis artibus ex libro de ciuitate dei transumptiue in decretis xxvi. questione. v. capitulo nec mirum.

¶ Ars notoria est illicita et a demonibus inuenta.

Tertius punctus est de arte notoria si est a deo vel a demonibus et si possint demones infundere scientiam aliquam. ¶ Ad primum respondetur secundum fratrem Johannem astaxen. in summa sua quod ars notoria est illicita et inefficax. Unde arguitur a demonibus inuenta. Illicita enim est quia vtitur quibusdam ad scientiam habendam que non habent secundum se virtutem causandi scientiam sicut inspectione quarundam figurarum et prolatione quorumdam verborum ignotorum et aliis huiusmodi. Et ideo huiusmodi ars non vtitur his vt causis sed vt signis. Non autem vt signis diuinitus inspiratis sicut sunt sacramentalia signa. Unde restat quod sunt signa vana et supersticiosa et per consequens continentia quedam pacta significationum cum demonibus prehabita et federata. Ars igitur notoria quasi a dyabolo inuenta. est a christiano penitus respudianda et fugienda sicut et alie artes nugatorie et noxie superstitionis vt augustinus dicit secundo de doctrina christiana. Est etiam huiusmodi ars inefficax ad scientiam acquirendam: cum enim per huiusmodi artem non attendatur acquisitio scientie secundum modum huiusmodi connaturalem scilicet in adinueniendo vel addiscendo consequens est quod iste effectus expectatur a deo vel a demonibus. ¶ Certum est autem aliquos a deo sapientiam et scientiam per infusionem habuisse sicut de salomone legitur. iii. reg. iii. et secundum paralipo. primo: christus enim dicit discipulis suis luce. xxvii. Ego dabo vobis os et sapientiam et scientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii vestri: sed hoc donum datur quibuscumque cum certa obseruatione scilicet secundum arbitrium spiritussancti secundum illud prima corinth. xii. Alii datur per spiritum sermo sapientie etc. et postea subditur hec omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis

prout vult. Ad demones autem non pertinet illuminare intellectum. Acquisitio autem sapientie ⁊ sciẽtie fit per intellectus illuminationem ⁊ nullus vnquam scientiam per demones acquisiuit: ⁊ sic patet solutio ad secundũ. ¶ Possunt tamen demones hominibus colloquendo aliquarũ sciẽtiarum exprimere documẽta: sed hoc non queritur per artem notoriam. Et si dicas ꝙ danielis primo pueris abstinentibus dedit eis sciẽtiam in omni libro ⁊ sapientiã. Sed obseruantia artis notorie est secundum quedam ieiunia ⁊ secũdũ quasdam abstinẽtias ergo per artem illam potest haberi talis sapientia ⁊ scientia. Respondetur ꝙ illi non abstinebant secũdum vanam obseruantiam artis notorie sed secũdũ auctoritatem legis diuine nolentes cibis gentilium inquinari. Ideo merito obedientie a deo scientiam consecuti sunt secundum illud psalmi super senes intellexi: quia mandata tua exquisiui.

¶ De bello demonum in celo.



Ertia consideratio est de bello demonum in celo. Cum enim angeli fuerũt creati in celo empireo vt dixit beda. ⁊ allegat magister in secundo sentẽtiarum distin. ij. omnes angeli fuerunt boni creati ⁊ sine vitio. Unde innocentes sunt creati non tamen virtutibus predicti que stãtibus apposite fuerunt vt patet ibidem non tamen fuerunt apposite cadentibus. boni enim fuerunt ad deum conuersi quod est deo adherere. mali autẽ fuerũt auersi a deo quod est odio habere vel inuidere. Inuidie enim mater est superbia qua voluerunt se parificare deo. vt patet eodem lib. distin. v. Et cum esset inter omnes angelos lucifer excellior. nec inter stãtes aliquis fuit eo dignior eminentiam sue nature ⁊ profunditatem sue scientie perpendens in suum creatorem superbiuit tãtum ꝙ deo voluit se equare vt patet libro eodem distinctione vi. dixit enim in corde suo illud Esaie ix. Ascendam in celum: vbi dixit magister distinctione secunda. libro ij. ꝙ celum vocat equalitatem diuinam deo enim se parificare volebat: quia breuissima mora illa fuit vt dicit magister sentẽtiarum. mox ergo vt creati fuerunt angeli quidam deo adheserunt per charitatem. quidam vero cum lucifero deo restiterunt per superbie prauitatem ⁊ sic inter vtrosque factum est prelium magnum in celo Michael ⁊ angeli eius ⁊c. ⁊ non preualuerunt draco ⁊ angeli eius neque locus inuentus est amplius eorũ in celo apocalypsis. xij. Hoc autem prelium in celo non est intelligendum materiale: sed spirituale quod factum fuit quando boni ⁊ mali diuersos affectus ⁊ consensus habuerunt quando dixit lucifer. Ascendam in celum ⁊ ero similis altissimo vbi magister dicit non per imitationem: sed per equalitatem potentie vbi supra. Ecce affectus ⁊ consensus superbie. Et e conuerso boni angeli humilem habuerunt affectum. Unde michael dicitur preliasse cum dracone: quia michael interpretatur quis vt deus. Ecce humilitas ⁊ reuerentia. vnde psalmo. lxxxij. Domine quis similis

erit tibi: quasi dicat non lucifer superbus nec quicunque alius: fit ergo michael cum angelis suis facto prelio magno habuerunt victoriam de superbo lucifero: et ei adherentibus qui precipitati sunt de celo. Et vt dicit Franciscus de maronis in tractatu angelorum duplex fuit ibi pugna. quarum prima sumpsit initium a lucifero: sicut enim nunc impellit homines ad peccandum: sic et tunc impulit sanctos angelos ad consentiendum sibi sed viriliter restiterunt. ¶ Secunda pugna sumpsit initium ab archangelo michaele videns autem quod alter deliquerat et quod morte dignus erat et quod in celo cum sanctis angelis habitare non debebat expulsit eum viriliter et in istum aerem caliginosum secundum petrum apostolum deiecit. ii. petri. ii. licet lucifer restiterit quantum potuit: sed non prevaluit vt dictum est. Et si queratur quanta fuit mora inter creationem angelorum et casum eorum de celo. Doctores communiter dicunt quod fuit morula parua scilicet a principio aurore vsque ad creationem lucis vbi dicitur: deus diuisit lucem a tenebris. Sed tamen geraldus odonis in suo secundo sententiarum distinctione quarta questione quarta dicit quod fuit mora septem dierum ad minus inter instans creationis et auersionis bonorum et inter instans creationis et auersionis malorum quod sine preiudicio sententie melioris probat duplici ratione pro cuius probatione supponatur ad presens quod angeli fuerunt creati prima die hoc dicit magister. Tunc arguitur sic mali angeli post lapsum non fuerunt valde boni, id est optimi q. post lapsum nunquam fuerunt boni: sed septima die a primo instanti creationis sue fuerunt valde boni: ergo ad minus inter primum instans creationis et lapsum malorum fuerunt septem dies. minor probatur per textum quia vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona et factum est vespere et mane sextus dies: septimo vero diei benedixit deus Gen. ii. Ex quo sic potest secundo argui. Angeli mali post lapsum nunquam receperunt benedictionem dei: sed die septimo receperunt benedictionem dei ergo ante diem septimum non fuerunt lapsi probatur in contrarium per textum Gen. ii. c. Et benedixit deus die septimo glo. id est omnibus creaturis ergo omnes creature receperunt benedictionem dei die septimo. Et si dicatur quod natura spiritualis operatur in instantia fortiori quam sol qui radium in instanti produxit. Cum ergo prima operatio angeli fuerit conuersio vel auersio ergo in instanti fuerunt conuersi vel auersi. Respondet predictus doctor quod prima operatio non fuit conuersio vel auersio: sed fuit admiratio: quia in illis septem diebus steterunt in admirationibus stuporosis operum sex dierum et istud videtur probabile nisi aliquis sanctus expresse diceret oppositum. Sed die vii. cum deus benediceret illi diei benedixit cunctis operibus et benedictione accepta quasi licentia et mandato accepto quod omnia facerent debitum suum angeli diuisi sunt in tres partes. omnes enim firmauerunt se in amore: quidam in amore bonitatis quidam in amore diuine iusticie: quidam in amore proprie potestatis et

excellentie: ⁊ hec tertia pars vltima
corruit: de quo dicit Johānes ī apo
calyp. xij. ꝙ draco de celo cadens
secum traxit tertiam partem stella-
rum. prius vero nihil faciebat nisi ꝙ
stabat in admiratione stupenda. Ui-
debāt eñ subito celum extendi: ⁊ de
nihilo produci ⁊ sic de aliis operib⁹
de quibus omnes homines possunt
mirari oībus dieb⁹ vite sue. ¶ Et si
vlterius queraṫ quod fuit illud pec
catū tante grauitatis quod illud nō
potuit sustinere celuȝ. ¶ Respōde
tur ꝙ quandoq̄ fuerūt peccata que
primus commisit angelus ī celo. pri
mū fuit peccatū luxurie nō carnalis
sed spiritualis ꝓm scotum in secun-
do sententiarum distinctione. vi. que
stio. ij. hec autem spiritualis luxuria
nihil aliud est ꝙ amor inordinatus
suipsius: ⁊ sic lucifer se suūq̄ priua-
tum bonum excecatus inordinate di
lexit intantū ꝙ processit vsq̄ ad con
temptum dei. Unde beatus augusti.
xij. de ciui. dei ca. i. ponens differen
tiam inter bonos angelos ⁊ malos
dixit ꝙ in mundi principio boni an
geli a malis fuerunt diuisi: q̄ illi in
communi bono quod est deus persti
terunt. Alij potius sua potestate de-
lectati velut summum bonū sibipsis
esse a communi bono ad propria de-
fluxerunt. Ex quo dicto accipiuntur
duo documēta theologica. primū est
ꝙ pricipiū oīs boni moralis ē amor
bonis cōis: q̄ boni angeli in hoc pri
mo meruerunt. Secūdū est ꝙ princi
piū oīs mali moralis est inordinata
dilectio boni ꝓprij que in demonib⁹
fuit prima radix peccati. Secunduȝ
fuit pctm̄ superbie ⁊ presumptionis
videns eñ se lucifer nobilissimū in
donis naturalibus non dedit hono-
rem deo: sed inaniter gloriatus ē in
seipso. Unde apostolis gloriantib⁹
de potestate eis data sup demones
xp̄s dixit. Luce. x. videbā sathanā p
pter eius inanā gloriaȝ quasi fulgur
de celo cadentē de qua superbia dici
tur Eccle. x. Initium oīs peccati su
perbia est. Tertio peccauit pctō aua
ricie ⁊ ambitionis: q̄ videns se pul
cherrimū super oēm creaturam quā
deus condiderat oībus concupiuit
preesse seipm reputās ad hoc dignū
ad qd̄ attigisset si stetisset ꝓm Ansel
mū sic eñ in permanendo. xij. excel-
lentias habuisset: q̄ fuisset optima
creatura fuissȝ deo acceptissim⁹ fuis
set felicissimus fuisset deo familiaris
fuisset pulcherrimus fuisset deo fa-
miliarissimus fuisset dulcissim⁹ fuis-
set potentissimus fuisset oīm protec
tor fuissȝ oīm princeps fuissȝ oīȝ do
ctor ⁊ fuisset oīm pater. Sed q̄ fine
meritis ꝓpria auctoritate concupi
uit p̄esse deliquit nolēs deo subesse
Esaie. xiiij. super astra celi exaltabo
soliū meū. Quarto peccauit pctō in
uidie ⁊ emulationis. Unde inuidia ē
tristicia de apparenti ꝓsperitate al
terius: sed lucifer cōtristatus est q̄
deus oībus p̄erat ⁊ nulli suberat er
go inuidit: de qua inuidia dr̄ sapien
tie. ij. Inuidia dyaboli mors intra
uit in orbē terraꝝ. Quinto peccauit
pctō ire ⁊ indignationis: q̄ videns se
deiectū a paradiso delitiaꝝ. Accen
dit eius malicia vsq̄ ad odiū dei ⁊
tunc cadens de celo bellauit contra
hoīes vt diceṫ infra considerati
vi. Et factus est homicida. Unde Io
han. viij. Ille erat homicida ab ini
tio ⁊ in veritate nō stetit. Nō est eñ

mirandum si sic miserabiliter lucifer cum sibi adherentibus victus cecidit de celo cum tam grauissime peccauerit contra creatorem suum. Et queras quot demones ceciderunt. Respondetur q si secundum q notatur in summa veritatis theologice libro secūdo. In quolibet ordine angelorum sunt tot legiones quot sunt vnitates in legione et sic in quolibet ordine sunt sex mille sexcentesexagintasex legiones angelorum. Et cū tertia pars angelorum ceciderit sicut notatur a magistro distin. vi. libri secundi capi. j. q cecidit draco et traxit secum tertiam partem stellarum celi. Apocalyp. xij. sequitur q erit summa legionum omnium angelorum. lix. milia et nouemcente. iiij. legiones et diminuendo plus summa omnium erit trecenta nonaginta nouem computata et nouem centauiginti milia et quattuor angeli. Sequitur etiam q demones q ceciderunt de celo secundum computationē nouē ordinū angelorum sūt decem et nouē milia nouē centenonagintaocto legiones demonū quorum summa secundum veram computationem est centū trigintatria computat et trecentasex milia ac sex centasexagintaocto demonia sicut p3 distin. xliiij: secundi. capi. notandum. ¶ Opinio tamen cōmunis doctorum est q tot ceciderunt quot possint vnum angelorum ordinē constituere et cōiter numerus angelorum cadentiū est sexmille sexcente sexaginta sex legiones: q totidem sunt legiones in quolibet ordine quot sunt vnitates in legione vt dictū ē. Erit ergo vera summa demonū cadentiū secundum hanc computationem. xliiij. computat et iiij. centa trigintaquinq milia et quingentaquinquaginta sexagintasex demonia. Ex quibus manifeste p3 excessus numeri bonorum angelorum secundum vtramq viam expellentium predictos demones de celo et iubilantium ante deum in secula seculorum: p3 etiam ex predictis numerus saluandorum. Ad hoc enim venit fili9 dei q: vt ait paul9 ad ephesios. j. proposuit in eo dispensationem plenitudinis temporis instaurari oia q in xpo in terris et in celis sunt scilicet supplendū numerum angelorum cadentium in celo et renouando omnes peccatores in terra. Nunc autem de saluandorum numero fuit duplex opinio doctorum. Augustinus vult q tot saluabuntur quot ceciderūt: et sic dic sicut supra dictum est. Gregorius vero dicit q tot saluabuntur qd remanserunt: et allegat illud. Constituisti terminos populorum iuxta numerū filiorū dei: tenendo ergo q due partes angelorum remanserunt scilicet sex chori cum in qualibet legione sint sex milia sexcente sexagintasex legiones: patet diminuendo q eorum summa est ducenta sexagintasex computa et sexcenta tredecimmilia et trecenti trigintasex angeli totidem ergo anime erunt saluande. Quibusdā vero placet q in paradyso erūt duo parietes sic q numerus supplebitur per virgines: et in altero pariete tot erunt anime saluandorum quot angeli sunt in altero pariete: quicquid sit de numero saluandorum deus determinate nouit qui solus numerat multitudinem stellarum: et eis omnibus nomina vocat: et hoc videtur mihi securius dicendum cum ecclesia hoc videatur

tenere vt patet in collecta. Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.

¶ De habitatione demonum post casum.



Quarta consideratio est de habitatione demonum. Circa quod notandum quod locus demonum post suum lapsum a celo vsque ad diem extremi iudicii non est locus subterraneus quem vocamus infernum sed aer caliginosus in quo multitudo demonum inhabitat et hunc locum sequestratum prouidit diuina clementia ne nimis acriter nos tentarent. Non tamen nimis longinquum seu remotum vt possent nos exercitare. Unde quod habitent in aere caliginoso hoc diuine sententie est. quod vero ad nos veniunt hoc diuine permissionis est. et cum duplex interstitium sit probabile videtur quod ipsi sint in medio vbi est turbulentia et varietas impressionum et hinc est quod frequenter commouent ventos pluuias et tempestates. vtrum vero aliqui detrusi sint in inferno ego nescio nec a sanctis inuenio determinatum hoc autem bene credo quod aliqui tendunt illuc ad torquendas animas secundum quod habent deputata inter se maledictionis officia: verba sunt domini bonauenture in secundo sententiarum. Magister etiam loquens de loco habitationis demonum. lib. ii. distinctione vi. dicit quod lucifer et illi qui peccauerunt de celo empireo ceciderunt in istum aerem caliginosum qui est eis vt carcer vsque ad diem iudicii et hoc propter nostram probationem et subsequenter dicit quod demones alternatis vicibus tendunt in infernum: quia illuc animas detinent atque cruciant. Huic etiam sententie concordat beatus augustinus. viii. de ciuitate dei capi. xxii. vbi dicit quod demones in hoc aere habitant: quia de celi sublimitate deiecti merito irregressibilibus transgressionibus in hoc sibi congruo velut carcere dampnati sunt. Ex quo dicto accipitur documentum quod demones vsque ad diem iudicii sicut dicit magister in inferno non sunt inclusi: sed in hoc aere caliginoso communiter detenti. Sed est dubitatio vtrum vbicunque sint demones puniantur igne materiali. quidam voluerunt dicere quod sic licet dicant quod minus intense quam post vltimam dampnationem et hoc probant per quandam glosam super illud Jacobi. iiii. inflammata a iehanna que dicit sic. Jehanna est dyabolus propter quem facta est: sicut enim iehanna semper ardet sic dyabolus vbicunque sit siue in aere siue sub terra secum fert semper tormenta flammarum: sed hoc non videtur intelligibile quod ignem cremantem vbicunque sint secum circumferant. Et ideo dicunt alii quod demonibus differtur pena ignis vsque ad diem iudicii. vt eorum exercitium non obmittatur. tum etiam vt diuina clementia ostendatur que sustinet vasa ire apta in interitum in multa patientia quasi retribuet omnibus secundum fructum adinuentionum suarum. Et hoc positio videtur probabilior et illa glosa si inspiciantur sequentia non intelligitur de flamma ignis materialis sed de flamma vitiorum scilicet super-

die ire et inuidie quibus continue torquētur. Hec de mente domini bonauenture in secundo sententiarum.

¶ De potestate demonum et super quam gentem maiorem principatū optinent.



Quinta cōsideratio est de potestate demonū cum enī habitum sit ꝙ demones habitant vt cōiter in aere caliginoso videndum est de eorū potestate quāta sc₃ est. Ad quod respondet beat⁹ Job in capitulo. xli. Dicens de diabolo ꝙ non est potestas super terrā que cōparatur ei. ꝛ dicitur super terram ad drīa₃ potestatis que in celo est que est dei et sanctorū₃ angelorꝫ si tamen loquamur ꝙtum ad conditionem nature non est potestas nec in terra nec in celo equalis sue potentie. Unī de lucifero scribitur eʒechie. xxxi. omne lignum padisi nō est assimulatu₃ ei et pulchritudini eius qm̄ speciosum eum feci. Sed oritur difficultas qꝛ si nō est potestas sup terram ei que cōparetur vt expositū est. sequitur ergo ꝙ sua potestas est infinita quia finitum finito est comparabile infinito vero nō. Respondetur ꝙ hic accipit cōparatio ꝓ equatione. cōparet. i. equet. nec loquitur de cōparatiōe sed de equalitate. Unī gregorius. xxxiiij. moraliu₃. ptās ei⁹ super terrā cunctis eminentior hēbetur quia et si actionis sue merito inter homines cecidit naturam tn̄ sue magnitudinis nō amisit. cuius adhuc viribus hūana omnia supat licet sanctis hominibus meritoru₃ suorꝫ deiectiōe subiaceat. Unī eisdē sanctis cotra hunc decertantibus et retributionis sue meritum crescit ꝙ ille ab eis vincitur q̄ per nature potentiam quasi iure se hominibus super esse gloriatur: hec grego. Sic ergo licet loquendo de fortitudine naturali non sit potestas sub deo super terram que competur dyabolo. si tamen loquamur de potestate que dat a gratia: iusti homines potentiores sunt demone. Et sic intelligitur dictum augustini ꝙ nihil est forti⁹ animo habente charitatem: ꝛ illud canticorum. viij. fortis est vt mors dilectio. Notandum est scdm̄ magistrum in secundo distinctione. vij. ꝙ demones multa possunt per nature subtilitatem que tamen non possunt per dei vel bonorum angelorum prohibitionem. quedam etiam non possunt facere licet a superioribus angelis permittantur qꝛ a deo id facere non permittitur: permissa tamē fuit eis ptās detrudendi sanctos patres in limbo ante aduentum xp̄i quia licet deleret in eis culpa originalis peccati ꝛ actualis ꝙtū ad maculā ꝛ ꝙtū ad diuinam offensam et ꝙtū ad maculam et ꝙtum ad reatum gehenne. non tamen ꝙtum ad reatum visiōis diuine vt notat alex. in tertio sententiarum. Et si queras vtru₃ demones aliquid timeant videtur ꝙ non quia de dyabolo dicitur iob. xli. ꝙ factus est vt nullum timeat glosa nec deum nec ꝙ passurus est. Respondetur ꝙ glosa illa intelligit de timore filiali vel initiali q̄ non est in demonibus: nō de timore naturali quo naturalit̄ timent tormēta qꝛ isto modo dicitur iacobi scdo: demones credūt ꝛ cōtremiscūt: ꝛ mathei. viij. ꝛ luce. viij. Li

mebant puniri ab eo. licet ergo magna sit demonum potestas nō tamē sic quin sit alia superior quez timēt. Unde augustinus sup ps. diabolus vult plurimū nocere et nō pōt quia potestas sua est sub potestate. Nam si tantum posset nocere dyabolus ꝙ tum vult aliquis iustorum nō remaneret. Querunt iudei exod. viij. q̄re magi pharaonis nō potuerūt facere cynifes et respondent ꝙ causa ē: quia demones non habent potestatem super aliquod corp⁹ minus grano ordei qd̄ apparet irratiōabiliter dictum quia qui habet potestatem supra maius habet potestatez supra minus licet nō econuerso. Sed causa potissima quare non potuerūt facere illud signum est quia nihil possunt nisi quantum voluntas diuina permittit et eius bonitas infinita. Ad istud etiam propositum loquens ambrosius super lucaz dicit. sine permissione dei diabolum non posse nocere cognoscas. nec potentiam diaboli magis timeas ꝙ dei offensam. Et chrisostomus sup mattheum dicit. In primis grauis et insustinibilis est impetus diaboli quem si quis forti animo sustinuerit in secundo inueniet eum infortiorez. quāto eñ plus percussus fuerit magis refrigescit et deficit et sicut se ingerunt demones peccatorib⁹ vt faciāt eos ruere in peccatuz sic refrigiunt quādo vident peccatorem a deo exaudi tum et liberatum. et dicit magister in secundo distinctiōe. vi. ꝙ diabolus qui de aliq::o vicio aliquem temptauit hominem cum superatus ab eo fuerit deinceps illum hominem de illo vicio de quo separatus est tēptare nō licebit. Sic ergo patet quātitas ⁊ defectus potentie demonum Dicet forte desiderans scire q̄ gens est in mundo supra alquam dyabolus maiorem potestatem habet. Respondetur ꝙ hec est gens iudeorum. Unscriendum sicut notat Nycolaus de lyra supra mattheum ꝙ potestas dyaboli fuit eiecta quodāmodo a populo iudaico per legisdationem que excludebat cultum demonum et inducebat ad colendum vnum deum verum ⁊ sic eiectus transijt ad possidēdum gentiles sine lege et prophetarum oraculo viuētes Et ideo eos tenebat in idolatria subiectos: sed adueniente xp̄i predicatione ⁊ apostolorum iudei pro maiori pte fuerunt creduli gentiles autem deuote fidez xp̄i ad predicationem xp̄i ⁊ apostolorum acceperunt ⁊ sic dyabolus eiectus ab eis per fidem xp̄i reuersus ē ad possidendum populum iudaicum errore excecatum: ⁊ sic facta sunt nouissima hui⁹ populi peiora priorib⁹ Math. xij. ꝙ status populi iudaici peior est mō ꝙ fuit a principio ante legem datā ⁊ sic maiorem ptātem super eum demones habent ꝙ sup alterum quia regressus dyabolus ad populum iudaicum assumit septem spiritus nequitiores se et ingressi habitant ibi. Mar. xij. per quos septem spiritus vniuersitas vitiorum intelligitur. Sed remanent due difficultates. Prima est si demones possunt facere miracula Respondetur ꝙ solus deus potest facere miracula. Unde cum aliqua virtus finita propriū effectum operatur ad quez determinatur non est miraculum licet posset esse mirum alicui qui illam virtutem

non comprehendit sicut mirum videtur ignaris quod magnes trahit ferrum vel quod aliquis paruus piscis sit retinens nauem. Cum ergo dyabolus sit creatura et notum est quod omnis creature potentia est limitata ad aliquem determinatum effectum vel ad aliquos. quicquid ergo virtute dyaboli vel cuiuscunque creature fit non potest dici miraculum proprie. Et si sit mirum creature virtutem illius non comprehendenti. Quod autem fit virtute diuina cum sit infinita vere miraculum est cum de se incomprehensibilis est. Unde et Augu. secundo de ciuitate dei. capi. xviij. loquens de grauitate persecutionis antichristi scilicet per que illam operabitur dicit. tunc soluetur sathanas: quia per illum antichristus in omni sua virtute mirabiliter quidem: sed mendaciter operabitur. Sequitur cum deus dyabolo ista permittet facere iusto suo iudicio: quis facit ille iniquo maligno que consilio demones ergo non faciunt miracula: sed quedam mira. Et si dicantur miracula sunt falsa: quoniam mortales sensus per fantasmata decipit vt quod non facit facere videatur et talibus signis et falsis miraculis seducentur qui seduci merebuntur pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt vt salui fierent. Et ideo dicit apostolus. ij. thessa. ij. mittit eis deus operationem erroris vt credant mendacio. Demones tamen proprie virtuti dimissi possunt facere ea que causari possunt ex motu locali: et consequenter possent ignem de celo aereo inferius emittere et ventum turbinis commouere sicut patet Job primo. Et isto modo antichristus faciet ignem de celo descendere permittente deo demonis potestate: vt patet Apocalip. xiij. Sciendum et iam quod secundum quod dicit hieronymus quod licet virtute magica possint aliqua miracula fieri vt illa que pertinent ad curiositatem tantum et vanitatem sicut symon magus faciebat statuas ambulare loqui et ridere et similia vt habetur in itinerario clementis. Sed illa que sunt salubria vt curatio languidorum illuminatio cecorum et huiusmodi non possunt magicis artibus siue a demonibus fieri. Et ideo talia cum fiunt debent attribui virtuti diuine qualia christus faciebat. ¶ Et si dicas quod in vita sancti bartholomei legimus quod quidam demon curabat infirmitates. Respondetur quod hoc faciebat non sanando: sed a lesione quam faciebat cessando. Secunda difficultas est si demones sunt differentes potestate volo dicere inter demones sunt principatus quibus alij alijs potentiores dicantur. Respondetur quod sic quia de dyabolo dicitur Job. xli quod ipse est rex super filios superbie: et magister sententiarum secundo distinctione sexta. capitulo. iiij. Dicit quod durante mundo angeli angelis homines hominibus demones demonibus presunt. et secundum gradus scientie habent gradus presidentie. Item super illo Matthei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. dicit eius ratione subiectionis secundum glo. Sed obijceret aliquis si principatus et prelatio est inter demones aut erit in eis per naturam aut per violentiam aut de iure. Non per

naturam quia tunc in iudicii die inter eos prelatio nō cessaret quod est cōtra sacrā scripturā quia tunc euacuabit xp̄s oēm principatum et potestatem. Nec per violentiā quia tunc semper essent discordes cum tamen semper cōcordent contra hominem impugnandum. Nec etiam de iure quia semper preciperent cōtra deum in quo non est obediendum. Itē seruitus est introducta ꝓpter pctm̄ vt dicunt theologi ergo si est seruitus inter demones tunc lucifer cū sit sūmus peccator deberet oib⁹ subiici. cuius ꝯrīū dicit iob scʒ ꝙ ipe est rex sup filios superbie. R̄ndet ꝙ sicut multi latrones principi latronū voluntarie se submittunt vt in vnum conueniant scʒ in rapina sic oēs demones lucifero se voluntarie subiiciunt vt in vnū cōueniant ꝯ hoiem impugnando. Vn̄ et eadē prelatio ē inter demones assumpta voluntarie sicut inter angelos de iure diuino ratiōe preeminētie naturalis vt diuine institutiōis et sicut cuilibet regno et prouincie prefigitur vnus angelus bon⁹ tanq̄ princeps vt colligitur ex illo danielis.x. princeps regni persarū restitit mihi.xxi.diebus et nunc reuertar vt prelier aduersus persarum principem. et paulo post. Cum enim egrederetur apparuit princeps grecorum ꝛc. Sic etiā cuilibet regno ꝛ prouincie p̄figitur a demonibus vnus demon tanq̄ p̄nceps. Ex quo etiam sequitur ꝙ sicut cuilibet ciuitati ꝛ cuilibet castro p̄figitur a deo vnus angelus bon⁹ de negociis cōibus curam habens q̄tū sibi possibile est sic etiam cuilibet ciuitati et castro prefigitur a demonibus vnus demon ad negocia cōmunia perturbanda q̄tum sibi possibile est. Sequitur etiam tertio ꝙ sicut cuilibet archiepiscopo et ep̄o et sacerdoti parrochiali p̄figitur a deo vnus angel⁹ bon⁹ curam h̄ns de negociis ad salutem aīaꝝ pertinentibus. Sic cuilibet p̄dictoꝝ prefigit a demonibus vn⁹ demon curā h̄ns de perturbatione salutis aīarum et quantū sanccior est p̄sona tāto potētior est diabolus ei assignatus. Et nisi deus gloriosus cuilibet officio prefigeret aliquem angelum omnia communia officia demones impedirent. Infertur etiaʒ ex p̄dictis ꝙ nō solū vnus demō est princeps alioꝝ demonum sed etiam maloꝝ hominū. Unde in euāgelio diabolus semper vocatur princeps huius mūdi quia dn̄atur hoibus mundialiter viuētibus inq̄tū se ei subiciūt p peccatū.

¶ De bello demonum post casum de celo.



Sexta cōsideratio est de bello demonum postq̄ ceciderūt de celo vsq̄ ad aduētum xp̄i. Uidens enī diabolus se expulsum a celo in magna tamen potestate relictum cogitauit q̄ō possit displicere deo ꝛ in oībus sibi cōtrariari. et quia vidit primum hominem in terrestri p̄adiso collocatum innocentia decoratū ac oīm bestiarum pisciū ꝛ volatilium dn̄m necnō possessurū in celo sedes quas ipse cum sibi adherētibus p suꝑbiā amiserat. doluit vehemēter et inuidens ei⁹ felicitati ꝓposuit ipm̄ debellare ꝛ totalr̄ inficere cognoscēs ꝙ ex putrida radice nō possunt nisi

pomaverm iculosá gñarí. Bellauit ergo cum homine pzio p mediũ mu lieris ꝛ miser homo licet eēt fortioz demone per innocētiam: pͥectis tñ armis innocentie sue vt mulieri cō placeret relicto deo ꝛ tradita padisi castro sibi cōmisso inimico dei scili cet diabolo negata obedientia regi superno scilicet deo libere se tradi dit proditoz factus in manibus dia boli. et sic habita victozia de homi ne pzimo indignatus deus ppter p ditionē et quia sic armis innocētie proiectis captiuum diaboli se fece rat cum posteritate sua eiecit ipsũ de terrestri padiso. gen. iij. et misit ipsum in exilium loci bestiarũ et la chrymarum vallē. Expulso ergo ho mine pzimo de paradiso gaudēs nō modicū diabolus cogitauit qũo am plius possit displicere deo ꝛ vidēs duos filios adam scʒ abel et cayn q rum pzimus erat a deo dilectus. bel lauit cōtra eos per artem diuisiōis et inuidie. et deuicit Cayn qui fra trem suũ abel occidit gen. iiij. Bel lauit etiā cōtra filios. Sed per car nis cōcupiscentiā et deuicit eos cū scilicet acceperunt filios hominũ scʒ descendentiũ de cayn ex quib⁹ procreati sunt gigātes a seculo viri famosi gen. vi. et cum viderat multi plicatum genus humanũ. Bellauit cōtra eum per luxuriā et tāuiriliter pugnauit ꝙ deuicit eũ sic ꝙ in toto genere humano solũ octo persone mundi ab illo vicio reperte sunt im munes. De aliis aũt scriptum est ꝙ oīs quippe caro corrupat viam suā. ppter quod indignatus est de⁹ mũ dum castigauit diluuio generali in tātū ꝙ solū dicte octo psone i archa noe liberate sunt vt patʒ gen. vij. et viij. Per quas iterũ ppagatũ est ge nus humanũ. Bellauit ꝯ filios noe et deuicit cham cũ ꝯ paternum ho nozem verenda patris discooperuit gen. ix. ppter qd meruit maledici. Bellauit contra caldeos per ydola triam et deuicit eos cū ignē adoza uerunt gen. xi. Bellauit cōtra gen⁹ filiozum noe et deuicit eos p super biam volentes turrim edificare que vsqʒ ad celuʒ pertingeret: ppter qd indignatus de⁹ vnũ labiũ qd ante erat: diuisit et cōfudit vt ptʒ gen. xi. Bellauit contra sodomas ꝛ gomoz reanos et deuicit eos per pctm con tra naturā ppter quod indignatus de⁹ igne celesti destruxit illas quqʒ ciuitates cū habitatozib⁹ eoꝝ ꝛ cū cta terre virētia exceptis solū loth vxoze et filiab⁹ suis vt ptʒ gen. xx. Bellauit ꝯ filios abzahe scʒ ysaac ꝛ ysmael. et deuicit ysmael cuʒ fuerit vir superbus onager palustus sagit tarius ꝛ ydolatra pessimus vt patʒ gen. xvij. Bellauit ꝯ filios ysaac scʒ iacob ꝛ esau ꝛ deuicit esau per gulā vendidit eñ pzimogenita propter lenticulā gen. xxvi. De his in psona dei dicit propheta. Jacob dilexi. Esau aũt odio habui. Bellauit etiā contra filios iacob. qui cum essent duodecim deuicit. xi. eozum p crimē pessimum ꝛ inuidiā et facti sunt vē ditozes fratris sui innocentis Jo seph gen. xxvij. propter quod indi gnatus est deus tradidit eos in ca ptiuitatem quadringentis annis et vltra in egyptum. Bellauit etiaʒ cō tra egyptios per crudelitatem inm tum vt affligerēt filios ysrael in lu to et latere propter quod pmisit de⁹

indurari coꝛ pharaonis vt ad nihil pietatis moueretur. et indignatus deus contra egyptios occidit pꝛiogenita eoꝝ et submersit eos in mari rubꝛo filiis israel liberatis exod. xiiii. Bellauit iterum contra filios israel per ydolatriam et deuicit eos cum scilicet fecerunt vitulum ꝛ adorauerunt propter quod ꝛ alia crimina quibus vulnerauit eos indignatus deꝰ peremit eos in deserto gen. xxxiii. Sic ꝙ de sex centuꝫ milibus qui exierunt de egypto solum duo scilicet caleph et iosue intrauerunt terram pꝛomissionis. Bellauit etiaꝫ contra filios israel in deserto et deuicit aliquos eoꝛum per murmurationē scilicet dathan ꝛ abirō ꝛ chore ꝑpter quod indignatꝰ deus aperuit terram et descenderunt viuentes in infernū sicut ptꝫ numeri. xvi. Bellauit iterū contra filios israel per homicidium et deuicit eos cuꝫ scilicet occiderunt pꝛophetas amicos dei et impleuerunt hierusalem sanguine eoꝛum vsqꝫ ad eos: pꝛopter quod et indignatus deus tradidit eos in captiuitateꝫ babylonie lxx. annis. Bellauit contra saul pꝛimum regeꝫ israel ꝛ deuicit eum per inobedientiam pꝛopter qꝺ indignatus deus tradidit eos in captiuitatem et scidit regnum israel ab eo. pꝛimi Regū. xv. et ipse seipsum crudeliter necauit. pꝛimi Regū vltio. Bellauit contra regem dauid ꝑ superbiam luxuriam et homicidium ꝛ deuicit eum cum scilicet numerauit populum secūdi regum vltimo. Accepit bersabee vxoꝛem vrie et interfecit vriam secundi regum. xx. pꝛopter quod indignatus d͂ns licet pe nituerit percussio populo non edificauit sibi templum siue domū quā cogitauerat. Bellauit contra salomonem per luxuriam et ydolatriam et deuicit euꝫ quia adamauit mulieres alienigenas et fecit multa templa ydoloꝛum vt patet terciū regum xi. Bellauit contra roboam per superbiam et deuicit eum propter qꝺ indignatus dominus recessit israel a domo eius vsqꝫ in pꝛesentem dieꝫ vt patet tertii regum. xii. Bellauit contra geroboam per ydolatriam ꝛ deuicit eū quia peccare fecit israel vitulos aureos adoꝛando vide tertii Regum. xii. Bellauit contra sennacherib per superbiam et deuicit eum cum blasphemauit contra deū israel. pꝛopter quod indignatus deꝰ percussit per angelum suum in castris assirioꝛum centum ꝛ octuaginta quinqꝫ milia et ipsum occiderūt pꝛopꝛii cuꝫ ydola in templo suo adoraret: patet ysaie. xxxviii. Bellauit contra nabachodonosoꝛ per superbiam et deuicit eum cum fuit gloꝛificatus in edificio babylonis. pꝛopter quod indignatus est deus ꝛ ꝑiecit eum a regno et septem annis cum feris habitabat sicut bestia danielis. iiii. Bellauit contra olofernem principē militie nabuchodonosoꝛ per superbiam gulam et luxuriam et deuicit eum propter quod indignatus est deus tradidit euꝫ in manus sancte mulieris Judith que pꝛescidit caput eiꝰ Judith. vi. Bellauit contra Amon per superbiam ꝛ deuicit eū cuꝫ ꝑsumpsit perimere israel propter quod indignatus est deus permisit quod suspenderetur patibulo et ꝙ deleretur genus eius

hester.v. Bellauit contra regem antiochum per superbiam et deuicit eum cum dixit se facturum hierusalem congeriem sepulchri iudeorum propter quod indignatus est deus percussit eũ plaga insanabili viscerum suorum primi machabeorũ.ix. Bellauit cõtra vniuersum populuz gentilium per ydolatriaz et deuicit eum sicut patet sapientie.xiiij. cum per vniuersum orbem romani imperantes ydola adorarent. Unde ꝛ tũc rome templum pentheon erat constructum sic dictum. quia simulachrũ erat omnium deorum. Contra alios innumerabiles bellauit ꝛ varijs vulneribus peccatorũ inflictis de eis viriliter triũphauit ꝛ eorum animas captiuas post hanc vitam ad inferos deducebat quam captiuitatez ꝛ miseriam deplorantes patres antiqui gemitibus inenarrabilibus clamauerunt ad deum vt mitteret liberatorem. dicentes veni ad liberandum nos domine deus virtutum. et ps. lxxix. ostende faciem tuam id est filium tuum humanatuz ꝛ salui erimus. et iterum ysaie. lxiiij. vtinam dirumperes celos ꝛ descenderes a facie tua montes defluerent: ꝛ cum gemitus humani generis audiret altissimus misertus est super eum ꝛ misit in tempore plenitudinis filiũ suum redemptorem et liberatorez ꝛ tunc diabolus finaliter bellauit cõtra filios israel per maliciam et inuidiaz et deuicit eos cum scilicet occiderunt redemptorem messiam suũ propter quod indignatus deus tradidit eos in perpetuam captiuitatẽ sicut supra declaratum fuit libro primo et tertio.

¶ De perditiõe dominij demonum in aduẽtu christi.



Eptima consideratio ē ꝙ demones in aduẽtu christi per iusticiaz perdiderunt dominiuz suuz quod super genus humanuz habebant. fecerat enĩ grandem offensam diabolus deo tã deceptorie ꝛ fraudulenter cõtra dei voluntatem eius seruum tulit ꝛ fecit seruum suum. quo non obstante si voluisset reconciliari deo pro eo sicut pro homine satisfecisset noluit tamen. immo explacuit semper permanere inimicus dei peccatum suũ non recognoscens ꝙ non erat in homine. immo dolebat de peccato vt deo recõciliaretur. ¶ Et ideo ne diabolus possit cõqueri de iniusticia si forte deus de sua potestate absoluta ꝛ violẽter sine aliq̃ satisfacione liberasset hoīez per iusticiã. Debuit perdere dominiũ quod supra hominem tenebat qui homo ex eo ꝙ ab eo victus in padiso terrestri fuerat iuste seruus suus erat. ꝙ autẽ deus in tali hominis liberatiõe debuit vti iusticia ꝛ nõ absoluta potentia ptz ꝑ tãto qꝛ deus ē necessario iustus ꝛ talis̃ iustus ꝙ nõ pōt dici de⁹ si nõ intelligatur iustus. ¶ Et iterũ qꝛ laudabilior est ꝓnceps q̃ vtit̃ iusticia ꝙ potẽtia solũ. Quõ aũt ꝓmi⁹ hō nec oēs hoīes nec oēs ãgeli boni nec etiam oēs demões sic nõ potuerũt satisfacere ꝓ hoīe s3 solũ de⁹ ꝛ hō vt declaratũ est sup libro. iiij. ꝯsideratiõe. v. in tertio articulo fidei nõ ei tot⁹ mũdus soluere valebat dbitũ ꝓmi hoīs

vt apo. v. Nemo poterat in celo nec
in terra neq3 subtus terram aperire
librum neq3 videre illum idest imple
re redemptionem humani generis
que ab eterno scripta fuit in libro di
uine dispositionis vt per xpm solum
impleretur: librum ergo ipse solus
aperuit quia solus penam crucis no
bis mortis debitoribus tulit. Uñ di
xit ps. lxviii. que non rapuit sc3 xps
tunc exsoluebat. Mirabant autem
homines potestatem magnam dya
boli ⁊ eius dominiu3 super homines
⁊ dicebant illud ysaie. xlix. nunquid
tolletur a forti preda idest humanu3
genus a dyaboli potestate aut ꝙ ca
ptum fuerit a robusto saluu3 esse po
terit. Et Respondet deus ibidē hec
dicit dominus equide3 ⁊ captiuitas
a forti tolletur ⁊ quod ablatum fue
rit a robusto saluabitur sc3 per xpm
Unde sequitur ibidem quasi musto:
sanguine suo inebriabuntur et sciet
omnis caro quia ego dominꝰ saluās
te redemptor tuus fortis Jacob. Et
confirmatur per dictum saluatoris
Johannis. xii. Nunc iudicium scili
cet discretionis est mundi nunc pri
ceps huius mūdi eiicietur foras sc3
a dominio ⁊ potestate tyrannica sup
homines. Unde ipse dyablus dice
batur princeps mundi quia domina
tur in hominibus mundo deditis: ⁊
sicut dicit paulus ad colosen. scdo ex
polians scilicet xps principatus et
potestates traduxit confidenter id
est dyabolum exterminauit longe a
potestate quam habebat. Et si que
ras demō quem xps tenuit vt vince
ret dyabolum et eius dominium au
ferret. Respondetur ꝙ fuit modus
quo piscis capitur hamo sub esca ab
sconso quia volens capere escam nō
videns hamum capitur ab hamo: sic
christus volens preliari cum dyabo
lo in sua passione abscondit suā for
titudinem suam pulchritudine3 suā
sanitatem suam dignitatem in cruce
Cum enim per virtutem fortitudi
nis deberet cum dyabolo preliari to
tam eam abscondit tenendo manus
fixas ⁊ clauatas in cornibus crucis
Unde abacuc in tertio capitulo lo
quens de cruce christi dixit: cornua
scilicet crucis in manus eius ibi ab
scondita est fortitudo eius: et patet
fortitudo sua ibi abscondita: quia p
eam vicit fortissimam mortem ⁊ for
tissimum dyabolu3 Nam sequitur in
illo eodē ante faciem eius ibit mors
egredietur dyabolus ante pedes eiꝰ
scilicet victus ⁊ nudus a suo domi
nio et potentia qua3 primo tenebat.
Absconderant enim demones laqos
mortis pedibꝰ nostris in ligno scien
tie boni ⁊ mali. Et ideo xps abscon
dit eis laqueum Unde capti sunt in
ligno crucis Et ideo dixit psalmista
veniat illi sc3 dyabolo laqueus que3
ignorat ei ⁊c. Abscondit etiā in cru
ce suam pulchritudinē in turpidinē
cum eēt speciosus forma p filiis homi
nu3 ps. xliiii. ibi non erat ei species
nec decor absconditus vultꝰ eius et
despectus. Uñ nec reputauimus eu3
ysaie. liii. Abscondit tertio suam sa
nitatem in infirmitate quia vt dici
tur ysaie capitulo eode3 nos reputa
uimus eu3 quasi leprosum percussu3
a deo et humiliatum virum dolorum
et scientem infirmitatem Abscondit
iiii. suam dignitatem in contemptum
et vilitatem quia cum latronibus et
homicidis cum iniquis et sceleratis

deputatus est: ysa. capitulo eodem cum tamen esset summe dignitatis et excellentie quia verus deus et verus homo sicut fuit declaratum supra.i. libro Sic ergo in xpi passione egressus est dyabolus victus ante pedes eius perdita potestate et dominio liberato homine ab eius captiuitate. Et ideo in figura huius legitur.i. Regum.xvii. q david occidit leonem et predam eius tulit ab ore huius leonis. Petebat propheta liberari dicens salua me ex ore leonis ps.xxi. Et in signum victorie habite legauit xps humani generis inimicum scilz dyabolum et sic ante faciem iuit mors i.dyabolus victus et ligatus sicut in triumphis victi solent ire ante victorem ligati. Unde apo.xx. Apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus et sathanas et ligauit eum per annos mille.i.vsqz ad tempus antichristi et ponitur ibi tempus determinatum pro indeterminato. Et qz tunc resumet violentam potestatem et exiet per affluentiam malignitatem vt mittat populos in errorem. Ideo tunc dicitur solui Signum autem manifestum perditionis dnii demonum fuit cessatio ydolatrie in vniuerso mundo ad predicationem xpi et apostolorum per quam ydolatriam fere vniuersum orbem captiuum tenebat cu ydolis vt de colerent.

¶ De proprietatibus et malicia demonum.

Octaua considera tio e de pprietatib9 et malicia demonum Circa primum vt notatur Joh.iiii. Christus assignauit tres proprietates precipuas dyaboli. ¶ Prima q est homicida ab initio: quia homo in specie humana ponitur per animam Ideo ille magis proprie est homicida qui animam interficit p peccatum mortale q iste qui interficit corpus per quod homo conuenit cum brutis hoc autem fecit dyabolus a principio mundi quia per suggestionē ei9 primum peccatum homini contigit et in hoc officio continue perseuerauit. ¶ Secunda proprietas dyaboli ibidem est q in veritate non stetit.i. in debita obedientia ad deum: res enim dicuntur vere in quantū cōformantur Veritati prime a qua veritate deuiauit dyabolus per peccatum superbie. ¶ Tertia est q mendacium ex propriis loquitur.i.ex habitu malo in quo est obstinatus idest subdit causa quia mendax est et pater ei9.i. ipsius mendacii qui enim mēdacia ab aliis inuenta solum refert mendacia dicit sed qui ea facit mendax dicitur et propter hoc dyabolus dicitur pater mendacii quia primum mendacium adinuenit dicens mulieri Gen. iii.nequaq moriemini. Sed est difficultas cum sint mendaces si possunt demones compelli ad dicendum veritatem. Dicitur q sic. Compelluntur enim fallaces spiritus ad dicendum veritatem et salubria nobis sicut exemplificat beatus augustin9.viii. de ciui.dei.ca.xxvi.de dolore demonum qui loquebantur per hermē ante xpi aduentum de suis futuris penis apud memorias sanctorum martyrū quas iminere cernebant. ¶ In multis enim ait augusti. talibus locis torquentur et confitentur: et de

possessis hominum corporibus eiji-ciuntur. ¶ Sunt et alie viginti due demonum proprietates quarum vi-ginti numerantur in secundo libro: summe veritatis theologice scilicet q sunt spiritus impuri humani ge-neris inimici mente rationales ne-quitia subtiles nocendi cupidi p su-perbia tumidi semper in fraude no-uiter immutant sensus inquinant ef-fectus vigilantes turbant dormien-tes per somnia inquietant: morbos inferunt tempestates cōcitant in an-gelos lucis se transformant semper infernum suum secum portāt. ¶ In ydolis diuinum cultum sibi vsurpāt semp bonis dominari appetunt: ma-gice artes per eos fiunt bonis ad ex-ercitium dantur semper fini homi-nis insidiant. hec ibi. ¶ Vicesimaprima demonum proprietas est q sem-per ambulant in circulo. Unde ps. de demonib⁹ ait. In circuitu impii ambulant. Item cum dominus que-reret a sathan Job. i. Unde venis. Respondit circuiui terram et peram-bulaui eam q quadrupliciter intelli-gi potest. ¶ Primo sic. Circuiui ter-ram. i. data est mihi vniuersalis tem-ptandi diligentia qr pauci sunt in qui-bus non habeant locū vestigia mea ¶ Secundo sic exponeret dyabolus si posset inclinari ad suum peccatum cognoscēdum. Circuiui terram idest in hoc me ostendo remotum a virtu-te et obstinatum in malo qr semp sum in circumferentia et nunq possum ve-nire in lineam per quam veniam ad medium quod est virtus. ¶ Tertio sic circuiui terram propter sanctitatem aliorum. Unde glo. sathan laborans terram circuit qr quietus in deci cul-mine stare contempsit. ¶ Quarto sic circuiui terram pp̄ter hoc q dyabo-lus ferrens est tortuosus. Unde ysa. xxvii. Uisitabit dn̄s super leuiathan serpentem tortuosum et sicut motus circularis q̄tum est de se nūq cessat sic et dyabolus nunq quiescit et quia semper in circulo est ideo nunq re-ctus sed magis tortuosus est. ¶ Re-cte ergo dicitur de demonibus recte in circuitu impii ambulant. Et si que-ras qualiter circuit dyabolus. ¶ Re-spondit glo. super illo verbo. i. Pe-tri. v. Circuit querens quem deuoret dicens. Circuit tanq hostis obsidens muros clausos explorat an sit pars aliqua murorum minus stabilis cuius aditu ad interiora penetret. Offert oculis formas illicitas et facile vo-luptates vt visu destruat castitatem aures per canora temptat et mollit xp̄ianum iniuriis lacescentibus ad cedem instigat. honores terrenos p-mittit vt adimat celestes et cum latē-ter non potest fallere apertos addit terrores in pace subdolus in persecu-tione violentus: contra quem tantis animus debet esse patus ad resisten-dum quātū ille patus ē ad repugnan-dum: hec ibi. ¶ Vicesima sc̄da demo-num proprietas est q sunt crudeles immo seuissimi et ē crudelitas demo-nis in tribus. ¶ Primo in precipiendo vnde ysa. xix. Tradā egyptum in ma-nu demonior crudeliū. Scd̄o demō est crudelis in puniendo: puerbiorum. xvii. Semper iurgia querit mal⁹: an-gelus aūt crudelis mittet contra eū Tertio est crudelis in non miserēdo hieremie. vi. Crudelis est et nō mise-rebitur. et i. petri. v. Aduersarius ve-ster tanq leo rugiens circuit querēs

quem deuorat Est enim figuraliter bestia illa de qua dicit genesis. xxxvij. Fera pessima deuorauit filium meum ioseph. multe alie sunt proprietates demonum quas non sufficere calamo explicare ideo hec sufficiant pro presenti. ¶ Uidendum est ergo de secundo scilicet de malicia demonum que quadrupliciter explicari potest. Primo demones aliquo modo suadent bonum sed non propter bonum sed propter malum finem vt cum in instabilibus hominibus in bonum suadent ingressum religionis scientes quod non permanebunt sed apostatabunt. Non autem talia suadent stabilibus hominibus in bonum. ¶ Secundo demonum malicia ostenditur cum decipiunt hominem suadendo malum sub spe boni vt piurare et iuramentum falsum facere pro rebus alterius conseruandis. ¶ Tertio demonum malicia ostendit cum decipiunt hominem dissuadendo bonum tanquam nociuum vt cum dissuadet probo et stabili viro ingressum religionis ne de hoc peniteat et ingrediens confundatur. In cuius persona bernardus sic loquens ait Noli inquit precipitanter agere diu considera diligenter intuere magnum est quod proponis et opus ages magna deliberatione: experire quod possis amicos consule ne post facta penitere contingat. ¶ Contra cuius consilium bernardus subiungit hec est sapientia mundi animalis et dyaboli ca inimica salutis suffocatrix: vite mater tepiditatis eiusque solet deuomitum procurare. Cum enim verbum dei esse non dubites quid opus est deliberatione vocat te magni consilij angelus quid ergo adhuc consilium prestolaris: quis enim sapientior et fidelior illo. ab ore putei gehenne eripior et consilium petam amicos consulat qui non legit inimici hominis domestici eius michee. vij. Supradicto modo dyabolus malicia sua aliquando dissuadet aliquibus orationem vel elemosynam ne per hoc incurrant vanam gloriam. Quarto demonum malicia ostenditur cum decipiunt hominem dissuadendo malum vt ducunt ad penas aliquando intemperantiam in victu et in somno vt inducant indiscretam abstinentiam quod est peius et sic eius malicia mille nocendi modos habet. xvi. q. ij. ca. vi. sis semper. Rugit aduersus homines qui quidem rugitus nihil aliud est quod eius voluntas et ardentissima cupiditas nocendi. Unde glo. supra hoc verbo tanquam leo rugiens dicit. Sicut rugitus leonis impedit aures ne alium sonum recipiant: sic dyabolus fidelium mentes terrendo vel illicita ingerendo a via veritatis ne vocem christi audiant auertit. Et si queras nunquid semper crescit malicia diaboli Ad quod respondit doctor seraphicus bonauentura in. ij. sententiarum quod in dyabolo crescit malicia voluntatis quantum ad vim administratiuam qua conuertitur ad hominem sed non quantum ad contemptiuam qua est simplex et auersus a deo quia quantum ad hanc non est in statu demerendi. Sed nunquid malicia demonum aliqua via impediri potest dicit quod sic. ¶ Quadrupliciter enim impediri potest. Primo per terminum peccati positum a deo. Secundo per resistentiam bonorum spirituum habet enim angelos vnum bonum ad custodiam: et vnum malum ad exercitium. Tertio per liberum arbitrium hominis non consentientis quia dyabolus neminem vicit

nisi volentem ab eo vinci. Unde Ambrosius de vita beata et ponitur. xvi. q. i. capi. non est voluntarium militē elegit sibi christus voluntarium sibi seruum dyabolus actionatur. nemi nem iugo seruitutis astrictum possi det nisi se ei prius peccatorum ere vendiderit. Quarto propter peccati abhominationem: quia demones nobilioris nature detestantur peccata vilia. Hec sufficiant pro presenti de proprietatib9. et malicia demonū.

¶ De bello demonum post aduētū xpi vsq; ad diem iudicij.



Ona consideratio ē de bello demonum post christi aduētum vsq; ad diem iudicij. Unde lz demones perdiderant potestatē quam primo super humanum genus habebant et eorum princeps victus et ligatus vsq; ad prefinitum tempus sit in inferno vt supra declaratum est consideratione quarta: permittuntur tamen demones habere cōsilia sua cū suo principe lucifero et temptare homines pro eorum exercitio et vt istud bellum possimus intelligere imaginemur ecclesiam fidelium tāī vnam ciuitatē dei que dicatur fidei fortalicium vel ciuitas iustificationis siue bone conscientie que duodecim perfectiōibus decoratur. ¶ Primo est in situ congruenti: quia in medio vbi virtus habitat longe ab extremis scilicet vitijs et peccatis. ¶ Secundo est pulchra et excellens: q2 maior pulchritudo hominis est in bona cōscientia. ¶ Tertio est in securitate: q2 nō timet aduersa. ¶ Quarto ē sana q2 ī bona cōsciētia nō pōt habitare īfirmitas pcti. ¶ Quinto est situata in loco delectabili quia nunq̄ est vera delectatio vbi non est quies cōscientie. ¶ Sexto est in bona dispositione quoniam in circulo edificata est per operum perfectionem. ¶ Septimo habet cōcordiam ciuiū q2 semper homo in statu iustificationis diligit proximum suum sicut seipsum. ¶ Octauo habēt priuilegiorum habundantiā quia non est sub lege peccati. ¶ Nono quia habent victualium habundantiam q2 nihil sibi deficit vbi grā habundat. ¶ Decimo habet bonum regimen cum voluntas rationis sibi subijciatur. ¶ Undecimo est libera a captiuitate per christum: et etiam q2 bona conscientia non est sub seruitute dyaboli. ¶ Duodecimo habet amorem et charitatem quod pulchrificat totam ciuitatem. Ista est illa ciuitas hierusalem descendens de celo ornata a christo sicut sponsa pulchra et excellens vbi ipse habitat per gratiā de qua Apocalip. xxi. ¶ Huic ciuitati pulcherrime vt fortissima esset christus posuit murum antemurale et fossatum. murus est charitas que omnia sustinet hunc custodire debent prelati ecclesie episcopi et clerici qui stare debent ad portam ciuitatis: vt si venerit aliqs de pugna dyaboli vulneratus per peccatum dent sibi medicinam penitentie: et si venirēt pauperes indigentes tribuāt eis de bonis ecclesie q2 bona clericorū pauperum sunt. ¶ Secundo posuit antemurale q̄ est iusticia et equitas que sunt in defensionem muri et hoc antemurale defendere et custodire de

bent principes christiani qui positi sunt p iusticia ministrenda in mundo. Unde sapientie.i. dicitur. Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Hi etiam debent ad portas antemurale vt si forte inimici venerint et voluerint impugnare murum cum fuerit inter murum et antemurale eos capientes faciant iusticiam expedientem. ¶ Tertio posuit christus predicte ciuitati fossatum profundum quod est humilitas. ¶ Istud custodire debent religiosi qui debent esse fundati in vera humilitate et eam omnibus venientibus predicare. Quid dicam de hac ciuitate si tales sunt custodes vere ipsa est gloriosa et habitans in confidentia: sophonie. Secundo gloriosa quantum ad pulchritudinem et habitans in confidentia quantum ad sua magna fortalicia. merito ergo gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. ps teste. Talis fuit hec ciuitas in primitiua ecclesia quando ipsis fidelibus erat cor vnum et anima vna vt legitur in actibus. ¶ Uidens ergo dyabolus felicitatem et gloriam predicte ciuitatis doluit vehementer cognoscens quod in ea multe anime liberare a manibus eius ad sedes celestes: vnde ipse ceciderat angelorum manibus cum gaudio ferebantur non curans debellare iudeos sarracenos nec hereticos et alios obstinatos iuxta dictum gregorii: quia illos temptare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Cogitauit quod predictam ciuitatem debellare posset: et primo inter cetera excitauit contra eam persecutionem gentilium que durauit toto tempore apostolorum et ducentis annis vltra. In qua persecutione et bello vltra ducenta milia hominum vtriusque sexus pro veritate fidei et zelo ciuitatis iustificationis siue bone conscientie martyrio coronati sunt sicut libro.i. consideratione.iii. articulo.i. in examine.iii. latissime declaratum fuit. In quo bello nihil lucratus est dyabolus: sed potius miserabiliter victus ab illo bello cessauit cum per talem persecutionem plus multicarentur fideles et fortior efficiebatur ciuitas iustificationis vere fidei et bone conscientie. Suscitauit etiam bella hereticorum quorum hereses per diuersa concilia examinate damnate sunt et plurimi eorum igne cremati sic quod eorum in publico non est vox neque sonus licet in occulto nimium seuiat ista pestis sicut supra libro.ii. declaratum est: quare cum sit maliciosissimus vt in precedenti consideratione dictum fuit non valens quiescere. Cogitauit contra predictam ciuitatem aliam edificare que dicetur ciuitas babylonie.i. confusionis et dyabolica cuius fundamentum posuit contemptum dei super quod edificauit. xii. abusiones que sunt princeps iniustus curialis adulator miles sine fide consiliarius sine veritate commissarius sine pietate prelatus sine charitate. aduocatus cum rapacitate. clericus ignorans religiosus superbus. mercator falsus. Iuuenis sine verecundia. populus sine amicitia: murus predicte ciuitatis dyabolice dicitur animositas et diuisio. Antemurale dicitur iniusticia et oppressio. Fossatum vero dicitur superbia et ambitio et sic in omnibus ista ciuitas contrariatur prime ciuitati. ¶ De his duabus ciuitatibus dicit augu. de ciuitate dei. duo amores fecerunt sibi duas ciuitates: quia

vna incipit a contemptu sui vsq; ad amorem dei. et hec est ciuitas iustificationis. Alia vero incipit a contemptu dei vsq; ad amorem sui: et hec est ciuitas dyaboli et destructionis. Cum ergo ex diuina permissione vidit dyabolus se potentem ad expugnandum magna parte predictam ciuitatem ordinauit exercitum suum in triplici acie. ¶ In prima posuit capitaneum sathan. ¶ In secundo beelzebub. ¶ In tertio vero mamonam. ¶ Primus capitaneus bellauit et continuo bellat contra religiosos qui custodiunt fossatum et predictus dyabolus portat pro armis suis superbiam et ambitionem simulationem premittit ergo inter vtrosq; durum bellum et vulnerati sunt ac trucidati spiritualiter plurimi religiosi si qui ferunt habitum humilitatis in corpore et leonem superbie in corde. exterius apparent hominibus humiles capite in terram inclinato: sed corde sunt altiores celo. Unde vidi temporibus meis duos religiosos duorum ordinum informatorum qui a mundo segregati sancti viri mundum contemnentes exterius videbantur se victos a demone quod sua claustra relinquentes mundanis fauoribus adherentes episcopi facti sunt non vocati: sed vt erumnas fugerent ordinum suorum quod fuit in magnam confusionem predictarum religionum et cum multarum murmurationum. Ipsi vero facti inuerecundi ac si nihil eorum statui indecens fecissent vt surdi in omnibus pertransibant. Bellat etiam dyabolus cum aliis religiosis per ambitionem et intantum vulnerat eos ambitione miserabili quod cum non efficiuntur prelati in ordine inter dei seruos viuere non possunt: immo exeuntes ad alios se transferunt vbi possunt suas ambitiones implere non attendentes quod cum populi christum voluerunt facere regem fugit in montem. Johan. vi. Charitas etiam non est ambitiosa. i. Cor. xiii. super quod dicit augu. Ocium sanctum querit charitas veritatis negocium suum suscepit: necessitas charitatis quam sarcinam si nullus imponit vacandum est veritati: si autem imponitur suscipienda est propter charitatis necessitatem. Alios autem religiosos inuenit dyabolus desiderantes visiones et reuelationes et quia raro tale desiderium absq; radice superbie et presumptionis seu vane curiositatis inuenitur iusticia dei permittente veniunt in illusiones et deceptiones dyaboli per quem modum seminat dyabolus in maiori parte temptationes spirituales huius temporis et indicat in corde illorum qui sunt ministri antichristi: et sic cadunt plurimi religiosi vulnerati superbia a demonibus. Ea propter fugiendum est tale desiderium sicut venenum cum non concedantur visiones et reuelationes vere propter tale desiderium: sed solum procedunt ex pura bonitate dei et in anima existente in magna humilitate timore et reuerentia et feruenti amore dei. Alios autem religiosos vulnerat et decipit dyabolus cum in orationibus quas faciunt sustinent aliquam consolationem que fundatur in presumptione siue estimatione superba sui ipsius aut in ducente ipsos in ambitionem sui proprii honoris et glorie. Aut in vita ista aut in paradyso cum talis consolatio principaliter includat saturitatem et refectionem siue proprie affectionis. Ex quo sequitur multitudo maximorum pessimorum vitiorum et errorum: et ideo talis consolatio fugienda est omnibus

nos solum illa est sustinenda q̄ seq̄tur ꝓpriam cognitionem tui ⁊ perfectam sensibilitatē tue nihilitatis et tue imperfectionis cū magna subiectione tue magnitudini ⁊ altitudini dei per altā reuerentiā ⁊ cū magno desiderio honoris dei: q: in talib⁹ vl' similibus debet fundari talis consolatio. Cauere etiam summe dicunt deuoti religiosi ab oi sentimēto ⁊ visione quātūcunq; alta ⁊ quātūcunq; appareat certa si ducat eos cor i opinionē aut affectionē contra aliquem articulū fidei: aut contra bonos mores ⁊ bonas honestates cum sine dubio ex parte dyaboli sint. ¶ Hec est doctrina illius illuminati ⁊ sancti viri fratris Petri scrōyo in quib⁹ suis notabilibus de remediis contra tēptationes spūales qui fuit vnus de principalibus reformatoribus ordinis nostri in hoc regno castelle. O q̄ debilitatū est fossatū ciuitatis dei ⁊ q̄ pauci veri religiosi humiles inueniūtur in orbe p̄sertim cū multi cadunt ex simulata sanctitate que s'm hieronymum duplex est iniquitas tales enim sepulchra dealbata plena spurcitia mortuorum nuncupari debent. Sed licet innumeri cadant ⁊ peāt de fossato victi a dyabolo aliqui tamen semper manent qui viriliter resistunt quos deus cognoscit ⁊ reseruat p defensiōe sue ciuitatis dilecte. ¶ Sed accedit secunda acies bellatorum dyaboli beelzebub ⁊ dat secūdū prelium antemurale quorum arma sunt oppressio distractio iniusticia indignatio ⁊ committit hoc bellum forte sic q multi principum ⁊ militum inuenti sunt vulnerati in capitibus nomina vulnerum ab armis dyaboli nuncupantur oppressio populorum destructio impotentum. Iniusticia ⁊ indignatio de talibus principibus ⁊ militibus dicitur Ezechie. xxii. capi. principes eius in medio eius quasi lupi rapientes predam: ad effundendum sanguinem ⁊ ad perdēdas animas ⁊ sic antemurale iusticie ⁊ equitatis rūpitur: q: vigiles scilicet curiales ⁊ ꝯsiliarii dormiūt: nō vigilāt p bono ciuitatis: sed p bono ꝓprio consulendo principibus iniusticias oppressiones adulendo eis ⁊ laudando eorum malum regimen. De talibus principibus dicit dominus per prophetam osee. viii. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterunt et nō cognoui eos. ¶ Vere isto tempore magnam victoriam ⁊ grandam p̄dam de principibus ⁊ militibus reportat dyabolus. Cum vix inueniatur qui non studeat tyrannice presidere potius q̄ recte in suo regimine facere. Nec querunt iā principes cōsiliarios virtuosos ⁊ honestos: sed homines vulpinos astutissimos ⁊ fraudulentos quibus possint suas militias ⁊ tyrannides colorare per adinuentiones dyabolicas exquisitas cū quibus captiuati a dyabolo peribunt sine fine. Iam vicarius christi nihil fere potest in ecclesiis prouidere nisi quod principibus placet: ⁊ sic sepe prouidentur de dignitatib⁹ et beneficiis ecclesie viri insipiētes viri scelerati, paruuli lactantes: et qui nondum a materno vtero exierunt. Sic ergo antemurale ciuitatis iustificationis quasi totum videtur dirruptum: et expugnatum per demones licet aliquos deus suo occulto iudicio semper reseruet: in

quibus seruetur veritas iustificatio
nis qui ita paucissimi sunt ꝙ in tan
ta multitudine maloꝝ non apparēt
semper tamen ad numerum septē re
seruant. Iuxta illud. iij. Reg. xix. re
seruaui mihi in israel septē milia vi
roꝝ qui non curuauerunt genua an
te baal per quos intelligunt viri fi-
deles septē donis spiritussancti pul
chriformiter illustrati q̄ nō curuant
genua dyabolo bellatori per consen
suz. ¶ Accedat ergo tertia acies de
monum bellatorum volentes muruz
capere violenter: sed non possunt qꝛ
vt dictuz est murus est charitas que
fortissima est. charitas enim nunq̄ ex-
cidit Cor. xiij. quod videns capita-
neus huius aciei qui mām̄ona dici-
tur triumphare de custodibus muri
armauit milites suos fortissimis ar
mis auaricie ⁊ symonie ⁊ cuz murus
nimiū angustiaret venerunt prelati
non pauci ad parlamentū cū mamo
na ⁊ rescatati sunt. ¶ Dic mihi quis
est in ecclesia qui non sit rescatatus
per mām̄onam vis tu aliquid in eccle-
sia oportet ꝙ primo roget pro te mā
mona vis episcopari habeas p̄ te ad
uocatū mammonā: qꝛ a maiori vsq̄
ad minorez omnes auaricie student
⁊ a propheta vsq̄ ad sacerdotez cun
cti faciunt dolum. Hiere. vi. Iam ni
hil valent electiones canonice in ec
clesijs cathedralibus: sed fauor ⁊ pe
cunia: nihil scientia ⁊ sancta vita sed
astuta mām̄one malicia: ⁊ sic ruptus
est murus ciuitatis iustificationis p
magna pte ⁊ multi vigilātes occisi sūt
quia non vigilant illi tales propter
curam animaruz sed bursarū. Ideo
dicit bernardus quem dabis de nu-
mero prelatorum qui non magis stu
deat bursis euacuandis q̄ vitijs ex
tirpandis. plus student in salmone
q̄ in salomone. Merito ergo de his
conqueritur dominus Ezechi. xxij.
Sacerdotes eius contempserunt le
gem meā ⁊ polluerūt sanctuaria mea
inter sanctum ⁊ prophanum non ha
buerunt distantiam ⁊ inter pollutū
⁊ mundū non intellexerunt ⁊ a sab-
batis meis auerterunt oculos suos
⁊ coinquinabar in medio illorum.
¶ Rupto ergo muro ⁊ perēptis ta-
libus custodibus iniquis et vulneri
bus auaricie ⁊ symonie ingrediun-
tur demones ciuitatem sanctifica-
tionis ⁊ occidunt filios: scz cogita-
tiones eorum capiunt mulieres affe
ctiones ⁊ viros: scilz cōsensus quos
captiuos in damnationez perpetuā
abyssi infernalis deducunt pro ma-
gna parte ⁊ ciuitatem ignibus expo
nunt: vt non remaneat lapis super
lapidem: qꝛ quasi nihil iusticie nihil
humilitatis nihil charitatis rema-
net in illa ciuitate. Sic ergo incen-
derunt electam ciuitatem sanctita-
tis ⁊ desertas fecerūt vias ipsius: ec
clesiastici. xlix. hanc desolationem p̄
uidens saluator noster dolens de ta
lium animaruz damnatione suo san
guine redempturum fleuit super il
lam scz ciuitatem iustificationis q̄si
ei diceret o ciuitas mea dilecta o spi
ritualis habitatio mea quis te sic de
struxit quis te in abyssum mersit o
ciuitas melius tibi fuisset nunq̄ fuis
se vbi sunt muri charitatis vbi est an
temurale iusticie vbi est fossatum hu
militatis vbi sunt in prelati charita
tiui: vbi principes iusti vbi sunt hu
miles religiosi omnia submersa sunt
⁊ q̄s poterit continere lachrymas si

cum deuotione voluerit contempla
ri quot anime pncipũ: quot aie pla
toꝝ: quot anime pereũt religiosoꝝ
quot anime subditoꝝ sub vtroqꝫ
brachio ex eoꝝ malo exemplo e
regimine ve illis. Sꝫ licꝫ quasi. vi
numeri in hoc demonũ bello cadant
religiosi principes et milites plat
ecclesiastici subditi etiã sub vtroqꝫ
brachio semper tamen manent aliq
in quibus saluatur veritas fidei e
iustificatio bone cõscientie. et si nõ
nisi duo viri fideles remanerent in
mũdo in eis saluaretur ecclesia que
est vnitas fidelium. charitatis vin
culo adunata. non est autem dubitã
dum quin aliqui tales sint in mũdo.
quia sm chrisostomum iusti sunt in
mundo sicut medulla in arbore qua
deficiente deficit seu perit arbor er
go si non essent aliqui iusti periret
mundus fluctuat ergo nauicula pe
tri sed non mergitur belloꝝ turbi
nibus quibuscunqꝫ quia porte infe
ri. i. demonum furie non preualebũt
aduersus eam cum sit turris fortitu
dinis a facie inimici. Et attente in
tuendum est ꝙ istud bellum diabol
nunqꝫ cessat immo continuo crescit
et aggrauatur. Unde dicit ysidorus
libro .i. de summo bono ꝙ quãto pro
pinquius finem mundi diabolꝰ vi
det tanto crudelius persecutiones
exercet et ꝗ se continuo damnandũ
conspicit socios sibi multiplicat cu
quibus gehenne ignibus abdicatur
¶ Resumptis ergo viribus et ca
ptis armis christiane militie de qui
bus supra libro. i. consideratione
dictum fuit vigilandum esset viril
ter pugnandum cum demonibus q
vt dicit apostolus ephe. vi. non est
nobis colluctatio aduersus car
nem ꝛ sanguinem. i. aduersus homi
nes qui sunt caro ꝛ sanguis ꝛ per cõ
sequens visibiles sed aduersus prin
cipes ꝛ potestates. i. demões ꝗ sunt
hostes inuisibiles. et dicit principes
et potestates quia angeloꝝ ordi
nes non solum sunt per gratiam sed
etiam per naturam: ꝛ sic de singulis
ordinibꝰ ceciderũt aliqui in quibus
naturalia permanserunt integra vt
dicit dyonisius ꝛ inferiores obediũt
superioribus vt possint nocere ho
minibus. ꝛ per principes ꝛ potesta
tes intelliguntur alij ordines demo
nũ. ¶ Sequitur aduersus mũdi recto
res: hic nomine mundi non intelli
gitur vniuersitas creaturarum que
non regitur a demonibus sed a deo
ꝛ angelis sibi ministrantibus sed in
telligitur vniuersitas maloꝝ ho
minum sic dicitur. Joh. i. mũdus eu
non cognouit qui per demones regũ
tur inquantũ per eos ad peccata mo
uentur. ppter quod subditur ad de
clarationẽ huiusmodi intellectus te
nebrarum harum. dicuntur em̃ mali
homines tenebre quia sunt inuoluti
tenebris ignorantie ꝛ culpe contra
spiritualia nequitie. i. cõtra spiritus
neqꝫ siue malignos quod dicitur ad
ostendendum ꝙ per rectores mundi
hic demones intelliguntur in celesti
bus idest in hoc aere caliginoso ꝙ
frequenter in scriptura celum nomi
natur in quo demones habitant vsqꝫ
ad iudicium. : vt supra dictum fuit
propter quod etiam aues celi nomi
nantur. Mathei. xiij. vbi dicitur ꝙ
aues celi comederũt semen quod ce
cidit secus viam. Sic exponit pre
dictum verbum Nicolaus de lira su

r epistolam ad Ephe. propterea
cipite armaturam dei scilicet vir-
tum vt predictum est vt possitis
sistere insultibus demonum in die
ala.i.in presenti vita vbi imminet
mptationum pugna vsque ad diem
dicium que etiam erit dies mala ma
s et amara valde. Unde et iohannes
apa scribens ysaac Syracusano
piscopo.xvi.q.ii.capitulo visis de
stucia diaboli et bello contra eccle
a catholicam ac de munitione nos
ra dicit sic. ¶ Nec ignoramus astu
iam eius conatur namque a principio
uie suevnitatem ecclesie rescidere cha
itatem vulnerare sanctorum operum
ulcedinem inuidie felle inficere et
omnibus modis humanum genus per
uertere ac perturbare. Dolet enim sa
is et erubescit charitatem quam in
celo nequiuit habere: homines con
tantes ex lutea materia in terra te
nere. Unde oportet quantum fragil
tati nostre conceditur vt omnes ad
tus nocendi eius versucie muniamus
ne mors ingrediatur per portas no
stras. Hec ibi.

¶ De diuersitate demonum et si pos
sunt habere spiritus familiares.



Ecima consideratio: est de diuersitate demonum et si possunt habere spiritus familiares.

¶ Pro declaratione primi notandum est quod sicut boni angeli sunt distincti in nouem ordinibus et cum eis anime sancte sic et demones qui a nouem ordinibus ceciderunt sunt distincti in nouem ordinibus et cum eis anime damnate. Et illi demones qui erant altiores hierarchie facti sunt peio-
res et inferiores in meridionali parte quorum presidentem vocauit dauid demonem meridianum. Est autem vox communis multorum quod sunt.x. differentie demonum: quidam dicuntur fata. Alii dicuntur vulgariter duen de causa. Alii dicuntur incubi et succubi. Alii faciunt prelia. Alii comedunt et bibunt cum hominibus apparent in somnis. Alii vt dicunt fiunt spermate et ex odore viri et mulieris cum coniungantur vel ex radiis planetarum. Alii sunt masculi et femine. Aliqui sunt mundi et aliqui immundi. Alii illudunt viros et feminas qui turguine siue bruxe vulgariter nuncupantur. Multi asserunt se talia vidisse et quasi tenent quasi certa sed quid veritatis contineat consequenter declarabitur.

¶ De fato.



Rima differentia demonum est de fatis voluerunt quidam simplices dicere quod fata sunt quedam femine quas dant spiritus super creaturam nouiter natam. Unde et seneca tragedia prima in choro primo loquitur de eis quasi de quibusdam sororibus siue deis que sic disponunt vitam humanam quod nullus potest pertransire ordinem ab eis dispositum sic dicens. dura peragunt pensa sorores nec sua retro fila reuoluunt ad gens hominum fertur rapidum obuia fatis incerta sui. Sequitur certo veniunt ordine parce.i.sorores ille que disponunt vitam humanam nulli iusso cessare licet nulli scriptum proferre dicet. quod ante fata sint tales femine vel dee disponentes vitam huma

nam error est. Unde dicit augustin⁹ super Johã. sermone tertio qui edificantur ad credenda fata scilicet talia fiunt corda eorum fatua. Et secũdum veritatem si alicui nomen fati tribuatur nulli nisi voluntati dei tribuendum est ſm augusti. v. de ciuitate dei. capi. viij. q2 ille summus deus optime ꝛ verissime creditur cuncta scire anteꝗ̃ fiant ꝛ nihil inordinatũ relinquere. Quia ergo diuina voluntate cuncta disponuntur cum sit prima regula in contingentibus: ideo fatum non mulieres non dee nõ vis positionis syderum: sed diuina volũtas fatum appellabitur. Unde fatuꝫ isto modo dicitur a for faris: ꝛ sic fatum dicitur quicquid deus fatur.
Si plura vis videre de fato ꝛ fortuna ac diuina prouidẽtia vide in dyalogo fortune libro. i. capi. ix. vbi latissime de hac materia locutus sum. Sed quid dicenduꝫ est ad illos qui dicunt se talia fata vidisse. Respondetur ꝙ si talia accidant non femine sed demones sunt qui volunt imitari ꝛ deridere illud quod deus dixit p angelum abrahe de natiuitate ysaac ꝛ illud quod dixit angel⁹ matri sampson ꝛ illud quod dixit angelus zacharie patri Johannis baptiste: et quod dixit angelus marie virgini de christo anteꝗ̃ conciperet.

Secunda differentia demonum.



Ecunda differentia demonum est illorum ꝗ dicuntur ducen de casa. Experiunt sepe homines de nocte in domibus suis vigilantes in lectis suis ꝙ ambulat aliquis p domũ mutando frãgẽdo res aliquas ictus magnos dãdo specialiter invasis vinarijs amouendo etiã capitib⁹ hoiꝫ birreta sua ꝛ tollẽdo oẽs rupas quas in lectis super se habẽt in quoꝝ aliquibus ego expertus sum. Cum eñ iuuenis essem ꝛ iacerem in quadam domo quadrata, cuius soluꝫ vnica erat porta ab intra⁹ bene clausa cũ alijs tribus socijs in eodẽ lecto, ecce subito in tempeste noctis silẽtio audiuim⁹ extra portã quasi sonũ quẽ apothecarij faciunt in mortariolis ereis in fracturam specierum, euigilãtes ergo ꝛ mirãtes quid hoc esse posset tali hora cessauit modicum sonus ille ꝛ post paululum sensibiliter audiuimus intra domum sub mensa quadã que ibi erat sub qua manserat cophinus quidem quasi plenus nouis nucibus ꝛ tantus ibidem sentiebatur a nobis sonitus nucum confractaruꝫ ac si ibidem plurimi porci grossolantes nucesꝗ̃ confrangentes ambularent de quo non modicum stupefacti eramus cum ianua optime ab intus esset clausa: ꝛ nullus alius esset ingressus. Post paululum vero cessante sonitu illo ĩ angulo in p̃dicte quadre nobis opposito, subito apparuit quidam paruus splendor ꝛ nunꝗ̃ amplius vidimus nec aliquid sentimus. Quidam autem ex socijs qui maioris etatis erat et vir satis peritus dixit nobis ꝙ non timeremus: q2 erat quidam spiritus malus nobilis hierarchie ꝗ alia mala nõ operabatur nisi ludos illos ſꝫ die facto nuces sicut dimisim⁹ inuenim⁹. Faciũt etiam luctã cũ hominibus ꝛ plura

alia aliquibus pauorosa et s'm veritatem tales non sunt homines nec mulieres sed sunt quidam demones qui volunt deridere homines volētes imitari angelū qui luctatus est cum iacob et angelum qui locut? est cum moyse ⁊ angelū quem vidit iosue in campo hiericho ⁊ licet multa damna de nocte in domibus videātur egisse nihil tamen damni de die reperitur nec res aliqua mutata de celo suo sed quelibet in suo ordine sicut primo erat. Est ergo illusio quedam talium demonū derisorum que ab nihil aliud extēdi pōt nisi ad talem hominum derisionem.

¶ Tertia demonū differētia est.



Ertia differētia est quorūdam demonū qui incubi et succubi nūcupātur qui hoies generare dicuntur tales eñi demones in specie hominum virorū aliquo modo. Aliquādo incubunt feminis et aliquando in specie feminarum succūbunt viris. Quomodo autem talis generatio efficiatur declarat doctor seraphicus bonauentura super s'm sententiarum in scripto suo. dicens ꝙ in actu generatiōis sunt duo scilicet seminis decisi cōstitutio s'm neruos ⁊ virtutes calorꝫ talis speciei competentes ⁊ sic est solius illi? cui dedit deus vim generatiuam vel ꝓpagatiuam et hoc nullo modo competit demonibus a sumētibus corpus. ¶ Item est ibi seminis ꝓfecti transfusio ⁊ trāffusi susceptio ⁊ hoc potest cōpetere demonibus. ¶ Primo eñi demones succūbunt viris in specie mulieris et ex eis semen pollutionis suscipiūt et quadam sagacitate nature ipsum semē in sua virtute custodiunt ⁊ postmodū deo permittente fiūt incubi ⁊ in vasa mulieris transfundunt ex qua transfusione homines generari possunt nō tñ sic generati sunt filii demonum sed hominis. Hec ille. Isto modo fertur generatū fuisse merlinū. ¶ Unde legitur in hystoriis britannorū ꝙ rex bortegeris qui britāniā regebat totius insule in se odia considerans. Inito cōsilio cum sapientibus quid agere deberet ad tutamen sui iussit ꝯuenire artifices qui ei castrū fortissimum fabricarēt. sed cuꝫ opus terra absorberet suasum est ei a magis cōiectoribus vt hominem sine patre natū quereret ⁊ eius sanguine lapides ⁊ cemēta aspergi preciperet et sic firmum edificium stare posset. Queritur ergo merlinus qui illis temporibus natus erat cuius ortus traditur fuisse modo subscripto. Quidaꝫ enim dicūt eū fuisse filium cuiusdā monialis filie cuiusdam regis que clemētia vocabatur. Richardus vo dicit eam nō fuisse monialem sed dicit ꝙ inter moniales nutrita fuit in ecclesia beati petri de vrbe bremadim. Huic aūt demon apparebat in spē pulcherrimi iuuenis quaꝫ sepi? alloquens deosculabatur tandē eaꝫ cognoscens grauidam dereliquit. Cumqꝫ huius facti noticia ad predictum regem bortegerium peruenisset stupefactus rex a magis perquirit vtrum hoc possibile videretur: q responderūt ꝙ sic quia philosophorum hystorie hec affirmant. ¶ Refert enim apoleius inter lunam et

terram esse demones incubos quod nec beatus augustinus discordat vt in.xv.libro de ciuitate dei patz Dic merlinus a nūcijs regis requisitus cum inuentus fuisset corā rege cū matre adducitur. Qui regem interrogauit cur ipse cum matre sua vocati fuissent. Cui rex causam vocationis aperuit dixit quoqz q vnū castrum seu turrim edificari mādauerat sed fundamenta in loco firmari nō poterāt quia quicquid in die edificabatur in nocte totum absorbebatur. Cūqz magi et cōiectores de causa requisiti fuissent. Responderunt nullo modo posse in loco fundamēta firmari nisi iueniatur homo sine patre cuius sanguine lapides et cementa aspergātur tu autem diceris esse talis et propter hoc te perquiri fecimus. Ad hec verba merlinus respondit dicēs magos et cōiectores fuisse mētitos causamqz aperuit propterquam nō poterāt firmari fundamenta: asseruit quoqz stagnum sub fundamēto esse q totum quod struitur absorbet. Queritur ergo fodiendo et sic inuenitur. Tūc mādat merlinus euacuari stagnum per riuos et incepit tunc aperire mysterium futurorum sicut plenius cōtinetur in collectatiōe hystoriarum fratris iohānis de podio. Nō ergo sm ea que supradicta sunt mirandū est si sic homines generētur per demones incubos et succubos licet istud raro iueniatur. frequenter tamē experiūtur alique femine etiam deo dedite et nimiū deuote tales demones ad se venientes qui eas vigilantes a lectis extrahunt vel orātes amplectātur et quadam dulcedine somni soporate euigilātes inueniūt se pollutas ac si cum viris miscerētur nec remediuz se habere posse dicūt nisi solum cuz ligno vere crucis xpi in cuius psentia accedere nō possunt tales demones sicut istis temporibus experte sunt que hoc bello tribulātur. De viro et quodā deuoto audiui q semel cum esset in oratiōe sentiebat i aere quādam dulcedinē cātus venire ad se qua appropinquāte soporabatur et euigilās inueniebat se pollutuz. Plura alia de istis spiritibus accidunt que longum essent enarrare. tales enim demones volunt deridere homines et volūt imitari āgelos qui loquebātur cum daniele et cum zacharia. et cum sancto iohāne qui quasi semper erant cum eis in cubiculo suarum habitationum.

¶ Qualiter demones videtur facere prelia.



Quarta differētia ē aliquorū demonū qui vigilātib⁹ p vias apparent quasi exercitus magni cū magnis tumultib⁹ incedere videtur et vulgo dicit hueste antiqua. Aliquādo etiā videt facere prelia magna tales cū volūt imitari prelia regis sennacherib et cōstātini et alia multa de quib⁹ supra libro.iiij.consideratione.ix.dictum est. In qb⁹ ipsi lucrati sunt nō paruam multitudinez animarum.

¶ Quomodo demones in forma humana videntur comedere.



Quinta differentia est aliquorū demonuz q inter hoīes se apparēt

comedentes & bibētes quasi associā tes se eis. Tales volūt deridere ho mines & volūt imitari angelos q̄ cū abraham comederūt et per viaȝ fue runt & raphaelem angelum qui so cius fuit thobie iunioris qui cū eo comedere & bibere videbatur & xp̄s qui sociatus est per viam lucam et cleopham & ad mēsam cum eis fuit. Unde legitur in vita beati germani qui cum predict⁹ sanctus quidā no cte hospitatus fuisset in vna domo et post cenā mensa iterum pararetur admiratus quesiuit ab hospitib⁹ cui denuo mensa pararet qui cū dicerēt ꝙ bonis illis viris & mulierib⁹ que nocte incedūt prepararet. nocte illa statuit sanctus germanus vigilare. et ecce vidit multitudinem demonū ad mensam in formis virorū & mu lierum venientē qui eis precipiens ne abirent cunctos de familia exci tauit & quesiuit si personas illas co gnoscerent. qui cuȝ omnes vicinos et vicinas dicerent esse misit ad do mos singulorum & ecce in suis lectu lis sunt inuenti adiurati ergo p san ctum germanum demones se esse de mones dixerunt qui sic homines il ludebant.

¶ Quō in somnis terrent hoīes.



Exta differētia demonum est eoꝝ qui in somnis ho ib⁹ apparēt eos iquietātes diuersis modis som niorum. terrent etiam dormiētes in tātum euigilans hō sentiat se totuȝ horribilitatū & alteratum ex presen tia spiritus maligni. Unde iob. iiij. In horrore visionis nocturne quo modo solet sopor occupare homies pauor tenuit me & tremor & oīa ossa mea pterrita sunt. & cum spirit⁹ me presente trāsirent inhorruerūt pili carnis mee. nec mirū quia magnum pauoreȝ et tremorē sequitur pilorū erectio & si hoc sequatur ad presen tiam spiritus boni cuiusmodi erat iste qui iob apparuit et terruit mul to fortius spiritus malus terrorem et pauorē inducet. Quomodo cū fit spiritus malus signuȝ est ꝙ cum ho mines sic euigilāt et nomē iesus cū deuotiōe semel nominēt facto signa culo crucis securatur statiȝ animus a tali alteratiōe demone fugato. ta les enī demones volūt deridere ho mines & appetunt imitari qui appa ruerūt in somnis pphetis. & ioseph sponso virginis ac aliis pluribus sanctis.

¶ Falsuȝ est demones fieri ex odo re vel ex planetarū radiis.



Eptima diffe rentia demonū est fm aliquos insipientes q̄ dicere voluerūt ꝙ sūt aliqui demones siue spiritus q̄ fiūt odore aer' cū hō accedit ad mulierē et ꝙ aliqui etiā fiunt ex radiis pla netaruȝ cuȝ mutuo repcutiūtur. Et dicunt ꝙ illi qui meliores sunt ve niunt in somniis hoibus et faciunt ꝙ somnient. ꝙ dormiunt cuȝ mulie ribus et recipiūt illud semē et quo nouiter efficitur vnus spiritus. que omnia sunt falsa et erronea cuȝ a pn cipio facti sint oēs angeli siue boni siue mali nec facta fuit creatio ali cuius maligni spiritus postꝙ ceci derunt a celo sicut nec postea crea tus est aliquis bonus angelus.

¶ Quomodo apparent in spē masculi vel femine.



Ctaua differentia demonum est eorum qui in specie virorum et feminarum apparēt qui sz veritatem nec sunt masculi nec femine. Verūtamen aliis quibus eorum placet plus societas virorum et aliis mulierum. Et causa huiꝰ diuersitatis ē sm dispositiones diuersas quas inueniūt in viris vel feminis ad suas deceptioēs credendum sicut legimus de eua ꝛ phitonissa ꝛ pluribus aliis mulieribus cum quibus diabolus lucratus est multum. Et ideo tales demones adheserunt mulieribus. et nō adheserunt helye. nec samueli. nec nathan nec helliseo nec aliis pluribus sctis propter quos ipsi perdiderunt multitudinem animarum. nec tales demones adheserunt virgini marie nec susane. nec sancte lucie. margarethe katherine. nec aliis pluribus virginibꝰ et feminis sanctis. ꝓpter quas multū demones perdiderūt. Unde isto modo plus diabolus delectabat cum egea ꝙ cū vxore sua maximilla et plus cum datiano ꝙ cum vxore sua alexandra ꝛ plus cū marito ꝙ cum vxore sua et sic de pluribus aliis..

¶ Q̄n̄o dicuntur mundi ꝛ immūdi.



Ona differentia demonū est eorū qui mundi ꝛ immundi dicuntur. Unde et luce xi. saluator dixit. Cū immūdus spūs exierit ab homīe ꝛc. Dicitur autē spūs immūdus ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter immundiciam proprie iniq̄tatis. ezechielis. xxviij. repleta sunt interiora tua iniquitate ꝛ peccasti. i. peccato supbie et eieci te de mōte sancto dei. i. de celo empireo tanꝙ leprosuz. ¶ Secūdo ꝓpter immundiciā suggestionis quia feda et immūda suggerit. est eñi diabolus ad modū leprosi. qui statim inficit cor humanuz cuz se ei applicat per consensuz. Ideo orat ecclesia in collecta. Da q̄sumꝰ dn̄e populo tuo diabolica vitare contagia. ¶ Tertio dicitur immūdus ꝓpter immūdiciā habitationis quia nō habitat nisi in immūdo loco. i. in existente in peccato mortali. Ad similitudinē vppupe q̄ nidificat in stercore. Unde demones dicunt dn̄o Math. viij. si eiicis nos hinc mitte nos in gregez porcorum. ¶ Aduertenduz tamen ꝙ proprie diabolus habitat in ypocritis. Luc. xi. et ingressi habitāt ibi. sedet in auaris diuitibus ps. sedet in insidiis cum diuitibus. dormit in voluptuosis. Job. xl. sub vmbra dormit. regnat autem in superbis iob. xli. ipse rex super filios superbie. Alii qui eorum dicuntur mundi ꝙ sic intelligendum est ꝙ illi demones qui fuerunt de altiori ordine volunt plꝰ decipere limpidiores et puriores creaturas sicut patz de lucifero qui temptauit primum hominez et christum in deserto et sic de pluribus aliis sanctis. Unde alexander papa. ij. q. v. xima. capitu, nulli dicit diabolus non cessat circuire querens quem deuoret: et querere quos ex fidelibus perdat. et maxime il-

los quos ardentiores in seruitio sal uatoris eius familiariores inuenerit et intantum desiderat impugnare ser uos dei mundos et sanctos quod non so lum vnus mittitur contra vnum sed sepe plurimi. Unde in cronicis mi norum legitur quod cum semel demones tempore beati francisci congregarē tur cum principe suo vt deliberarent quomodo possent ordinem sancti frā cisci nouiter incipientem destruere septem milia demonum fuerunt ele cti contra quinque fratres quos beat⁹ franciscus ad vnum heremitorium destinauerat vt illos a mundicia vi te contemptu mūdi et vera humilita te auerterent quia ergo tales demo nes plus sequūtur homines mūdos et sanctos. Ideo denominatione ex trinseca demones mundi appellare possunt licet in se immundissimi sint peccatis vt dictum est. Demones ve ro inferioris ordinis licet non pos sunt decipere personas altioris vite placet tamen eis cum immundi effi ciuntur et turpes in peccatis presser tim delectantur demones cum auer tant aliquem a vera fide iesu xpi do mini nostri quia de aliis virtutibus pa rum curāt sine fide. Ideo dicitur pri ma petri. v. cui resistite fortes in fide Sobrii ergo estote et vigilate.

¶ Quomō illudūt feminas que bru xe vel furgumine nuncupantur.



Decima differen tia demonum est eorum qui decipiunt mulieres ali quas vetulas maledictas que furgumine siue bruxe nuncupā tur. ¶ Sciendum ergo est quod sunt que dam male gentes viri et mulieres apostate in fide et heretice creature et false qui seipsos dant voluntarie dyabolo et dyabolus recipit eos et dat eis quod per suas artes falsas eis appareat quod ambulant ducentes len cas: et quod redeunt in spacium. iiii. vel quinque horarum: et destruunt creatu ras suggētes sanguinem eorum et quod faciunt alia maleficia que volunt se cundum diaboli voluntatem quod est eis et illis qui eis credunt magna dece ptio et illusio dyaboli. Ueritas autem huius facti est quod quando iste male p sone voluntati his pessimis fictioni bus consecrant se cum verbis et un ctionibus dyabolo: et statim dyabo lus recipit eos in opere suo et accipit figuram earum et fantasiā cuiuslibet earum ducitque illas per illa loca per que desiderabant: corpora vero earū remanent sine aliqua sensibilitate et cooperit illa dyabol⁹ vmbra sua ita quod nullus illa videre possit: et cum dya bolus videt in fantasiis earum quod im pleuerant que volebant non amouē do ad earū fantasiis dyabolicas fan tasias que viderunt reducit illas ima ginationes coniungens cum suis p priis motibus et corporibus et tollit vmbram suam de super corporibus earum et statim videre possunt existē tia tamen illorum nunquam ab illo loco absens fuit. sed solum actio cum ydo lo et fantasia fuerunt illis rebus que dyabolus eis presentauit et que fecit pro quolibet eorum: et quod hoc facit dya bolus nō est mirum quia illa operatur vt derideat miseras animas volens imitari ea que deus verissime per an gelos bonos fecit. sicut quando de duxit abacuc prophetam per capil lum de iudea in babylonem realiter

cum sua presentiali existentia et actione. Sed q dyabolus habeat potestatem mutandi existentiam alicuius creature nec facere q transeat unum corpus per aliud sine dāno unius vel amborum vel q transeat maius corpus per spacium improportionatum loco vt videlicet q ingrediantur tales persone per parua foramina domorum vel q sit simul unum corpus in diuersis locis vel diuersa in uno et similia hec demones facere nō possunt cum hec repugnēt naturali philosophie et solum per miracula aliq talia a deo sunt possibilia fieri vt dictum fuit supra consideratione quinta huius libri cum de potestate demonum ageretur. ¶ Illud tamen quod dyabolus potest facere q unum pro altero videatur et q illud quod natura potest facere in uno mense ipse potest facere in puncto. ¶ Et causa est qui scit applicare actiua passiuis sicut patet in his que fecerunt magi pharaonis: q tamē dyabolus faciat q unus homo conuertatur in serpētem vel auem vel plantem hoc est sibi impossibile: et ideo in hoc multi peruersi christiani alchimiste sunt decepti habentes pacta cum demonibus cogitantes q per eorum artem ferrum conuertent in aurum: q autem una res sit et videatur altera hoc bene potest dyabolus facere deo permittente. Sic enim sepe facit dyabolus vt plurimos decipiat. Sic enim legitur in hystoria sancti clementis et sancti cypriani et sancti germani et aliorum multorum quia accipiebat figuras aliquorum virorum et mulierum ad decipiendum populum et ad diffamandum creaturas dei. Et ideo non est credendum q homines vel mulieres conuertantur in anseres vel aliis similibus. Ea ergo que scelerate mulieres credunt et pfitentur scilicet cum diana dea paganorum nocturnis horis et cum herodiade et nimia mulierum multitudine equitare super quasdam bestias et multa terrarum spacia in tempeste noctis silentio pertransire eiusque iussionibus obedire velut domino et cunctis noctibus ad eius seruitium euocari et q ab illis possunt alique creature in melius vel in deterius commutari. Aut in speciem vel similitudinem aliam transformari omnia sunt falsa et erronea et non a diuino spiritu sed a maligno vt dictum est talia fantasmata mentibus earum irrogantur: quia p cum alicuius animam per talem credulitatem subiugauerit sibi transfigurans se in angelum lucis et transformans se in diuersarum personarum species atque similitudines mentem quam captiuam tenet multipliciter deludit et nullus debet venire in tantam stulticiā vt credat hec omnia que in somnis et spiritu tantum fiunt etiam in corpore accidere cum etiam Paulus non audeat asserere q fuerat raptus in corpore. Quicumque ergo talia crediderit scilicet posteaque super talibus audierit veritatem vel asseruerit scilicet pertinaciter procul dubio infidelis est et pagano deterior. xxvi. q. v. episcopi et quia nimium habundant tales peruerse mulieres in delphinatu et in gasconia vbi se asserunt concurrere de nocte in quadam planicie deserta vbi est aper quidam in rupe qui vulgariter dicitur elboch

debiterne et ꝙ ibi conueniunt cum candelis accensis et adorant illum aprum osculantes eum in ano suo. Ideo capte plures earum ab inquisitoribus fidei et conuicte ignibus comburuntur. Signa autem combustorum sunt depicta qualiter scilicet adorant cum candelis predictum aprum in domo inquisitoris tholosam in magna multitudine camisearum sicut ego propriis oculis aspexi.

¶ De spiritibus familiaribus.

C Irca secundum principale huius decime considerationis scilicet vtrum possint haberi spiritus familiares Respondet ad hoc beatus augustinus. viii. de ciui. dei. ca. xiiii. ꝙ apoleius platonicus scripsit ꝙ socrates habuit deum vnum ex illo genere minimum qui dicuntur demones cum quo habebat amicitiam et consilium a quo perhibetur inquit aug. solitus amoueri vt desisteret ab agendo quomodo illud quod agere volebat non prospere fuit euenturum. Ex quo satis clare videtur accipi argumentum ꝙ ille philosophus habuit familiarem spiritum: sed est difficultas si ille spiritus erat bonus vel malus: videretur alicui ꝙ esset angelus bonus quia ceteri futura prenunciare non possunt nisi forte diuino iudicio sicut fuit s. declaratum consideratione secunda huius quinti libri. nec obstat quia dicit augu. ꝙ dicebatur demon quia apud grecos idem significat ꝙ plura cognoscens: dixit tamen doctor illuminatus franciscus de maronis in floribus suis super isto passu ꝙ magis credit ꝙ fuit malus angelus quia socrates paganus et infidelis erat. Sic ergo patet ꝙ demones tanquam familiares spiritus possunt haberi in damnationem tamen illorum qui suam familiaritatem habere contendunt Cauendum est etiam ab incantata inuocatione demonum. Unde greg. in libro dyalogorum narrat ꝙ stephanus presbyter de itinere rediens mancipio suo negligenter precepit dicens veni dyabole discaltia me: ad hanc vocem ceperunt caligarum corrigie cum summa velocitate solui quod vt presbyter sensit expauit: et magnis clamoribus dicit recede miser non enim tibi sed mancipio suo locutus: sicque ex magna parte solute suarum caligarum corrigie remanserunt et sic patet ꝙ licet aliqui nolunt habere demones familiares ex mala tamen consuetudine loquendi de diabolo ipsi efficiuntur familiares ei vt subito faciant que incante mandant.

¶ De qualitate corporum in quibus demones apparent.



V Ndecima consideratio est qualia sunt corpora in quibus demones apparent et si possunt humana corpora vel animas subintrare. Iuxta ergo tria que queruntur tribus punctis presens consideratio explicabitur. Primus erit de qualitate et figuris corporum in quibus demones apparent. Secundus erit de subintratione demonum in corporibus obsessorum Tertius erit si possunt demones essentie animme illabi quod est animam subintrare.

